



MISSALE ROMANVM,

EX DECRETO SACROSANCTI Concilij Tridentini restitutum,

PII V. PONT. MAX. Iussu editum.

Cum Missis SS. à summis Pontificibus vsque in hanc diem ordinatis.



VENETIIS, A

PIVS EPISCOPVS,

SERVVS SERVORVM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.



QVO primum tempore ad Apostolatus apicem assumpti fuimus, ad ea libenter animum, viresque nostras intendimus, & cogitationes omnes direximus, quæ ad ecclesiasticum purum retinendum cultum pertinerẽt, eaque parare, & Deo ipso adiuuante, omni adhibito studio efficere cõtendimus. Cumq; inter alia sacri Tridentini Concilij decreta, nobis statuendum esset de sacris libris; Catechismo, Missali, & Breuiario edendis, atque emendandis, edito iam Deo ipso annuente ad populi eruditionem Catechismo, & ad debitas Deo persoluendas laudes Breuiario castigato, omnino, vt Breuiario Missale responderet, vti congruum est, & conueniens (cum vnum in Ecclesia Dei psallendi modum, vnum Missæ celebrandæ ritum esse maxime deceat) necesse iam videbatur, vt quod reliquum in hac parte esset, de ipso nempe Missali edendo, quam primum cogitaremus. Quare eruditis delectis viris onus hoc demandandum duximus, qui quidem diligenter collatis omnibus cum vetustis nostræ Vaticanę bibliothecæ, alijsq; vndique conquisitis emendatis, atque incorruptis codicibus, nec non veterum cõsultis ac probatorum auctorum scriptis, qui de sacro eorundem rituum instituto monumenta nobis reliquerunt, ad pristinam Missale ipsum sanctorum Patrum normam ac ritum restituerunt. Quod recognitum iam, & castigatum, maturè adhibita consideratione, vt ex hoc instituto, cœptoque labore, fructus omnes percipiant, Romæ quam primũ imprimi, atque impressum edi mandauimus, nempe, vt sacerdotes intelligant quibus precibus vti, quos ritus, quasve cæremonias in missarum celebratione retinere post hac debeant. Vt autem a sacrosancta Romana Ecclesia, ceterarum ecclesiarum matre & magistra, tradita vbique amplectantur omnes, & obseruent, ne in posterum perpetuis futuris temporibus in omnibus Christiani orbis prouinciarum Patriarchalibus, Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus, Sæcularibus, & quorumuis ordinum Monasteriorum, tam virorum quam mulierũ, etiam militiarum Regularibus, ac sine cura Ecclesijs, vel Capellis, in quibus missa Conuentualis alta voce cum choro, aut demissa celebrari iuxta Rom. Ecclesiæ ritum consueuit, vel debet, alias, quam iuxta Missalis a nobis editi formulam decantetur, aut recitetur, etiam si eædem Ecclesiæ quouis modo exemptæ apostolicæ sedis indulto, consuetudine, priuilegio, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel alijs quibusuis facultatibus munitæ sint: nisi ab ipsa prima institutione à sede Apostolica approbata, vel consuetudine, quæ vel ipsa institutio super ducentos annos missarum celebrandarum in eisdem ecclesijs assiduè obseruata sit: à quibus, vt præfatam celebrandi constitutionem vel consuetudinem nequaquam auferimus, sic si Missale hoc, quod nunc in lucem edi curauimus, ijsdem magis placeret, de Episcopi, vel Prælati, capituliq; vniuersi consensu, vt quibusuis non obstantibus iuxta illud missas celebrare possint, permittimus. Ex alijs verò omnibus ecclesijs præfatis eorumdem Missalium vsum tollendo, illasque penitus, & omnino reijciendo, ac huic Missali nostro nuper edito, nihil vnquam addendum, detrahendum, aut immutandum esse decernendo, sub indignationis nostræ pœna, ac nostra perpetuò valitura constitutione statuimus, & ordinamus. Mandantes ac districtè omnibus, & singulis Ecclesiarum prædictarum Patriarchis, Administratoribus, alijsq; personis quacumque ecclesiastica dignitate fulgentibus, etiam si sanctę Romanæ Ecclesię Cardinales, aut cuiusuis alterius gradus, & præeminentiæ fuerint illis in virtute sanctæ obedientiæ præcipientes: vt ceteris omnibus rationibus, & ritibus ex alijs missalibus quantumuis vetustis hactenus obseruari consuetis, in posterum penitus omissis, ac planè reiectis: Missam iuxta ritum, modum, ac normam, quæ per Missale hoc à nobis nunc traditur, decantent, ac legant: neque in Missæ celebratione alias Cęremonias, vel preces, quàm quæ hoc Missali continentur, addere, vel recitare pręsumant.

Atque vt hoc ipsum Missale in Missa decantanda, aut recitanda in quib[illegible] Ecclesijs, absque vllo conscientiæ scrupulo, aut aliquarum pœnarum, sententiarum, & cen[illegible]m incursu, post hac omnino sequantur: eoq; liberè, & licitè, vti possint, & valeant, auctorit[illegible] apostolica, tenore præsentium, etiam perpetuò concedimus, & indulgemu[illegible] Ne ve Præsules, Administratores, [illegible]ao-

Canonici, Capellani, & alij quocumque nominè nuncupati Presbyteri sæculares, aut cuiusuis ordinis regulares, ad Missam aliter quàm à nobis statutum est celebrandam teneantur: neque ad Missale hoc immutandum à quolibet cogi & compelli, præsentes ve litteræ vllo vmquam tempore reuocari, aut moderari possint, sed firmæ semper & validæ in suo existant robore, similiter statuimus, & declaramus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus; & ordinationibus apostolicis ac in prouincialibus, & synodalibus concilijs editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus: nec non ecclesiarum prædictarum vsu longissimo, & immemorabili præscriptione, non tamen supra ducentos annos roborata, statutis, & consuetudinibus contrarijs quibuscumque. Volumus autem, & eadem auctoritate decernimus, vt post huius nostræ constitutionis, ac Missalis editionem, qui in Romana adsunt Curia presbyteri, post mensem, qui verò intra montes, post tres: & qui vltra montes incolunt, post sex menses, aut cum primùm illis Missale hoc venale propositum fuerit, iuxta illud missam, decantare, vel legere teneantur. Quod vt vbique terrarum incorruptum, ac mendis, & erroribus purgatum præseruetur, omnib⁹ in nostro & sanctæ Romanæ Ecclesiæ dominio mediatè, vel immediatè subiecto commorantibus impressoribus sub amissionis librorum ac centum ducatorum auri Cameræ Apostolicæ ipso facto applicandorum: alijs verò in quacunq; orbis parte consistentibus sub excommunicationis latæ sententiæ & alijs arbitrij nostri pœnis, ne sine nostra, vel ad id specialis Apostolici Commissarij in eisdem partibus à nobis constituendi, ac nisi per eundem Commissarium eidem impressori Missalis exemplum, ex quo aliorum imprimendorum ab ipso impressore erit accipienda norma, cum Missali in Vrbe secundum magnam impressionem impresso collatum fuisse, & concordare, nec in vllo penitus discrepare, prius plena fides facta fuerit, imprimere, vel proponere, vel recipere vllo modo audeant, vel præsumant, auctoritate apostolica, & tenore præsentium in similibus inhibemus. Verum, quia difficile esset præsentes litteras ad quæque Christiani orbis loca deferri, ac primoquoque tempore in omnium notitiam perferri; illas ad Basilicæ principis apostolorum, ac Cancellariæ apostolicæ, & in acie Campi Floræ de more publicari, & affigi, ac earundem litterarum exemplis etiam impressis ac manu alicuius publici tabellionis subscriptis, nec non sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus indubitatam fidem vbique gentium, & locorum haberi præcipimus, quæ præsentibus haberetur, si ostenderentur, vel exhiberentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ permissionis, statuti, ordinationis, mandati, præcepti, concessionis, indulti, declarationis, voluntatis, decreti, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ. 1570. pridie Idus Iulij, Pontificatus nostri Anno Quinto.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno a Natiuitate Domini Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo Indictione xiij. die verò xix. mensis Iulij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri, Domini Pij, Diuina prouidentia Papæ Quinti, anno eius Quinto, Retroscriptæ litteræ publicatæ, & affixæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Ioannem Andream Rogerium, & Philibertum Cappuis Cursores.

Scipio de Octauianis Magister Cursorum.

INDEX NOMINVM
Sanctorum huius Missalis.

FINIS.

Tabula Paschalis noua reformata.

X Tabula sequenti Paschali noua ita festa Mobilia reperientur. In cellula litteræ Dominicalis currentis quæratur Epacta currens, Nam è directo omnia festa Mobilia deprehẽdentur. Vt anno 1587. in cellula litteræ Dominicalis f, tunc currẽtis e regione Epactæ xxj. quæ eodem anno currit, habita est Septuagesi. die 25. Ianuarij. Dies Cinerũ 11. Febr. & Pascha die 29. Martij, &c.

¶ Sed in annis Bissextilibus inueniẽda sunt omnia festa Mobilia in annis per litteram Dominicalem posteriorem, quæ nimirum currit post festum S. Matthię Apostoli, ne scilicet ambigamus, vtra duarum litterarum pro hoc, aut illo festo indagando accipienda sit: ita tamen, vt Septuagesimæ, & diei Cinerum inuentæ in Ianuario, aut Februario, addatur vnus dies. Quod ideo fit, quia ante diem S. Matthiæ currit prior littera Dominicalis, quæ in Kalendario priorem semper sequitur: Post festum autem S. Matthiæ in Februario, licet posterior littera currat, additur tamen tunc dies intercalaris, vt dies 24. Februarij, dicatur 25. & dies 25. dicatur 26. &c. Quòd si dies Cinerum cadat in Martium, nihil addendum est, quia tunc & littera posterior currit, & dies mensis proprijs numeris respondent, cum dies intercalaris Februarij sit additus. Exempli gratia. Anno 2096. Bissextili, Epacta erit v. & litteræ Dominicales A, g. Si igitur per posteriorem litteram, quæ est g, festa Mobilia inuestigentur: reperietur Septuagesima die 11. Februarij, & dies Cinerum 28. Februarij. Si autem addatur vnus dies, cadet Septuagesima in diem 12. Februarij, quæ est Dñica, & dies Cinerum in diem 29. Februarij, quæ est feria quarta. Pascha autem, & reliqua festa in eos dies cadent, qui in Tabula expressi sunt.

¶ Item anno 4088. Bissextili, Epacta erit xxiiij. & litteræ Dominicales d, c. Si igitur per litterã c, quæ posterior est, inquirantur festa Mobilia inuenietur Septuagesima die 21. Februarij: & si addatur vnus dies, cadet in diem 22. Februarij, quæ est Dominica. Dies autem Cinerum cadet in diem 10. Martij: quare nihil additur. &c.

Lrę Dominica.	Cyclus Epactarum.	Septuagesima.	Dies Cinerum.	Pascha.	Ascensio.	Pentecostes.	Corpus Christi.	Dñicę Pětec.	Primæ Dñicæ Aduentus.
D	23 22 21 20 19 18 17 16 15 14 13 12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1 * 29 28 27 26 25 25 24	18 Ian.	4 Feb.	22 Mar.	30 Apr	10 Maii	21 Maii	28	29 Nouemb.
		25 Ian.	11 Feb.	29 Mar.	7 Mai	17 Maii	28 Maii	27	29
		1 Feb.	18 Feb.	5 Apr.	14 Mai	24 Maii	4 Iunii	26	29
		8 Feb.	25 Feb.	12 Apr.	21 Maii	31 Maii	11 Iunii	25	29
		15 Feb.	4 Mar.	19 Apr.	28 Maii	7 Iunii	18 Iunii	24	29
E	23 22 21 20 19 18 17 16 15 14 13 12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1 * 29 28 27 26 25 25 24	19 Ian.	5 Feb.	23 Mar.	1 Maii	11 Maii	22 Maii	28	30 Nouemb.
		26 Ian.	12 Feb.	30 Mar.	8 Maii	18 Maii	29 Maij	27	30
		2 Feb.	19 Feb.	6 Apr.	15 Maii	25 Maii	5 Iunii	26	30
		9 Feb.	26 Feb.	13 Apr.	22 Maii	1 Iunii	12 Iunii	25	30
		16 Feb.	5 Mar.	20 Apr.	29 Maii	8 Iunii	19 Iunii	24	30
F	23 22 21 20 19 18 17 16 15 14 13 12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1 * 29 28 27 26 25 25 24	20 Ian.	6 Feb.	24 Mar.	2 Maii	12 Maii	23 Maii	28	1 Decemb.
		27 Ian.	13 Feb.	31 Mar.	9 Maii	19 Maii	30 Maii	27	1
		3 Feb.	20 Feb.	7 Apr.	16 Maii	26 Maii	6 Iunii	26	1
		10 Feb.	27 Feb.	14 Apr.	23 Maii	2 Iunii	13 Iunii	25	1
		17 Feb.	6 Mar.	21 Apr.	30 Maii	9 Iunii	20 Iunii	24	1
G	23 22 21 20 19 18 17 16 15 14 13 12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1 * 29 28 27 26 25 25 24	21 Ian.	7 Feb.	25 Mar.	3 Maii	13 Maii	24 Maii	28	2 Decemb.
		28 Ian.	14 Feb.	1 Apr.	10 Maii	20 Maii	31 Maii	27	2
		4 Feb.	21 Feb.	8 Apr.	17 Maii	27 Maii	7 Iunii	26	2
		11 Feb.	28 Feb.	15 Apr.	24 Maii	3 Iunii	14 Iunii	25	2
		18 Feb.	7 Mar.	22 Apr.	31 Maii	10 Iunii	21 Iunii	24	2
A	23 22 21 20 19 18 17 16 15 14 13 12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1 * 29 28 27 26 25 25 24	22 Ian.	8 Feb.	26 Mar.	4 Maii	14 Maii	25 Maii	28	3 Decemb.
		29 Ian.	15 Feb.	2 Apr.	11 Maii	21 Maii	1 Iunii	27	3
		5 Feb.	22 Feb.	9 Apr.	18 Maii	28 Maii	8 Iunii	26	3
		12 Feb.	1 Mar.	16 Apr.	25 Maii	4 Iunii	15 Iunii	25	3
		19 Feb.	8 Mar.	23 Apr.	1 Iunii	11 Iunii	22 Iunii	24	3
B	23 22 21 20 19 18 17 16 15 14 13 12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1 * 29 28 27 26 25 25 24	23 Ian.	9 Feb.	27 Mar.	5 Maii	15 Maii	26 Maii	27	27 Nouemb.
		30 Ian.	16 Feb.	3 Apr.	12 Maii	22 Maii	2 Iunii	26	27
		6 Feb.	23 Feb.	10 Apr.	19 Maii	29 Maii	9 Iunii	25	27
		13 Feb.	2 Mar.	17 Apr.	26 Maii	5 Iunii	16 Iunii	24	27
		20 Feb.	9 Mar.	24 Apr.	2 Iunii	12 Iunii	2[illegible]	23	27
C	23 22 21 20 19 18 17 16 15 14 13 12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1 * 29 28 27 26 25 25 24	24 Ian.	10 Feb.	28 Mar.	6 Maii	16 Maii	27 Maii	27	28 Nouemb.
		31 Ian.	17 Feb.	4 Apr.	13 Maii	23 Maii	3 Iunii	26	28
		7 Feb.	24 Feb.	11 Apr.	20 Maii	30 Maii	10 Iunii	25	28
		14 Feb.	3 Mar.	18 Apr.	27 Maii	6 Iunii	17 Iunii	24	28
		21 Feb.	10 Mar.	25 Apr.	3 Iunii	13 Iunii	24 Iunii	23	28

IN Kalendario locantur primò Epactæ, deinde litteræ Dominicales & Feriarum: Tertiò, numerus Kalendarum, Nonarum, & Iduum: Quartò, dies cuiusque mensis cum Festis Sanctorum suo loco. Epactæ Anno 1587.

xxj. ij. xiij. xxiiij. v. xvj. xxvij. viij. xix. j. xij. xxiij. iiij. xv. xxvj. vij. xviij. xxix. x.

¶ In superiori numerorum serie sic deprehenditur Epacta: Primus numerus, qui est xxj. tribuatur anno 1587. Sequens, qui est ij. tribuatur anno 1588. & sic deinceps, donec ad annũ currẽtem perueniatur. Sic autem in singulis mẽsibus est accõmodatus: vt vbi cadit in Kalendario, ibi sit Nouilunium. Litteræ Dominicales.

DC A GFECB A GEDCBGFEDB A GFDCB A FE
B D F A C E G

¶ In superiori tabula littera Dñicalis singulis annis sic inuenitur: Prima, quæ est D tribuat᷑ anno 1587. Sequẽtes, q̃ sunt CB tribuant᷑ anno 1588. Similiter & ĩ annis sequẽtibus littera, super quam cadit millesimus illius anni, erit littera Dñicalis: quæ si duplex fuerit, ann⁹ bissextilis intelligit᷑: Et tunc superior vsq; ad festũ S. Matthiæ, & inferior ad reliquũ anni deseruiet. Et finitis 28. annis, redeũdũ est ad principium.

¶ De numero Nonarum & Iduum cuiusque mensis. Versus.

Sex Maius Nonas, October, Iulius, & Mars:
Quattuor at reliqui: dabit Idus quilibet octo.

¶ Qua die mensis Kalendæ, Nonæ, & Idus sumantur.

¶ Prima quaq; mẽsis die dicitur, Kalẽdis: vbi aũt Nonę fuerint quattuor, quinta die dicitur Nonis: decima tertia, Idibus. Vbi fuerint sex, septima die dicit᷑ Nonis, decima quinta, Idib⁹: reliquis verò dieb⁹ dicit᷑, Pridie, tertio, quarto Kalẽdas, aut Nonas: retrorsum numerãdo vsq; ad eum diẽ, quo aut Kalẽdis, aut Nonis, aut Idibus dicitur.

¶ De Anno & eius partibus.

¶ Annus habet Menses duodecim, Hebdomadas quinquaginta duas, cum die vno: dies trecentos sexagintaquinq;, & sex horas. Hoc enim temporis interuallo Sol Zodiacum circuit. Quater autem sex horæ singulis quaternis annis diem constituunt: hinc annus ille fit intercalaris, qui bissextilis dicitur.

¶ De numero dierum cuiusque mensis. Versus.

Triginta Aprilis, Iunius, Septemque, Nouemque:
Vno plus alij, viginti Februus octo.
At si bissextus fuerit, superadditur vnus:
Et tunc bis Sexto Marti conscribe Kalendas.

¶ De Aduentu Domini.

¶ Aduentus Domini inchoatur Dominica proximiori festo S. Andreæ, vel ipsa die S. Andreæ, si in Dominica venerit.

¶ Quattuor Tempora.

¶ Quattuor tempora celebrantur iiij. & vj. Feria, & Sabbato post iij. Dominicam Aduen. Post j. Dominicam Quadragesimæ, Post tertium diem Pentecostes, & post festum Exaltationis S. Crucis.

¶ Dies Nuptiarum ex decreto Concilij Tridentini.

¶ A Dñica prima Aduẽtus vsq; ad diẽ Epiph. & à Feria iiij. Cinerum vsq; ad Octauã Paschę inclusiuè, sollemnitates Nuptiarũ prohibentur, alijs tẽporibus permittũtur.

[illegible] incremento dierum & noctium.

¶ In sequenti etiam Kalendario post finem cuiusque Mensis indicantur incremẽta, & diminutiones dierum & noctium in decimum quemque diem mensis per horas duntaxat integras, & quattuor horæ partes, in quibus designãdis proposito dierum numero, sequenti priori numero horæ, altero quartæ significantur.

IANVARIVS Habet dies xxxj. Luna vero xxx.



	*	A	Kalē.	1	Circumcisio Domini. duplex.	11
	xxix	b	iiij	2	Octaua S. Stephani. dup. cum commem. Octauarum.	
	xxviij	c	iij	3	Octaua S. Ioānis. dup. cum comme. Oct. SS. Innocent.	
	xxvij	d	Prid.	4	Octaua sanctorum Innocentium. duplex.	
	xxvj	e	Non.	5	Vigilia. sine ieiunio.	
25	xxv	f	viij	6	Epiphania Domini. duplex.	12
	xxiiij	g	vij	7	De Octaua Epiphaniæ.	
	xxiij	A	vj	8	De Octaua.	
	xxij	b	v	9	De Octaua.	
	xxj	c	iiij	10	De Octaua.	
	xx	d	iij	11	De Octaua. & commemo. S. Higini Papæ & mart.	140
	xix	e	Prid.	12	De Octaua.	
	xviij	f	Idib.	13	Octaua Epiphaniæ. duplex.	140
	xxvij	g	xix	14	Hilarij epi & cōfess. semid. 140. cum com. S. Felicis presbyt.	
	xvj	A	xviij	15	Pauli primi Ere. semid. 140. cum comme. S. Mauri Abbatis.	
	xv	b	xvij	16	Marcelli Papæ & marty. semid.	141
	xiiij	c	xvj	17	Antonij Abbatis. duplex.	141
	xiij	d	xv	18	Cathed. S. Petri Romæ. du. & cōm. S. Priscæ virg. & mar.	141
	xij	e	xiiij	19	Marij, Marthæ, Audifacis, & Abachum martyrum.	142
	xj	f	xiij	20	Fabiani & Sebastiani martyrum. duplex.	142
	x	g	xij	21	Agnetis virginis & martyris. duplex.	142
	ix	A	xj	22	Vincentij, & Anastasij martyrum. semidupl.	142
	viij	b	x	23	Emerentianæ virginis & martyris.	143
	vij	c	ix	24	Timothei episcopi & martyris.	143
	vj	d	viij	25	Conuersio S. Pauli Apostoli. duplex.	143
	v	e	vij	26	Polycarpi episcopi & martyris.	144
	iiij	f	vj	27	Ioannis Chrysostomi episcopi & confess.	144
	iij	g	v	28	Agnetis secundo.	144
	ij	A	iiij	29		
	j	b	iij	30		
	*	c	Prid.	31		

Ianuarij dies	1	Horas habet	9	1	Nox	14	3
	10		9	2		14	2
	20		9	3		14	1

FEBRVARIVS Habet dies xxviij. Luna vero xxx.



	xxix	d	Kalē.	1	Ignatij episcopi & martyris. semidupl.	145
	xxviij	e	iiij	2	Purificatio beatæ Mariæ. duplex.	145
	xxvij	f	iij	3	Blasij episcopi & martyris.	146
25	xxvj	A	Prid.	4		
xxv	xxiiij	g	Non.	5	Agathæ virginis & martyris. semidup.	146
	xxiij	b	viij	6	Dorotheæ virginis & martyris.	147
	xxij	c	vij	7	Romualdi Abbatis. duplex.	147
	xxj	d	vj	8		
	xx	e	v	9	Apolloniæ virginis & martyris.	147
	xix	f	iiij	10		
	xviij	g	iij	11		
	xvij	A	Prid.	12		
	xvj	b	Idib.	13		
	xv	c	xvj	14	Valentini presbyteri & martyris.	147
	xiiij	d	xv	15	Faustini & Iouitæ martyrum.	147
	xiij	e	xiiij	16		
	xij	f	xiij	17		
	xj	g	xij	18	Simeonis Episcopi & martyris.	147
	x	A	xj	19		
	ix	b	x	20		
	viij	c	ix	21		
	vij	d	viij	22	Cathedra S.Petri Antiochiæ. duplex.	147
	vj	e	vij	23	Vigilia.	147
	v	f	vj	24	Matthiæ Apostoli. duplex.	147
	iiij	g	v	25		
	iij	A	iiij	26		
	ij	b	iij	27	¶ In anno Bissextili Februarius est dierum 29. & festum S.	
	j	c	Prid.	28	Matthiæ celebratur 25. Februarij: & bis dicitur, sexto Kalen-	

das, idest die 24. & die 25. & littera Dominicalis, quæ assumpta fuit in mense Ianuario, mutatur in præcedentem: Vt si in Ianuario littera Dominicalis fuit A mutetur in præcedentem, quæ est g &c.

Februarij dies	1	Horas habet	10		Nox	14	
	10		10	2		13	2
	20		11			13	

V

MARTIVS Habet dies xxxj. Luna vero xxix.

	*	d	Kalē	1		
	xxix	c	vj	2		
	xxviij	f	v	3		
	xxvij	g	iiij	4		
	xxvj	A	iij	5		
25	xxv	b	Prid.	6	S. Tho. de Aqno cōf. dup. & cō. SS. Perpetuę & Felic. m̄.	147.
	xxiiij	c	Non.	7		
	xxiij	d	viij	8		
	xxij	e	vij	9	Quadraginta martyrum. semidup.	148
	xxj	f	vj	10		
	xx	g	v	11		
	xix	A	iiij	12	Gregorij Papę & confess. & Ecclesiæ Doct. dup.	148
	xviij	b	iij	13		
	xxvij	c	Prid.	14		
	xvj	d	Idib.	15		
	xv	e	xvij	16		
	xiiij	f	xvj	17		
	xiij	g	xv	18		
	xij	A	xiiij	19	Ioseph confessoris. dup.	148
	xj	b	xiij	20		
	x	c	xij	21	Benedicti Abbatis. duplex.	148
	ix	d	xj	22		
	viij	e	x	23		
	vij	f	ix	24		
	vj	g	viij	25	Annunciatio beatæ Mariæ. dup.	149
	v	A	vij	26		
	iiij	b	vj	27		
	iij	c	v	28		
	ij	d	iiij	29		
	j	e	iij	30		
	*	f	Prid.	31		

Martij dies	1	Horas habet	11 2	Nox	12 8
	10		12		12
	20		12 2		12 2

APRILIS Habet dies xxx. Luna vero xxix.

xxix	g	Kalē.	1		
xxviij	A	iiij	2	Francisci de Paula confessoris. duplex.	149
xxvij	b	iij	3		
xxvj	c	Prid.	4		
xxiiij	d	Non.	5		
xxiij	e	viij	6		
xxij	f	vij	7		
xxj	g	vj	8		
xx	A	v	9		
xix	b	iiij	10		
xviij	c	iij	11	Leonis Papæ & confessoris. duplex.	149
xvij	d	Prid.	12		
xvj	e	Idib.	13		
xv	f	xviij	14	Tyburtij, Valeriani, & Maximi marty.	149
xiiij	g	xvij	15		
xiij	A	xvj	16		
xij	b	xv	17	Aniceti Papæ & martyris.	150
xj	c	xiiij	18		
x	d	xiij	19		
ix	e	xij	20		
viij	f	xj	21		
vij	g	x	22	Soteris & Caij pontificum & mart. semiduplex.	150
vj	A	ix	23	Georgij martyris. semiduplex.	150
v	b	viij	24		
iiij	c	vij	25	Marci Euangelistæ. duplex.	150
iij	d	vj	26	Cleti & Marcellini pontifi. & mart. semiduplex.	150
ij	e	v	27		
j	f	iiij	28	Vitalis martyris.	150
*	g	iij	29	Petri marty. ordin. Prædic. duplex.	150
xxix	A	Prid.	30		

Aprilis. dies	1	Horas habet	13		Nox	11	
	10		13	2		10	2
	20		14			10	

MAIVS Habet dies xxxj. Luna vero xxix.



xxviij	b	Kalē.	1	Philippi & Iacobi Apostolorum. duplex.	150
xxvij	c	vj	2	Athanasij episcopi & confessoris. duplex.	151
xxvj	d	v	3	Inuen.S. Crucis. dup. cum cōm. SS.Alexand. Euentij, Theod.	
25 xxv	e	iiij	4	Monicæ viduæ. 152 (ac Iuuen.	151
xxiiij	f	iij	5		
xxiij	g	Prid.	6	Ioannis ante portam Latinam. duplex.	152
xxij	A	Non.	7	Stanislai episcopi, & marty. duplex.	153
xxj	b	viij	8	Apparitio S. Michaelis. duplex.	153
xx	c	vij	9	Sancti Gregorij Theologi episcopi & confess. duplex.	153
xix	d	vj	10	Gordiani & Epimac[illegible] martyrum.	153
xviij	e	v	11		
xvij	f	iiij	12	Nerei, Archilei, & Pancratij martyrum.	153
xvj	g	iij	13		
xv	A	Prid.	14	Bonifacij martyris.	153
xiiij	b	Idib.	15		
xiij	c	xvij	16		
xij	d	xvj	17		
xj	e	xv	18		
x	f	xiiij	19	Pudentianæ virginis.	153
ix	g	xiij	20		
viij	A	xij	21		
vij	b	xj	22		
vj	c	x	23		
v	d	ix	24		
iiij	e	viij	25	Vrbani Papæ & martyrjs.	153
iij	f	vij	26	Eleutherij Papæ & martyris.	153
ij	g	vj	27	Ioannis Papæ & martyris.	153
j	A	v	28		
*	b	iiij	29		
xxix	c	iij	30	Felicis Papæ & martyris.	153
xxviij	d	Prid.	31	Petronillæ virginis.	153

Maij dies	1	Horas habet	14	1	Nox	9	3
	10		14	2		9	2
	20		14	3		9	1



	xxvij	e	Kalē.	1		
25	xxvj	f	iiij	2	Marcellini, Petri, & Erasmi martyrum.	153
xxv	xxiiij	g	iij	3		
	xxiij	A	Prid.	4		
	xxij	b	Non.	5		
	xxj	c	viij	6		
	xx	d	vij	7		
	xix	e	vj	8		
	xviij	f	v	9	Primi & Feliciani martyrum.	154
	xxvij	g	iiij	10		
	xvj	A	iij	11	Barnabæ Apostoli. duplex.	154
	xv	b	Prid.	12	Basilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij marty.	154
	xiiij	c	Idib.	13	Antonij de Padua confes. duplex.	155
	xiij	d	xviij	14	Basilij episcopi & confessoris. duplex.	155
	xij	e	xvij	15	Viti, Modesti, & Crescentiæ martyrum.	155
	xj	f	xvj	16		
	x	g	xv	17		
	ix	A	xiiij	18	Marci & Marcelliani fratrum martyrum.	155
	viij	b	xiij	19	Geruasij & Protasij martyrum.	156
	vij	c	xij	20	Siluerij Papæ & martyris.	156
	vj	d	xj	21		
	v	e	x	22	Paulini episcopi & confessoris.	156
	iiij	f	ix	23	Vigilia.	156
	iij	g	viij	24	Natiuitas S. Ioannis Baptistæ. duplex.	157
	ij	A	vij	25	De Octaua Natiuit. S. Ioannis Baptistæ.	157
	j	b	vj	26	Ioannis & Pauli marty. semid. cum comme. Octa. Natiuit. Sancti Ioannis.	157
	*	c	v	27	De Octa. Natiuit. S. Ioannis	158
	xxix	d	iiij	28	Leonis Papæ & confess. sem. cum comme. Oct. & Vigil.	158
	xxviij	e	iij	29	Petri & Pauli Apostolorum. duplex.	158
	xxvij	f	Pri	0	Comme. S. Pauli Apostoli. dup. cum cõm. Oct. S. Ioan.	159

Iunij dies	1	Horas habet	15	Nox	9
	10		15		9
	20		15		9

IVLIVS Habet dies xxxj. Luna vero xxx.



	xxvj	g	Kalē.	1	Oct.S.Ioan.Bapt. dup.cum comme. Oct.Apost.	160
25	xxv	A	vj	2	Visitatio B.Mariæ.dup.160. cū cō. Oct.Apost.& SS.Proces.& (Mart.m̄.	
	xxiiij	b	v	3	De Octa.Apostolorum.	
	xxiij	c	iiij	4	De Octaua.	
	xxij	d	iij	5	De Octaua.	
	xxj	e	Prid.	6	Octaua Apostolorum Petri & Pauli. duplex.	161
	xx	f	Non.	7		
	xix	g	viij	8		
	xviij	A	vij	9		
	xvij	b	vj	10	Septem fratrum m̄.& SS.Ruf.ac Sec.virg.& mart. semid.	161
	xvj	c	v	11	Pij Papæ & martyris.	161
	xv	d	iiij	12	Naboris & Felicis martyrum.	161
	xiiij	e	iij	13	Anacleti Papæ & martyris. semidup.	161
	xiij	f	Prid.	14	Bonauenturæ epi & cōfess. & eccl.doct. dup.	161
	xij	g	Idib.	15		
	xj	A	xvij	16		
	x	b	xvj	17	Alexij confessoris.	162
	ix	c	xv	18	Symphorosæ cum septem filijs martyribus.	162
	viij	d	xiiij	19		
	vij	e	xiij	20	Margaritæ virginis & martyris.	162
	vj	f	xij	21	Praxedis virginis.	162
	v	g	xj	22	Mariæ Magdalenæ duplex.	162
	iiij	A	x	23	Apollinaris episcopi & martyris. semidup.	163
	iij	b	ix	24	Vigilia. & comme. S.Christinæ virg.& mart.	164
	ij	c	viij	25	Iacobi Apost. dup.& cō. S.Chrīoph.m̄. in missis priuatis.	163
	j	d	vij	26	Annæ matris B.virginis Mariæ. dup.	164
	*	e	vj	27	Pantaleonis martyris.	164
	xxix	f	v	28	Nazarij, Celsi, & Vict.mart.ac Inno.p̄p & confess. semid.	164
	xxviij	g	iiij	29	Marthæ virg. semid.& comme. SS.Fel.& soc.mart.	164
	xxvij	A	iij	30	Abdon & Sennen martyrum.	165
25	xxvj	b	Prid.	31		

Iulij dies	1	Horas habet	14	3	Nox	9	1
	10		14	2		9	2
	20		14	1		9	3

AVGVSTVS Habet dies xxxj. Luna vero xxx.



xxv	xxiiij	c	Kalẽ.	1	Petri ad Vincula. dup. & cõm. SS. Machab. marty.	165
	xxiij	d	iiij	2	Stephani Papæ & martyris.	165
	xxij	e	iij	3	Inuent. S. Stephani Protomartyris. ſemiduplex.	166
	xxj	f	Prid.	4	Dominici confeſſoris. duplex.	166
	xx	g	Non.	5	Dedicatio S. Mariæ ad Niues. duplex.	166
	xix	A	viij	6	Transfig. Dñi. dup. & cõ. SS. Xyſti pp̃, Feliciſ. & Agap. m̃.	166
	xviij	b	vij	7	Donati epiſcopi & martyris.	166
	xxvij	c	vj	8	Cyriaci, Largi, & Smaragdi mart. ſemidup.	167
	xvj	d	v	9	Vigilia. & comme. S. Romani martyris.	167
	xv	e	iiij	10	Laurentij martyris. duplex.	167
	xiiij	f	iij	11	De Octa. S. Lau. cum comme. SS. Tib. & Suſan. mart.	168
	xiij	g	Prid.	12	De Octaua. & commemo. S. Claræ virginis.	168
	xij	A	Idib.	13	De Octaua. & commem. SS. Hippol. & Caſsiani mart.	168
	xj	b	xix	14	De Octaua. cum comme. Vigi. & S. Euſeb. confeſſ.	168
	x	c	xviij	15	Aſſumptio B. Mariæ Virginis. duplex.	169
	ix	d	xvij	16	De Oct. Aſſump. B. Marię. cum comme. Oct. S. Lauren.	169.
	viij	e	xvj	17	Oct. S. Lauren. dup. & cõm. Octa. Aſſumptionis.	169
	vij	f	xv	18	De Octaua. & comme. S. Agapiti mart.	169
	vj	g	xiiij	19	De Octaua.	169
	v	A	xiij	20	Bernardi Abba. dup. cum comme. Octa. Aſſump.	169
	iiij	b	xij	21	De Octaua.	
	iij	c	xj	22	Oct. Aſſumpt. B. Mariæ. dup. & cõ. SS. Timothei, Hippoly. & (Symph. mar.	170
	ij	d	x	23	Vigilia.	
	j	e	ix	24	Bartholomæi Apoſtoli. dup. Romæ celeb. 25.	170
	*	f	viij	25	Ludouici Regis Francię confeſſoris.	170
	xxix	g	vij	26	Zephyrini Papæ & martyris.	170
	xxviij	A	vj	27		
	xxvij	b	v	28	Auguſtini epĩ cõfeſ. & eccl. doc. du. & cõ. S. Hermetis m̃.	171
	xxvj	c	iiij	29	Decollatio S. Ioan. Bapt. dup. & cõm. S. Sabinæ mart.	171
25	xxv	d	iij	30	Felicis & Adaucti marty.	171
	xxiiij	e	Prid.	31		

Auguſti dies	1	Horas habet	14		Nox	10
	10		13	2		10	2
	20		13			11

SEPTEMBER Habet dies xxx. Luna vero xxix.



xxiij	f	Kalē.	1	Aegidij abb. & cōme. SS.marty.duodecim fratrum.	172
xxij	g	iiij	2		
xxj	A	iij	3		
xx	b	Prid.	4		
xix	c	Non.	5		
xviij	d	viij	6		
xvij	e	vij	7		
xvj	f	vj	8	Nat.B.Mariæ. dup. & cō. S.Adriani m̄. ī Missis priuatis.	172
xv	g	v	9	De Octa.S.Mariæ. & comme. S.Gorgonij martyris.	173
xiiij	A	iiij	10	Nicolai de Tolētino cōfess. dup. & cō. oct.Nat.S.Mariæ.	173
xiij	b	iij	11	De Octa. & comme. SS.Prothi & Hyacinthi marty.	173
xij	c	Prid.	12	De Octaua.	
xj	d	Idib.	13	De Octaua.	
x	e	xviij	14	Exaltatio S.Crucis. dup.cum cōme. octa.Nat.S.Mariæ.	173
ix	f	xvij	15	Octa.Nat.B.Mariæ. dup.cum cōme. S.Nicomedis mart.	174
viij	g	xvj	16	Cornelij & Cypriani pont. & mart. semid.& cōm. SS. Eufemiæ, & soc.mart.	174
vij	A	xv	17		
vj	b	xiiij	18		
v	c	xiij	19	Ianuarij & sociorum martyrum. semidup.	174
iiij	d	xij	20	Vigilia. & comme. S.Eustachij & sociorum marty.	175
iij	e	xj	21	Matthæi Apostoli. duplex.	175
ij	f	x	22	Mauritij & sociorum martyrum.	175
j	g	ix	23	Lini papæ & mart. semid.& cōm. S. Teclę virg. & mart.	175
*	A	viij	24		
xxix	b	vij	25		
xxviij	c	vj	26	Cypriani & Iustinæ martyrum.	176
xxvij	d	v	27	Cosmæ, & Damiani martyrum. semiduplex.	176
25 xxvj	e	iiij	28		
xxv xxiiij	f	iij	29	Dedicatio sancti Michaelis Archangeli. dupl.	176
xxiij	g	Prid.	30	Hieronymi presbyteri confess.& Eccle.Doct. dupl.	177

Septembris dies		Horas habet		Nox	
	1		12		11
	10		12 2		12 2
	20		11		13

OCTOBER Habet dies xxxj. Luna vero xxx.



xxij	A	Kalē.	1	Remigij episcopi & confessoris.	177
xxj	b	vj	2		
xx	c	v	3		
xix	d	iiij	4	Francisci confessoris. duplex.	177
xviij	e	iij	5	Placidi & sociorum martyrum.	177
xvij	f	Prid.	6		
xvj	g	Non.	7	Marci Papæ & confess. & cōm. SS. Sergij, & soc. marty.	177
xv	A	viij	8		
xiiij	b	vij	9	Dionysij, Rustici, & Eleutherij martyrum. semidupl.	178
xiij	c	vj	10		
xij	d	v	11		
xj	e	iiij	12		
x	f	iij	13		
ix	g	Prid.	14	Callisti Papæ, & martyris. semiduplex.	178
viij	A	Idib.	15		
vij	b	xvij	16		
vj	c	xvj	17		
v	d	xv	18	Lucæ Euangelistæ. duplex.	178
iiij	e	xiiij	19		
iij	f	xiij	20		
ij	g	xij	21	Hilarionis abbatis. & cō. SS. Vrsulæ, & soc. virg. & mart.	179
j	A	xj	22		
*	b	x	23		
xxix	c	ix	24		
xxviij	d	viij	25	Chrysanti & Dariæ martyrum.	179
xxvij	e	vij	26	Euaristi Papæ & martyris.	179
xxvj	f	vj	27	Vigilia.	
25 xxv	g	v	28	Simonis & Iudæ Apostolorum. duplex.	179
xxiiij	A	iiij	29		
xxiij	b	iij	30		
xxij	c	Prid.	31		

Octobris dies	1	Horas habet	11		Nox	13
	10		10	2		13 2
	20		10			14

NOVEMBER Habet dies xxx. Luna verò xxix.



	xxj	d	Kalē.	1	Festum omnium Sanctorum. duplex.	180
	xx	e	iiij	2	Commemoratio omnium fidelium Defunctorum. duplex. & de Octa. omnium Sanctorum.	210
	xix	f	iij	3	De Octaua.	
	xviij	g	Prid.	4	De Octa. & cōme. SS. Vitalis & Agricolæ marty.	180
	xvij	A	Non.	5	De Octaua.	
	xvj	b	viij	6	De Octaua.	
	xv	c	vij	7	De Octaua.	
	xiiij	d	vj	8	Oct. oīum SS. du. & cō. SS. Quattuor Coronatorū mar.	180
	xiij	e	v	9	Dedic. Basil. Saluato. dup. & comme. S. Theod. marty.	180
	xij	f	iiij	10	Tryphonis, Respicij, & Nymphæ mart.	180
	xj	g	iij	11	Martini epi & confess. dup. & comm. S. Mennæ marty.	180
	x	A	Prid.	12	Martini Papæ & mar. semid.	181
	ix	b	Idib.	13		
	viij	c	xviij	14		
	vij	d	xvij	15		
	vj	e	xvj	16		
	v	f	xv	17	Gregorij Thaumaturgi episcopi & confess. semiduplex.	181
	iiij	g	xiiij	18	Dedicatio Basilicarum Petri & Pauli. duplex.	181
	iij	A	xiij	19	Pontiani Papæ & martyris.	181
	ij	b	xij	20		
	j	c	xj	21	Præsentatio B. Virginis. duplex.	181
	*	d	x	22	Cæciliæ virginis & martyris. semidup.	181
	xxix	e	ix	23	Clementis Papæ & marty. semid. & cōm. S. Felicita. mart.	181
	xxviij	f	viij	24	Chrysogoni martyris.	181
	xxvij	g	vij	25	Catharinæ virginis & martyris. duplex.	181
25	xxvj	A	vj	26	Petri Alexandrini episcopi & martyris.	181
xxv	xxiiij	b	v	27		
	xxiij	c	iiij	28		
	xxij	d	iij	29	Vigilia. & comme. S. Saturnini martyris.	138
	xxj	e	Prid.	30	Andreæ Apostoli. duplex.	138

Nouembris dies	1	Horas habet	9	3	Nox	14	1
	10		9	2		14	2
	20		9	1		14	3

DECEMBER Habet dies xxxj. Luna vero xxx.



	xx	f	Kalē.	1		
	xix	g	iiij	2	Bibianæ virginis & martyris. commemor.	139
	xviij	A	iij	3		
	xvij	b	Prid.	4	Barbaræ virginis & martyris. commemor.	139
	xvj	c	Non.	5	Sabbæ Abbatis. commemor.	139
	xv	d	viij	6	Nicolai episcopi & confessoris. semid.	139
	xiiij	e	vij	7	Ambrosij episcopi & confess. & Ecclesiæ Doct. dup.	139
	xiij	f	vj	8	Conceptio beatæ Mariæ. duplex.	139
	xij	g	v	9		
	xj	A	iiij	10	Melchiadis Papæ & martyris. commemor.	139
	x	b	iij	11	Damasi Papæ & confessoris. semiduplex.	139
	ix	c	Prid.	12		
	viij	d	Idib.	13	Luciæ virginis & martyris. duplex.	140
	vij	e	xix	14		
	vj	f	xviij	15		
	v	g	xvij	16		
	iiij	A	xvj	17		
	iij	b	xv	18		
	ij	c	xiiij	19		
	j	d	xiij	20	Vigilia.	
	*	e	xij	21	Thomæ Apostoli. duplex.	140
	xxij	f	xj	22		
	xxvij	g	x	23		
	xxvij	A	ix	24	Vigilia.	5
	xxvj	b	viij	25	Natiuitas Domini nostri Iesu Christi. duplex.	6
25	xxv	c	vij	26	Stephani Protomarty. dup. & commemo. Octa. Natiuita.	
	xxiiij	d	vj	27	Ioannis Apostoli & Euangelistæ. dup. & comme. Octaua.	
	xxiij	e	v	28	SS. Innocentium marty dup. & comme. Octaua.	
	xxij	f	iiij	29	Thomæ Cātuarien. episcopi & mart. semid. & cōme. Octa.	
	xxj	g	iij	30	De Dominica infra octa. Nat. vel de oct. cum comme. Octa.	
19	xx	A	Prid.	31	Siluestri Papæ & confess. dup. cum comme. Octa.	11

Decembris dies	1	Horas habet	9	Nox	15
	10		9		15
	20		9		15

Hæc Epacta 19. nigra numquam est in vsu, nisi quando eodem anno concurrit cum aureo nume° xix.

RVBRICÆ GENERALES MISSALIS.

Missa quotidie dicitur secundum ordinem Officij, de festo Duplici, vel Semiduplici, vel Simplici: de Dominica, vel Feria: de Vigilia, de Octaua, ⁊ extra ordinem Officij votiua, vel pro Defunctis.

¶ De Duplici.



Missa dicitur de duplici illis diebus, quibus in Kalendario ponitur hęc nota, Duplex: ⁊ in Festis mobilibus, quandocũque Officium fit duplex.

¶ In duplicibus dicitur vna tantũ Oratio, nisi aliqua Commemoratio fieri debeat. Alia omnia dicuntur, vt in proprijs Missis assignatum est. Quñ dici debet, Gloria in excelsis, ⁊ Credo, inferius dicitur in proprijs rubricis.

¶ De Semiduplici, ⁊ simplici.

Missa de Semiduplici dicitur, quando in Kalendario ponitur hęc vox, Semiduplex. Præterea in dominicis, ⁊ diebus infra octauas.

¶ In Semiduplicibus, tam festis, quam dominicis, ⁊ infra octauas dñr plures orationes, vt infra dicetur in rubrica de orationibus: infra octauã dicitur Missa, sicut in die festi, nisi propriam Missam habuerit: in dominicis vero, sicut in proprijs locis assignatur.

¶ De simplici dicitur missa, sicut de semiduplici, vt suis locis ponitur.

¶ De Feria, ⁊ Vigilia.

Missa de Feria dr̃, qñ non occurrit festũ, vel octaua, vel sabbatum, in quo fit officiũ B. Marię.

¶ In ferijs tamen Quadragesimę, quattuor temporum, rogationum, ⁊ vigiliarum, etiam si duplex, vel semiduplex, vel festum, vel octaua occurrat: in ecclesijs cathedralibus ⁊ collegiatis cantantur duę missę, vna de festo post Tertiam, altera de feria post Nonam.

¶ In vigilijs autem, quę veniunt infra octauam, missa dicitur de vigilia, cum commemoratione octauę: si festum habens vigiliam, celebretur feria secunda, missa vigilię dicitur in sabbato, sicut etiam fit officium, excepta vigilia Natiu. Domini, ⁊ Epiph.

¶ Missa vigilię in Aduentu occurrentis, dicitur cũ commemoratione de Aduentu, licet de ea non sit factum officium, excepta Natiuitatis vigilia.

¶ Si in Quadrag. ⁊ quattuor tpib⁹ occurrat vigilia, dicat̃ missa de feria, cũ commemoratione vigilię. Toto tpe Paschali nõ dr̃ missa de vigilia, nisi ĩ vigilia Ascẽsionis, q̃ tñ nõ ieiunatur, sicut nec vigilia Epiphanię.

¶ De Missis votiuis S. Marię, ⁊ alijs.

In sabbatis non impeditis festo duplici, ⁊ semiduplici, dr̃ missa de sancta Maria, secundum varietatem temporũ, vt in fine missalis ponitur. Si sabbatum fuerit impeditum festo duplici, semiduplici, octaua, vigilia, feria, quattuor temporum, ⁊ quadragesimę, missa principalis dicitur secundum officium diei.

¶ In Aduentu autem, licet officium non fiat de S. Maria in sabbato, dicitur tamen missa principalis de ea, cum cõmemoratione de Aduentu, nisi fuerint quattuor tempora, vt supra. Alijs diebus infra Hebdomadam, quando officium fit de feria (exceptis ferijs Aduentus, Quadragesimę, Quattuor temporum, Rogationum, ⁊ vigiliarum) dici potest aliqua missa votiua etiã in principali missa q̃ dr̃ Conuentualis, sm ordinem dierum in fine missalis assignatũ. Quę tamen missę, ⁊ alię q̃cumque votiuę, in missis priuatis dici possunt pro arbitrio sacerdotum quocumq; die officium non est duplex. Id vero passim non fiat, nisi rationabili de causa: vt quoad fieri potest, missa cum officio conueniat.

¶ De Missis Defunctorum.

Prima die cuiusque mensis (extra tempus Paschale) non impedita officio duplici ⁊ semiduplici, dicitur missa principalis generaliter pro defunctis sacerdotibus, benefactoribus, ⁊ alijs.

¶ In Ecclesijs autẽ cathedralibus ⁊ collegiatis dicãtur duę missę, vna pro defunctis, altera de festo simplici, si occurrat, vel de feria, si propriam habeat missã, vel resumẽda sit missa de dominica pręcedenti, quę fuit impedita, cum infra hebdomadam non occurrit ali⁹ dies, in quo resumi possit missa de dominica. Sed in ecclesijs non cathedralibus, nec collegiatis, dicatur missa de die, cum commemoratione generaliter pro defunctis.

¶ Præterea feria ij. cuiusque hebdomadę, in qua officium fit de feria, missa principalis dici potest pro defunctis. Si autẽ fuerit ꝓpria missa de feria, vel de festo simplici, in cathedralibus ⁊ collegiatis ecclesijs dicant̃ duę missę, alioquin in missa de die fiat commemoratio (vt dictum est) ꝓ defunctis. Excipitur tamen totum tẽpus paschale, ⁊ quãdo per annum officiũ est duplex, vel semiduplex: quibus temporibus non dicit̃ missa principalis ꝓ defunctis, nisi in die depositionis defuncti, ⁊ in Anniuersario pro defunctis. Et similiter nisi fuerit duplex, quocumq; die dici possunt priuatę missę pro defunctis, prẽterquã in dominicis. In die commemorationis omnium defunctorum, ⁊ in die depositionis, ⁊ in anniuersario defuncti, dicitur vna tñ oratio: in alijs missis plures, vt in rubrica de commemor. ⁊ orationibus dicetur.

¶ Sequẽtia pro defunctis dicit̃ in die oĩum fideliũ defunctorũ, ⁊ depositionis defuncti. In anniuersario aũt ⁊ in missa cõi pro defunctis dicatur ꝑ arbitrio sacerdotis.

¶ De translatione Festorum.

In dicendis missis seruet̃ ordo Breuiarij de Trãslatione Festorum duplicium, ⁊ semiduplicium, quãdo maiori aliquo festo, seu dominica impediuntur.

¶ In Ecclesijs autem, vbi titulus est Ecclesię, vel concursus populi ad celebrandum festum, quod transferri debet, possunt cantari duę missę, vna de die, altera de festo: aut saltem commemoratio fieri de festo, si eo die de festo in illa ecclesia officium fieri non debeat.

¶ De Commemorationibus.

Commemorationes in missis fiunt sicut in officio. De festo simplici fit cõmemoratio in missa, quando de

do de eo in Officio facta est commemoratio in Vesperis. Quando autem de eo fit commemoratio tantuꝫ ad Laudes, in Missa sollemni nulla fit commemoratio de eo, sed in missis tantum priuatis.

¶ De Dñica fit cõmemora. qñ in ea fit de festo duplici.

¶ De octaua fit commemoratio, quando infra octauaꝫ fit de aliquo festo, nisi illud festum fuerit de exceptuatis in rubrica officij de commemorationibus. Item quando infra octauam fit de dominica.

¶ De feria fit commemoratio in Aduentu, Quadragesima, Quattuor temporibus, Rogationibus, & Vigilijs: quando missa dicenda est de festo duplici, vel semiduplici, illis temporibus occurrente.

¶ Sed in ecclesijs cathedralibus & collegiatis, vbi plures sacerdotes quotidie celebrant, in ferijs, Rogationibus, & Vigilijs predictis dicuntur duę missę, vna de festo, altera de feria, Rogationibus, & vigilia predictis, absque vlla vtrorumque commemoratione. Quando infra hebdomadam dicuntur missę votiuę, post primam orationem semper dicatur Oratio eius, de quo fit officium. Quando fit commemoratio de feria quattuor temporum: pro ferię commemoratione dicitur prima oratio, quę concordat cum officio.

¶ In faciendis commemorationibus seruetur ordo, vt in Breuiario. De dominica ante festum semiduplex, quod infra octauam celebratur: de festo semiduplici ante octauam, de octaua ante ferias predictas: de ferijs predictis ante festuꝫ simplex: de festo simplici ante orationes votiuas. Si facienda sit commemoratio pro defunctis, semper ponitur penultimo loco. In alijs commemorationibus a predictis seruetur dignitas orationum: vt de Spiritu sancto ante beatam Mariam, de Angelis ante Apostolos, & similiter in alijs. In missis defunctorum nulla fit commemoratio pro viuis, etiam si oratio esset communis pro viuis & defunctis.

¶ Qñ dñr plures orõnes, prima tñ & vltima cum sua conclusione terminant': & ante primã & secundã orõnem tñ dr, Oremus. Ante primã dr etiam, Dñs vobiscuꝫ. Cum vero dicuntur plures orationes, & vna oratio eadem sit cum alia ibidem dicenda, Oratio huiusmodi, illa scilicet quę eadem est, non alia, commutetur cum alia de communi, vel proprio, quę sit diuersa.

¶ De Introitu, Kyrie eleison, & Gloria in excelsis.

INtroitus semper eodem modo dr cũ Glĩa patri, vt in ordinario, preterquam tempore Passionis, & in missis defunctorum, vt etiam ibi annotatum est.

¶ Kyrie eleison, dicitur nouies post Introitum, alternatim cum ministro, id est, ter Kyrie eleison, ter Christe eleison, ter Kyrie eleison.

¶ Gloria in excelsis, dicitur quandocumque in Matutino dictus est Hymnus, Te Deum, preterquam in missa ferię v. in Cena Domini, & sabbati sancti, in quibus Gloria in excelsis dicitur.

¶ In missis votiuis non dicitur, nisi in missa beatę Marię, & Angelorum: & nisi missa votiua dicenda sit pro re graui, vel pro publica ecclesię causa: neque etiam dicitur in missis defunctorum.

¶ De Orationibus.

IN festis duplicibus dr vna tantum oratio, nisi facienda sit aliqua cõmemoratio, vt dictum est supra.

¶ In festis semiduplicibus occurrentibus ab octaua Pentecostes vsque ad Aduentum, & a Purificatione vsque ad Quadragesimam dicitur secunda oratio, A cunctis, tertia ad libitum.

¶ In festis semiduplicibus occurrentibus ab octaua Epiphanię vsqꝫ ad Purificationem dr secunda oratio, Deus, qui salutis: tertia, Ecclesię, vel pro Papa.

¶ In festis semiduplicibus a feria iiij. Cinerum vsqꝫ ad dñicam Passionis, secunda de feria, tertia, A cunctis.

¶ In festis semiduplicibus a dominica Passionis vsque ad dominicam Palmaruꝫ, secunda oratio de feria, tertia, Ecclesię, vel pro Papa.

¶ In festis semiduplicibus ab octaua Pasche, vsque ad Ascensionem, secunda oratio de sancta Maria, Concede, tertia, Ecclesię, vel pro Papa.

¶ In festis semiduplicibus infra octauas occurrentibus, secunda oratio dicitur de octaua, tertia, quę secundo loco infra octauam dicitur. Infra octauam Paschę, & Pentecostes, quando Missa dicitur de octaua, dicuntur duę tantum orationes, vna de die, altera, Ecclesię, vel pro Papa.

¶ Infra alias octauas, & in vigilijs, quę ieiunantur (excepta vigilia Natiuit. Domini, & Pentecostes) dicuntur tres, vna de die, secunda de sancta Maria, tertia, Ecclesię, vel pro Papa. Sed infra octauas sanctę Marię, & in vigilia, & infra octauam omnium Sanctorum: secunda oratio dicitur de Spiritu sancto, alia Ecclesię, vel pro Papa.

¶ In Dominicis infra octauas occurrentibus dicuntur duę orationes, vna de dominica, secunda de octaua. In die octaua dicitur vna tantum oratio, nisi aliqua cõmemoratio facienda sit.

¶ In dominicis dicuntur tres, vt in ordinario assignantur, quibusdam exceptis, vt suis locis assignantur.

¶ In festis simplicibus, in ferijs per annum, dicuntur tres, vt in semiduplicibus: possunt etiam dici quinqꝫ, vel septem ad libitum.

¶ In ferijs quattuor temporum, & vbi plures leguntur lectiones huiusmodi, plures orationes dñr post vltimaꝫ orationem ante epistolam: & alię orationes cum lectionibus, vt suis locis in proprio missarum de tempore.

¶ In missis votiuis, quando dicuntur pro re graui, vel pro publica Ecclesię causa, dicitur tantum vna oratio: sin aliter, dicuntur plures, vt in festis simplicibus.

¶ Sed in votiuis B. Marię, secunda oratio dicitur de Spiritu sancto: & in votiuis de Apostolis, quando dicitur oratio, A cunctis, eius loco dicitur oratio de sancta Maria, Concede. Si quando plures dicuntur orationes, occurrat fieri commemoratio alicuius sancti, ea ponitur secundo loco, & tertia oratio dicitur, quę alias secundo loco dice[illegible]

¶ In cõclusio[illegible] modus seruat'. Si orõ dirigatur ad patre[illegible]ur, Per dñm nostrum, &c. si ad filium, Qui v[illegible] regnas cum Deo patre, si in principio orationis fiat mentio filij, concluditur, Per eundẽ si in fine orationis eius fiat mentio, Qui tecum viuit. si facta sit mentio Spiritus sancti, in conclusione dicitur, In vnitate eiusdem Spiritus sancti, &c. Alia quoqꝫ in dicendis orationibus seruentur, quę superius in rubrica de commemorationibus dicta sunt.

De epl'a, Graduali, alleluia, & Tractu, ac de Euangelio.

POst vltimam orationem, dicitur Epistola, qua finita, a ministris dicitur, Deo gratias.

¶ Post epistolam dicit' Graduale, quod semper dicit', preterquam tempore paschali, cuius loco tunc dicuntur duo versus, vt dicitur in rubrica sabbati in albis.

¶ Post

¶ Post Graduale dicitur duo Alleluia. Deinde versus, ⁊ post versum, vnū Alleluia. Tempore Paschali quando non dicitur Graduale, dicitur aliud Alleluia, post secundum versum: ⁊ quando dicitur Sequentia, nō dicitur post vltimum versum, sed post Sequentiā.

¶ A Septuagesima vsque ad sabbatum sanctum, non dicitur Alleluia. neque dr̄ in missis de feria in Aduētu, quattuor tēporibus, ⁊ vigiliis quę ieiunantur, exceptis vigilia Natiuitatis Dñi, si venerit in Dñica, ⁊ vigilia Paschę ⁊ Pentecostes, ac quattuor tpibus Pētecostes. Nec dr̄ in festo Innocentium, nisi venerit in dñica.

¶ A Septuagesima vsq; ad Pascha, eius loco dicit̄ Tractus, qui tractus pdicto tpe in aliquibus feriis non dr̄, vt suis locis ponit̄, neque in feriis a Septuagesima vsque ad Quadragesimam, qñ repetitur missa dñicę.

¶ Dicto Graduale, seu Alleluia, seu Tractu dicitur Euangelium. Et in principio Euangelii dicitur Dñs vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo. Deinde Sequentia sancti Euangelii secundū N. ℞. Gloria tibi Domine. In fine Euāgelii a ministris, dicitur, Laus tibi Christe. Postea, si dicendum est, dicitur, Credo.

¶ De Symbolo.

Symbolum dicitur post euangelium omnib⁹ Dñicis per annum, etiam si in illis fiat de festo, in quo alias non diceretur. In tribus missis de natiuitate Dñi: ⁊ deinceps vsq; ad octauam bti Ioānis apostoli inclusiue. In Epiphania, ⁊ per octauā. Feria quinta in cęna dñi. In Paschate resurrectionis, ⁊ per octauā. In Ascensione dñi, ⁊ p octauā. In Pentecoste, ⁊ p octauam. In festo corporis Chri, ⁊ per octauam. In oībus festis beatę Marię, ⁊ per octauas. In omnibus festis Apostolorū ⁊ Euangelistarū, ⁊ per octauas. In festis quattuor Doctorum, videlicet, Gregorii, Ambrosii, Augustini, ⁊ Hieronymi, addito festo sancti Thomę de Aquino. Item in festis doctorū Basilii, Athanasii, Gregorii Nazianzeni, ⁊ Ioānis Chrysostomi. In vtraque Cathedra S. Petri, ⁊ in festo Sancti Petri ad vincula. In festis cōuersionis, ⁊ commemorationis S. Pauli apostoli. In festo S. Ioannis ante portam latinam. In festis Inuentionis ⁊ Exaltationis S. Crucis. In festis Angelorum. In festo S. Barnabę apostoli. In festo S. Marię Magdalenę. In Transfiguratione Dñi. In die octauarum S. Ioannis Baptistę, ⁊ S. Laurentii. In festo oīum sanctorū, ⁊ per octauā. In dedicationibus S. Saluatoris, ⁊ sanctorū Apostolorum Petri ⁊ Pauli. In anniuersario Dedicationis proprię Ecclesię, ⁊ per octauā, In die Consecrationis Ecclesię, vel altaris, In festis sanctorum, quibus dedicata est Ecclesia, ⁊ vbi habetur corpus, vel insignis reliquia sancti de quo agitur. In die creationis, ⁊ coronationis summi pontificis, ⁊ in anniuersario eiusdem diei. Item in omnibus festis, quę in Dñicis, ⁊ per octauas celebrantur: in quibus, ratione Dominicę, vel octauę dici debet. Item in festo patroni alicuius loci, vel tituli Ecclesię: in festis principalibus ordinum, ⁊ per eorū octauas, in ecclesiis tantum illius ordinis.

¶ Item dicitur Credo, in missis votiuis, q̄ sollēniter pro re graui, vel pro publica Ecclesię causa celebrantur.

¶ De Offertorio, Secretis, Prefationib⁹ ⁊ Canone.

Post Symbolū, vel si nō sit dicendū, post Euangeliū, dicitur, Dñs vobiscum. Deinde Offertorium, postea fit oblatio cum orōnibus, vt in ordinario. Qua oblatione facta, dicuntur orationes secretę secundū numerū orationum, quę palā dictę sunt: sed ante primam orationem non dicitur Dominus vobiscū, nec aliquid aliud: sed dicto, Suscipiat Dominus sacrificiū, absolute dicuntur: neq; etiam ante secundā orationem dicitur, Oremus. Terminat̄ autem prima ⁊ vltima oratio, vt dictum est supra in Rubrica de orationibus: ⁊ secreto dicuntur, vsq; ad illa verba in conclusione, Per omnia sęcula sęculorū. quę clara voce proferuntur, ⁊ incipitur Prefatio. Prefationes autem dicuntur, vt in ordinario adnotatum est: ⁊ quę in Quadragesima tempore Paschali, ⁊ infra octauas proprię assignantur, dicunt̄ etiam in dñicis, ⁊ festis, quę illis temporibus celebrantur, nisi illa festa propriam prefationem habeant.

¶ In Missis votiuis dicitur etiam prefatio propria si propriam habeat. Et quando aliqua Missa votiua pro publica ecclesię causa sollemniter celebratur, dicitur in cantu sollemni, vt in duplicibus. Post prefationem incipitur canon missę secreto, in quo seruantur omnia, vt in ordinario. Ubi vero infra actionem, Communicantes, ⁊ Hanc igitur, vel alia variari contingit, suo loco in propriis missis adnotatur.

¶ De Communione post Cōmunionem, Ite missa est, vel Benedicamus domino, de Benedictione, ⁊ Euangelio S. Ioannis.

Exacto canone, ⁊ aliis oībus vsq; ad cōmunionem: ea peracta dicit̄ communio, ⁊ orationes post communionem eodem modo, ⁊ ordine, vt in principio missę: ⁊ repetito, Dominus vobiscū, dicitur Ite missa est, vel Benedicamus domino, pro temporis ratione.

¶ Ite Missa est, dicit̄ quādocumq; dicitur, Gloria in excelsis, cum non dicitur eius loco dicitur, Benedicamus Domino. ℞. Deo gratias.

¶ In missis defunctorū dr̄ Requiescāt i pace. ℞. Amē.

¶ Dicto Placeat, datur Benedictio, quę a celebrāte semper datur in missa, preterquam in missis defunctorum. Deinde dicit̄ Euangelium S. Ioānis, In principio, premisso Dñs vobiscum, ⁊ Initium, vt moris est: quod Euangelium numquā pretermittitur in missa, nisi quando fit de festo in aliqua Dominica, vel feria: q̄ habet euangelium proprium: tunc enim eius loco dicitur proprium. Et in tertia missa de die Natiuitatis Dñi dicit̄ Euangeliū de Epiphania, Cum natus esset Iesus.

¶ De ordinanda Missa ex supradictis rubricis.

Supradictis rubricis cognitis, si quis velit ordinare missam diei, recurrat ad ordinarium missarū de tempore, vel de sanctis, secūdū qualitatē officii. Si pprium non habeat, recurrat ad cōmune sanctorū. Si de feria agendum sit, ⁊ propria missa non fuerit de feria, dicatur missa precedentis Dñicę, omissis Gloria in excelsis, ⁊ Symbolo, preterquam tempore Paschali, in quo semper dicitur Gloria in excelsis, vt supra, excepta missa Rogationum: ⁊ in Aduentu pretermittitur Alleluia post Graduale cum suo versu. Si dicenda sit missa votiua, requiratur post cōmune sanctorū suo loco. Si plures orationes dicendę sint, requirantur post missas votiuas suo loco, de singulis rebus singulę.

¶ Si pro defunctis dicenda sit Missa, habetur post missas votiuas, cum Collectis diuersis, circa finem Missalis. Ordinarium totius missę, cum Prefationibus, Canone, ⁊ aliis dicendis, habetur suo loco, cum proprio missarum de Tempore.

RITVS SERVANDVS
IN CELEBRATIONE MISSAE.

¶ De præparatione Sacerdotis celebraturi.


Sacerdos celebraturus: seruatis iis, quæ superius dicta sunt, quo ad præuiam confessionem, ⁊ Horas canonicas, Matutino saltem absoluto: orationi aliquantulum vacet, ⁊ orationes inferius positas pro temporis opportunitate dicat. Deinde accedit ad locum in Sacristia, vel alibi præparatum: vbi paramenta, aliaque ad celebrationem necessaria habentur, accipit missale, perquirit missam perlegit, ⁊ signacula ordinat ad ea, quæ dicturus est. Postea lauat manus, dicens orationem inferius positam. Deinde præparat calicem, ponens super eius os purificatorium, ⁊ super illud patenam cum hostia, quam tegit parua palla ⁊ velo serico: super velo ponit bursam coloris paramentorum, intus habēs corporale plicatum.

¶ Quibus ita dispositis, accedit ad paramenta, vbi calceatus pedibus, ⁊ indutus vestibus sibi conuenientibus, quarum exterior saltem talum pedis attingat: induit se, si sit prælatus sæcularis, supra rochettum: si sit prælatus regularis, *vel alius* sacerdos sæcularis, supra *superpelliceum*, si commode haberi possit, alioquin sine eo supra vestes communes, dicens ad singula singulas orationes inferius positas.

¶ Ac primum accipiens Amictum circa extremitates ⁊ chordulas, osculatur in medio, ⁊ ponit super caput, ⁊ mox declinat ad collum: ⁊ eo circum circa vestium collaria tegens, ducit chordulam sub brachijs, ⁊ circumducens per dorsum ad ventrem reducit ⁊ ligat.

¶ Cum Alba induitur, caput submittens, deinde manicam dextram brachio dextro, ⁊ sinistram sinistro imponens: Albam ipsam corpori adaptat, eleuat ante, ⁊ a lateribus hinc inde, ⁊ cingulo per ministrum a tergo sibi porrecto, se cingit: minister eleuat Albam super cingulum, circum circa, vt honeste dependeat, ⁊ tegat vestes: ac eius fimbrias diligenter aptet, vt ad latitudinem digiti vel circa, supra terram æqualiter fluat.

¶ Sacerdos accipit Manipulum, osculatur crucem in medio, ⁊ imponit brachio sinistro.

¶ Deinde ambabus manibus accipiens Stolam, simili modo deosculatur, ⁊ imponit medium eius collo, ac transuersando eam ante pectus in modum crucis, ducit partem a sinistro humero pendentem ad dextram, ⁊ partem a dextro humero pendentem ad sinistram: sicque vtramque partem stolæ extremitatibus cinguli hinc inde ipsi cingulo coniungit.

¶ Si celebrans sit Episcopus, non ducit stolam ante pectus in modum crucis, sed sinit hinc inde vtrasque extremitates pendere: ⁊ accipit cruciculam a collo ante pectus chordulis pendentem.

¶ Postremo Sacerdos accipit Planetam. Si sit Episcopus, ⁊ sollemniter celebrat, accipit paramenta, ⁊ alia, vt in Pontificali.

¶ De ingressu Sacerdotis ad altare.

Sacerdos omnibus paramentis indutus, accipit in manu sinistra Calicem, vt supra præparatum, ⁊ bursam manu dextra super calicem tenens, capite cooperto accedit ad Altare, ministro cum Missali, ⁊ alijs ad celebrandum necessarijs præcedente. Procedit autē oculis demissis, incessu graui, erecto corpore: si vero contigerit eum transire ante altare maius, capite cooperto, faciat ad illud reuerentiam: si ante locum Sacramenti, genuflectat: si ante altare, vbi celebretur missa, in qua eleuatur sacramentum, similiter genuflectat, ⁊ detecto capite illud adoret.

¶ Cum peruenerit ad altare, stans ante illud in infimo gradu, caput detegit, biretum ministro porrigens: ⁊ altari, seu imagini crucifixi desuper positæ, profunde inclinat: si autem in eo sit tabernaculum sanctissimi sacramenti, genuflectens, debitam facit reuerentiam. Tunc ascendit ad medium altaris, ibi ad cornu euangelij sistit calicem, extrahit corporale de bursa, quod extendit in medio altaris, ⁊ super illud calicem velo coopertum collocat. Si in altari paramenta acceperit, hoc idem facit, antequam descendat ab altari missam inchoaturus.

¶ Si est consecraturus plures hostias pro communione facienda, quæ ob quantitatem super patenam manere non possint, locet eas super corporale ante calicem, aut in aliquo calice, vel vase mundo consecrato, eas ponit retro post calicem, ⁊ alia patena cooperit.

¶ Collocato calice in altari, accedit ad cornu epistolæ, missale super cussino aperit, reperit missam, ⁊ signacula suis locis accommodat. Deinde rediens ad medium altaris, facta primum cruci reuerentia, descēdit ad gradū infimum altaris, pro missa inchoanda.

¶ In Missa sollemni, calix, missale, ⁊ alia necessaria præparātur, antequā sacerdos veniat ad altare. Ipse autem procedit cum ministris: ⁊ cum peruenerint ad infimum gradum altaris, ibi medius inter diaconum a dextris, ⁊ subdiaconum a sinistris, antequam ascendat ad altare, facit cum ipsis (vt infra) confessionem.

¶ In missa pontificali oīa seruentur, vt in pontificali ⁊ ceremoniali Romano ordinantur: cuius pontificalis ordinem episcopus numquā prætermittat, quandocūque cum diacono ⁊ subdiacono paratis celebrat.

¶ De principio Missæ, ⁊ confessione facienda.

Sacerdos quam primum descenderit ad infimum gradū altaris, conuertit se ad ipsum altare, vbi stās ante illud iunctis manibus ante pectus, detecto capite facta prius cruci vel altari reuerentia, erectus incipit missam.

¶ Si autem celebraturus sit coram summo pontifice, sistit se in infimo gradu altaris a cornu euangelij ante ipsum pontificem, vbi genuflexus expectat: accepta benedictione erigit se, ⁊ stans versus altare incipit missam.

¶ Si autem coram Cardinale, Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo, in eorum residentijs, vel

loco

loco iurisdictionis: stans in infimo gradu a cornu euangelij, vt supra, expectat: dato signo facit profundam reuerentiam prelato, ⁊ versus ad altare incipit Missam.

¶ Si autem sollemniter celebrat coram summo pontifice, aut alio ex prelatis predictis in ecclesijs suę iurisdictionis, stans a sinistris prelati, facit cum eo confessionem, ⁊ alia seruat, vt in cerimoniali Romano, ⁊ in pontificali ordinatur.

¶ Stans igitur celebrans in infimo gradu altaris, vt supra, producens manu dextra a fronte ad pectus signum crucis, dicit intelligibili voce: In nomine Patris, ⁊ Filij, ⁊ Spiritus sancti. Amen. Et postquam id dixerit, non debet aduertere quemcumque in alio altari celebrantem, etiam si sacramentum eleuet, sed continuate prosequi Missam suam vsque ad finem. Cū seipsum signat, sinistram ponit infra pectus. In alijs benedictionibus cum est ad altare, ⁊ seipsum non benedicit, sed oblata, vel aliquid aliud, ponit eam super altari: seipsum benedicens, vertit ad se palmam manus dextrę, ⁊ omnibus illius digitis iunctis ⁊ extēsis, a fronte ad pectus, ⁊ ab humero sinistro ad dextrum, signum crucis format. Si vero alijs vel rem aliquam benedicit, paruum digitum vertit ei cui benedicit, ac benedicendo, totam manum dextram extendit, omnibus illius digitis pariter iunctis ⁊ extensis, quod in omni benedictione obseruatur.

¶ Postquam dixerit. In nomine Patris, ⁊c. vt supra, iungit manus ante pectus, pronuncians clara voce Antiphonam. Introibo ad altare Dei. Minister retro post eum ad sinistram genuflexus, ⁊ in missa sollemni ministri hinc inde stantes prosequuntur, Ad Deum, qui lętificat iuuentutem meam. Deinde sacerdos eodem modo stans incipit ⁊ prosequitur cum ministro, vel ministris alternatim Psalmum, Judica me Deus, vsque ad finem, cum Gloria Patri, Quo finito, repetit Antiphonam, Introibo, cum ministris, vt supra. Qui psalmus numquam pretermittitur, nisi in missis defunctorum, ⁊ in missis de tempore a dominica Passionis inclusiue vsque ad sabbatum sanctum exclusiue: in quibus semel tantum dicta Antiphona, Introibo, cum ministris, vt supra, Sacerdos statim subiungit versum, Adiutorium nostrum, ⁊c. vt infra. Cum in fine psalmi dicit, Gloria Patri, ⁊c. caput cruci inclinat. Repetita Antiphona, Introibo, dextra manu producens signum Crucis a fronte ad pectus, dicit ℣. Adiutorium nostrum in nomine dn̄i. ℟. Qui fecit cęlum, ⁊ terram. Deinde caput, seque profunde altari inclinans, dicit, Confiteor Deo, vt in ordinario. Et prosequitur eodem modo stans inclinatus donec a ministro, vel ministris dictum sit, Misereat̄. Cuȝ incipitur a ministris, Confiteor, se erigit. Cum dicit, mea culpa, ter pectus dextera manu percutit.

¶ Si est coram Pontifice, ⁊ Cardinali in loco sui tituli, seu cardinalatus, ⁊ coram Legato sedis apostolicę, Patriarcha, Archiepiscopo, ⁊ Episcopo in eorum prouincia, ciuitate, vel diecesi constitutis: vbi dicit, Confiteor Deo dicat Tibi pater, similiter in fine, vbi dicit, Vos fratres, dicat, Te pater, quod dicens, summo Pontifici genuflectit, alijs prelatis profunde inclinat. Cum ministri, ⁊ qui intersunt (etiam si ibi fuerit summus Pontifex) respondent, Confiteor, dicunt Tibi pater, ⁊ te pater.

¶ Facta a circumstantibus confessione, Celebrans stans respondet, Misereatur vestri, ⁊c.

¶ Deinde producens manu dextera a fronte ad pectus signum crucis, dicit, Indulgentiam, ⁊c. ⁊ stans capite inclinato prosequitur, Deus tu conuersus, ⁊ quę sequuntur in ordinario, clara voce vsque ad orationem, Aufer a nobis, ⁊c. quam dicit secreto.

¶ Et tunc si coram summo pontifice, aut alijs prelatis, vt supra celebret, facta summo pontifici genuflexione, alijs prelatis profunda reuerentia, accedit ad infimum gradum ante medium altaris, ⁊ ibi dicit, Aufer a nobis, ⁊c.

¶ De Introitu. Kyrie eleison, ⁊ Gloria in excelsis.

Dicto Aufer a nobis, ⁊c. Celebrans iunctis manibus accedit ad medium altaris: vbi stans capite inclinato, ⁊ iunctis manibus super altare positis, ita vt digiti parui duntaxat frontem, seu medium anterioris partis tabulę, seu mensę altaris tangat, residuo manuum inter altare, ⁊ se retento, pollice dextro super sinistrū ī modū crucis posito (qd̄ semp̄ obseruatur, cum manus iunctę sup̄ altare ponuntur) secreto dicit, Oramus te dn̄e, ⁊c. Quo dicto osculatur altare, in medio, manibus extensis hinc inde super altare positis: (quod in omni deosculatione altaris seruatur) sed post consecrationem pollices ab indicibus nō disiunguntur. Osculato altari accedit ad cornu sinistrum altaris, id est, Epistolę: vbi stans versus altare, ⁊ producēs a frōte ad pectus signum crucis, incipit intelligibili voce Introitum Missę: ⁊ prosequit̄ iunctis manibus. Cū repetit Introitum nō signat se vt prius: ⁊ eo repetito iūctis manibus ante pectus accedit ad medium altaris, vbi stans versus illud similiter manibus iunctis, dicit simili voce ter, Kyrie eleison, ter Christe eleison, ⁊ iterum ter, Kyrie eleison, alternatim cum ministris. Si minister, vel qui intersunt, celebrāti nō respondēt: ipse solus nouies dicit. Dicto vltimo Kyrie eleison. Sacerdos ibidem vt prius stans, ⁊ manus extendens, eleuansq; ⁊ iungens, voce predicta incipit, si dicendum sit, Gloria in excelsis, cum dicit Deo, caput Cruci inclinat, quo erecto, stans iunctis manibus, vt prius, prosequitur vsque ad finem. Cuȝ dicit, Adoramus te. Gratias agimus tibi, Jesu Christe, Suscipe deprecationē nostrā, ⁊ iterum Jesu Christe, caput cruci inclinat. Cum dicit in fine, Cum sancto spiritu, seipsum a fronte ad pectus signat: interim perficiens, In gloria Dei patris. Amē.

¶ In missa sollemni sacerdos facta confessione ascendit cum ministris ad altare, quo per eum osculato, ponit incensum in thuribulo, ministrante diacono nauiculaȝ, ⁊ thuriferario thuribulum. Antequam ponat incensum, illud benedicit, dicens, Ab illo benedicaris, ⁊c. Postea Diaconus, reddita nauicula thuriferario, accipit ab eo thuribulum, ⁊ dat celebranti, osculata prius eius manu, qui facta cruci reuerentia, eam ter incensat, deinde reliquias, si adsint, primum quę a dextris sunt, deinde quę a sinistris, cuique bis ducens thuribulum, postea imagines, vel earum loco candelabra, semel singulis thuribulum ducens, primum a cornu epistolę ⁊ illius postremam partē inferioreȝ altaris, deinde superiorem scilicet tabulam altaris, ⁊ p̄cedens ante crucem, facta ei reuerētia incensat alias imagines, seu candelabra in cornu euangelij, ⁊ illius postremā partē altaris inferiorem, ⁊ superiorem tabulę: deinde totam anteriorem vsq; ad

extremum altaris in cornu epistolę, facta cruci reuerentia, cū ante eam transit: ⁊ reddito thuribulo ipsi diacono, ab eo ipse solus incensatur. Deinde, cum illis, diacono a dextris celebrantis, subdiacono a dextris diaconi stantibus, prosequitur Introitum ⁊ Kyrie eleis. Cū vero intonat Hymnum Gloria in excelsis. diaconus ⁊ subdiaconus, vnus post alium, stant a tergo celebrātis, postea ascendunt ad altare, ⁊ hinc inde cum celebrante Hymnum submissa voce prosequuntur vsq; ad finem.

De Oratione.

Dicto Hymno Gloria in excelsis. vel si non sit dicendus, eo omisso, celebrans osculatur altare in medio, manibus hinc inde super illo, vt supra, extensis: tum iunctis ante pectus manibus, demissis ad terram oculis, vertit se ad manū sinistram, hoc est, ad latus dextrum vel sus populū: ⁊ extendens, ac iunges manus ante pectus, vt prius, dicit voce predicta, Dūs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. iunctis vt prius manibus reuertitur per eandem viam ad librū, vbi extendens ⁊ iungēs ante pectus manus, caputq; cruci inclinans, dicit Oremus: tum extendit manus ante pectus, ita vt palma vnius manus respiciat alterā, ⁊ digitis simul iunctis, quorū summitas humerorum altitudinē distantiāq; non excedat, quod in omni extēsione manuū ante pect⁹ seruat. Stās autē, vt supra, extensis manibus, dicit orōnem. Cum dicit, Per Dnm nrm. iungit manus. Si aliter concludit oratio. Qui tecū, vel Qui viuis. Cum dicit, in vnitate, iungit manus. Cum nominatur nomen Jesus, caput versus crucem inclinat: cum in oratione nominatur nomen beatę Marię, vel sanctorū, de quibus dicit missa, vel fit commemoratio: itē in oratione pro papa, quādo nominatur, caput inclinat. Si plures orationes sunt dicendę, idem in eis in voce, extensione manuum, ⁊ capitis inclinatione, quod supra dictum est, obseruatur.

Si altare sit ad orientem versus populum, celebrans versa facie ad populum, non vertit humeros ad altare, cum dicturus est, Dominus vobiscum, Orate fratres, Ite Missa est. vel daturus benedictionem: sed osculato altari in medio, ibi expansis ⁊ iunctis manibus, vt supra, salutat populum.

In quattuor tēporibus, vel alias, quādo dicendę sunt plures orationes cū prophetiis, dicto Kyrie eleison. in medio altaris, reuertitur ad cornu epistolę, vbi stās ante librum, extensis ⁊ iunctis ante pectus manibus, ⁊ caput cruci inclinans, dicit, Oremus. Flectamus genua, ⁊ illico manibus super altare extensis, vt seipsū ad altare sustineat, genuflectit, ⁊ sine mora surgens, eadē voce dicit a ministro, Leuate, ⁊ manibus extensis dicit orationē, vt supra, ⁊ in conclusione iungit. Dū autē legit prophetiam, manus tenet super librum, vel altare repositas.

In Missa sollemni, cū dicitur, Dominus vobiscū. ⁊ Oratio, diaconus ⁊ subdiaconus stant retro post celebrantem. Flectamus genua. dicitur a diacono, a subdiacono vero, Leuate, illo primam genuflectente, hoc primum surgente.

De Epistola Graduali, ⁊ aliis vsq; ad Offertorium.

Dictis Orationibus, celebrans positis super librum, vel super altare manibus, ita vt palmę librum tangant, vel (vt placuerit) librum tenens, legit Epistolam intelligibili voce.

Si sollemniter celebret, legat demissa voce cum ministris: similiter Graduale, ⁊ Euangelium.

Lecta Epistola, respōdetur a ministris Deo gratias: ⁊ similiter stās vt prius, prosequit. Graduale, Alleluia, ⁊ Tractum ac Sequentiā, si dicēda sint. Quibus dictis, Celebrans, si priuatim celebret, ipsemet, seu minister portat librum missalis ad alterā partem altaris in cornu euangelii: ⁊ dum transit ante mediū altaris, caput cruci inclinat, ⁊ missale sic locat, vt posterior pars libri respiciat ipsum cornu altaris, ⁊ nō ad parietem, siue ad partē eius cōtra se directā. Locato missali in altari, celebrans redit ad medium altaris, ⁊ ibi stans profunde inclinatus, iunctis manibus ante pectus, leuatisq; ad Deum oculis, secrete dicit, Munda cor meum, ⁊ Dominus sit in corde meo. ⁊ Jube domne, vt in ordinario.

Quibus dictis, vadit ad librum missalis, vbi stās versus illum iunctis manibus ante pectus, dicit intelligibili voce, Dominus vobiscū. ℟. Et cū spiritu tuo. Deinde pollice dextrę manus signo crucis signat, primo librum super principio euangelii, quod est dicturus, postea seipsum in fronte, ore, ⁊ pectore, dicēs, Sequētia, vel Initiū sancti euangelii, ⁊c. ℟. Gloria tibi Domine. Tum iunctis iterū, vt prius, manibus, stans vt supra, prosequitur euāgeliū vsq; ad finē. Quo finito, ministri respondent, Laus tibi Christe, ⁊ celebrans eleuans parumper librum, osculatur euangelium, dicens, Per euangelica dicta deleantur nostra delicta. preterquam in missis defunctorum, in quibus non osculatur: ⁊ nisi celebret corā summo pontifice, aut cardinali, vel coram patriarcha, archiepiscopo, vel episcopo, in eorum residentiis, quo casu defertur cuilibet predictorum osculandus liber, ⁊ ipse celebrans tunc non osculatur.

Dicto Euangelio, stās in medio altaris versus crucē, eleuans ⁊ iungens manus, caputq; cruci inclinās, incipit (si dicendū sit) Credo. Cū dicit, in vnum Deū, caput cruci inclinat: quo erecto, stans ibidem, iunctis ante pectus manibus, vt prius, prosequitur, vsq; ad finem. Cū dicit, Jesum Christum, caput Cruci inclinat. Cū dicit Et incarnatus est, vsq; ad homo factus est, inclusiue, genuflectit. Cum dicit. Et vitam venturi sęculi. Amen. producit sibi manu dextra signū crucis a frōte ad pect⁹.

In missa sollemni subdiaconus circa finē vltimę orōnis, accipit ambabus manibus librū epistolarū, deferens illum supra pectus: ⁊ facta altari genuflexione in medio, vadit a parte epistolę contra altare, ⁊ cantat Epistolā, qua cantata redit ad celebrantem, osculatur eius manū, ⁊ ab eo benedicitur, preterquam in missis defunctorum.

Deinde idem subdiaconus accipit missale Celebrantis, defert ad cornu Euangelii in altare, ibi ministrans celebranti: qui lecto Euangelio, nisi illud cū Epistola ⁊ graduale legerit, ⁊ per diaconum delato libro Euangeliorū ad altare, imponitur incensum in thuribulū. Deinde diaconus dicit, Munda cor meum, genuflexus ante altare, accepto libro Euangeliorum de altari, ⁊ benedictione a celebrante, osculataq; illius manu, vadit cum subdiacono a sinistris ad locum Euangelii contra altare versus populum, vbi subdiacono librum tenente, medio inter duos acolythos tenentes candelabra accensa, dicit, Dominus vobiscū, iunctis manibus. Cū dicit, Sequentia, ⁊c. signat librum, frontē, os, ⁊ pectus. Postea ter librum incensat, hoc est, in medio, a dextris, ⁊ a sinistris: ⁊ prosequitur Euangelium iunctis manibus. Interim celebrans stat iunctis manibus a cornu Epistolę versus Euāgelium. Quo finito, osculatur sacerdos librū

a subdiacono sibi delatũ, dicẽdo. Per Euangelica dicta deleant nr̃a delicta, ⁊ a diacono ter incensatur. Si sit coram prelato in sua residẽtia, liber deferatur ad prelatũ, vt supra: ⁊ ille incẽsat, vt in pontificali. Postea stãs in medio altaris versus crucem, (incipit si dicendũ sit) Symbolum, stantibus post eum diacono ⁊ subdiacono: deinde ad Altare accedentibus, ⁊ cum eo prosequentibus, vt dictum est ad Gloria in excelsis.

¶ Si quandoq; celebrans cãtat Missam sine diacono ⁊ subdiacono. Epistolam cantat aliquis lector superpelliceo indutus, qui in fine nõ osculatur manũ celebrãtis. Euangelium aũt cantat ipse celebrans ad cornu Euangelij: qui ⁊ in fine misse cantat, Ite Missa est, vel Benedicamus Domino, pro temporis diuersitate.

¶ De Offertorio, ⁊ aliis vsq; ad Canonem.

Dicto Symbolo, vel si non sit dicendum, dicto Euangelio, celebrans osculatur Altare in medio, ⁊ iunctis manibus ante pectus, ibidem a manu sinistra ad dexteram, vertit se ad populum, ⁊ extendens ac iungens manus, dicit, Dñs vobiscum. ⁊ iunctis manibus reuertitur per eandem viã ad medium altaris: vbi extẽdens ⁊ iungens manus, caputque cruci inclinans, dicit, Oremus, tum iunctis, vt prius manibus, dicit Offertorium: ⁊ omnia, quę vsque ad finem missę in medio altaris dicenda sunt, dicit ibidem stans versus ad altare, nisi vbi aliter ordinatur.

¶ Dicto Offerto. discooperit calicem, ⁊ ad cornu epistolę sistit, ⁊ amota parua palla desuper hostiam, accipit patenam cũ hostia, ⁊ ambabus manibus vsq; ad pectus eã eleuatã tenens, oculis eleuatis ad Deum, dicit, Suscipe sancte Pater, ⁊c. Si fuerint alię hostię non super patenã, sed sup corporale, vel in alio vase pro cõione populi cõsecrande: calicem illum, seu vas dextra discooperit, ⁊ intentionem suã etiam ad illas offerendas ⁊ consecrandas dirigens, dicit vt supra, Suscipe, ⁊c. vt in ordinario. Quo dicto faciens signum crucis cũ dicta patena, ponit hostiã super corporale circa mediũ anterioris partis corporalis ante se, ⁊ patenam ad manũ dextram aliquantulũ subtus corporale. Si aũt adsit vas, seu calix cum aliis hostiis, ipsum cooperit alia patena, vel palla.

¶ Deinde accipit calicem, purificatorio extergit: ⁊ accipiens ampullam vini de manu ministri, ponit vinũ in calicem. Deinde producit signum crucis super ampullam aquę, ⁊ dicit Deus, qui humanę substantię, imponens parum aquę in calice, prosequitur, da nobis per huius aquę ⁊ vini mysterium.

¶ Si vero celebrat pro defunctis, nõ facit signum crucis super aquã, sed imponit absq; benedictione, dicens orõnem vt sup. Imposita aqua in calice, ⁊ finita orõne predicta, accipit calicem discoopertũ: ⁊ stans ante medium altaris, ipsum ambabus manibus eleuatũ tenẽs, videlicet cum sinistra pedem, cum dextra aũt nodũ infra cuppam, intentis ad Deum oculis offert, dicens, Offerimus tibi Dñe, ⁊c. qua oratione dicta, facit signũ crucis cum calice super corporale, ⁊ ipsũ in medio post hostiam collocat, ⁊ palla cooperit. Deinde iunctis manibus super altare positis, capite inclinato dicit secreto, In spiritu humilitatis, ⁊c. Postea eleuans oculos, manusq; expandens, ⁊ statim iungens ante pectus (quod semper facit, quando aliquid est benedicturus) dicit: Veni sanctificator, ⁊c. Cum dicit, ⁊ benedic, signat manu dextra communiter super hostiam ⁊ calicem.

¶ Tunc iunctis ante pectus manibus, accedit ad cornu epistolę, vbi stans ministro aquam fundente lauat manus, idest, extremitates digitorum pollicis ⁊ indicis, dicens psalmum, Lauabo inter innocentes, cum Gloria patri, ⁊c. qui versus, Gloria patri, pretermittitur in missis defunctorũ, ⁊ in missis a Dominica de passione vsque ad sabbatum sanctum exclusiue.

¶ In missa sollemni, dicto Oremus, diaconus ⁊ subdiaconus accedunt ad altare a cornu epistolę. Diaconus amouet calicem, detegit, dat patenam cũ hostia celebranti: subdiaconus extergit calicẽ purificatorio, diaconus imponit vinum, subdiaconus interim ampullam aquę ostendens celebranti, dicit, Benedicite pater reuerende, qui facto versus eam signo crucis, dicit orationem, Deus, qui humanę, ⁊c. interiꝫ subdiaconus infundit paululum aquę in calicem. Diaconus illum celebrãti dat, ⁊ pedem calicis tangens, seu brachiũ dextrum celebrãtis sustentans, cũ eo dicit, Offerimus tibi Domine, ⁊c. Postea positum in altari, vt supra palla cooperit. Subdiacono deinde ponit in dextera manu patenam, quam cooperit extremitate veli ab eius humero pendentis: qui vadit post celebrantem ante medium altaris, ⁊ ibi stat in loco conuenienti. Dicto Veni sanctificator, vt supra, celebrans ponit incensum in thuribulũ, ministrante diacono nauiculam, dicens, Per intercessionem, ⁊c. vt in ordinario. Deinde accepto thuribulo per manuꝫ diaconi incẽsat oblata, ter ducẽs thuribulum super calicem ⁊ hostiaꝫ simul, in modũ crucis, ⁊ ter circũ calicem ⁊ hostiã, scilicet bis a dextra ad sinistraꝫ, ⁊ semel a sinistra ad dextraꝫ, dispẽsans verba in qualibet incensatione, hoc modo. In prima incensatione, Incensum istud. In secunda, a te benedictum. In tertia, ascendat ad te Domine. In quarta, ⁊ descendat sup nos. In quinta, ⁊ sexta, misericordia tua. Deinde incensat altare, vt supra, dicens, Dirigatur Domine oratio mea, ⁊c. vt in ordinario. Et incensatur ipse, vt supra. Postea diaconus incensat chorum, ⁊ postremo subdiaconum tenentem patenam: ⁊ ipse diaconus incensatur a thuriferario: ⁊ thuriferarius postea incensat populum.

¶ Celebrans lotis manibus, eas tergit, ⁊ illis ante pectus iunctis, reuertitur ad medium altaris: vbi stãs, oculosq; ad Deum eleuãs, ⁊ statim demittens, manibus iũctis super altare, capiteq; inclinato, dicit secrete: Suscipe sancta Trinitas, ⁊c. Quo dicto manibus hinc inde extensis, super altare positis, osculatur altare in medio: tum iunctis manibus ante pectus, demissisq; oculis ad terram, a sinistra manu ad dexteram vertit se ad populum, ⁊ versus eum, extendens ⁊ iungens manus, dicit voce aliquantulum eleuata, Orate fratres, secrete prosequens, vt meum, ac vestrum sacrificium, ⁊c. perficit circulum, reuertens iunctis manibus ante pectus a manu dextera ad medium altaris. Et responso a ministris, vel circũstantibus, Suscipiat Dominus sacrificiũ de manibus tuis, ⁊c. alioquin per seipsum, dicens, Sacrificium de manibus meis: ipse celebrans manibus ante pectus extensis, vt fit ad orationem, stans in medio altaris versus librum, dicit absolute sine alia interpositione orationem, vel orationes secretas: cum dicit, Per Dominum, iungit manus: cum dicit Iesum Christum, put inclinat, quod facit in prima oratione, ⁊ in vltima, si plures sint dicende.

¶ Peruento autem in conclusione vltimę secretę

ad

ad verba illa, Per oĩa sęcula sęculoꝝ. exclusiue, celebrans stans in medio altaris, depositis super eo manib⁹ hinc inde extensis, dicit conuenienti ⁊ intelligibili voce Pręfationē. Cum dicit, Sursum corda. eleuat manus hinc inde extensas vsq; ad pectus. Cum dicit, Gratias agamus domino iungit manus, cuȝ dicit, Deo nostro, cruci caput inclinat. Responso Dignum ⁊ iustum est, eleuatis ⁊ extensis, vt prius manibus, prosequit̃ Pręfationem propriã, vel communem, vt tempus requirit.

¶ Cum dicit Sanctus, iunctis ante pectus manibus, ⁊ inclinatus, voce mediocri prosequitur. Cuȝ dicit, Benedictus, qui venit in nomine Domini, ⁊c. signum crucis sibi producit a fronte ad pectus.

¶ In missa sollemni cum dĩ Pręfatio, diaconus ⁊ subdiaconus stant retro post celebrantē: ⁊ paulo antequaȝ dicatur Sanctus, accedunt ad altare, vbi cum celebrãte hinc inde dicunt, Sanctus, ⁊ quę sequuntur vsque ad Canonē. Deinde diaconus accedit ad sinistrã celebrantis, ei assistens, dum dĩ Canon, nisi alius sacerdos assistat: subdiaconus vero tunc stat post celebrantem.

¶ De Canone Missę vsque ad consecrationem.

Finita pręfatione, vt supra, celebrãs manib⁹ iũctis super altare positis, stãs ante mediũ altaris versus ad illud, eleuatis oculis ad Deum, ⁊ sine mora deuote demissis, profunde inclinatus incipit Canoneȝ, secreto dicens, Te igitur, ⁊c. vt in ordinario. Cuȝ dicit, vti accepta habeas, ⁊ benedicas, prius osculatur ante se altare: deinde erigit se, ⁊ stat iunctis manibus ante pectus: Cũ dicit, Hęc dona, hęc munera, hęc sancta sacrificia, dextera manu ter signat cõmuniter super hostiam ⁊ calicē, Deinde extẽsis manibus ante pectus ꝓsequit̃, In primis, quę tibi offerimus, ⁊c. vbi dicit, vna cũ famulo tuo Papa nr̃o N. exprimit nomen papę, sede aũt vacãte, verba pędicta omittuntur. vbi dicit, ⁊ antistite nr̃o N. specificatur nomen Patriarchę, Archiepiscopi, vel Episcopi ordinarij in propria Dięcesi: qui si est vita functus, p̃dicta verba omittuntur. Si celebrãs est Episcopus, Archiepiscopus, vel Patriarcha, omissis pędictis verbis, eoꝝ loco dicit, Et me indigno seruo tuo. Si vero celebrans est Papa, omissis verbis, vna cum famulo tuo papa nr̃o N. ⁊ antistite nostro N. dicit, Vna cum me indigno famulo tuo, quem gregi tuo pręesse voluisti. Et continuat vt sequitur, ⁊ oĩbus orthodoxis, ⁊c.

¶ Cuȝ dicit, Memento dñe, eleuãs ⁊ iungens manus vsq; ad facieȝ vel pectus, sic iunctis manibus, stat paulisper in quiete, demisso aliquãtulũ capite, faciēs cõmemorationem viuoꝝ Christi fideliũ ad suã voluntatē, quoꝝ nomina, si vult, secrete cõmemoret: non tñ necesse est ea exprimere, sed mente tñ eoꝝ memoriã habeat. Potest etiam Celebrans, si pro pluribus orare intendit, ne circumstantibus sit morosus, ante missaȝ in animo proponere sibi oẽs illos, taȝ viuos, quã defunctos, pro quibus in ipsa missa orare intendit, ⁊ hoc loco generaliter vnico contextu ipsoꝝ viuoꝝ cõmemorationem agere, pro quibus ante missam orare proposuit in missa.

¶ Cõmemoratione viuorum facta, demissis ⁊ extensis, vt prius, manibus, continuat, ⁊ oĩum circumstãtiũ, ⁊c. Similiter stans prosequitur, Communicantes, cum dicit, Iesu Christi caput cruci inclinat: in cõclusione quando dicit, Per eundẽ, iungit manus. Cuȝ dicit, Hanc igitur oblationeȝ, extendit manus simul super oblata, ita vt palmę sint apertę versus ac supra calicem ⁊ hostiam, quas sic tenet vsque ad illa verba, Per Christum dñz. iungens manus, ꝓsequit̃, Quã oblationem tu Deus in oĩbus quęsumus, ⁊ cũ dicit, Benedictam, ascriptã, ratã, cõiter signat ter super hostiã ⁊ calicem simul. Deinde cum dicit, vt nobis corpus, separatim signat semel super hostiam tantuȝ, ⁊ cum dicit, ⁊ sanguis, semel super calicē tantum: deinde eleuans ⁊ iungēs manus ante pectus, ꝓsequit̃, fiat dilectissimi filij tui dñi nr̃i Iesu Christi, inclinans caput cruci, si opus fuerit, extergit pollices ⁊ indices super corporale, ⁊ dicit secrete, vt prius, Qui pridie quam pateretur, ⁊ accipiens pollice ⁊ indice dextrę manus hostiam, ⁊ eam cum illis, ac indice ⁊ pollice sinistrę man⁹ tenẽs, stãs erect⁹ ante mediũ altaris, dicit, Accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, eleuansque ad cęlum oculos, ⁊ statim demittens, dicit, ⁊ eleuatis oculis in cęlum ad te Deuȝ patrē suum oĩpotentem, caputq; aliquantulũ inclinans, dicit, Tibi gratias agens, ⁊ tenens hostiam inter pollicem ⁊ indicem sinistrę manus, dextra producit signuȝ crucis super eã, dicens, benedixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens, accipite, ⁊ manducate ex hoc omnes. Si adsit vas cum alijs hostijs consecrandis, discooperit manu dextra calicem, seu vas aliarum hostiarum, ⁊ cubitis super altare positis, stans capite inclinato, distincte, reuerenter, ⁊ secrete profert verba consecrationis super hostiam, ⁊ simul super omnes, si plures sint consecrandę: ⁊ hostiam suam pollicibus ⁊ indicibus tantum tenens, attente, ⁊ deuote, ⁊ continuate profert verba consecrationis, Hoc est enim corpus meum.

¶ Quibus prolatis, Celebrans tenens hostiam inter pollices ⁊ indices pędictos super altare, reliquis manuum digitis extensis ⁊ simul iunctis (⁊ hostijs, si plures sint consecratę, in loco, in quo a principio missę sunt positę, super corporali, vel alio vase, vel calice dimissis) genuflexus, Deum adorat. Tunc se erigens, quantum commode potest, eleuat in altum hostiam, ⁊ intentis in eam oculis (quod ⁊ in eleuatione calicis facit) populo reuerenter ostendit adorandam, ⁊ mox ipsaȝ reuerenter super corporale reponit in eodem loco, vnde eam leuauit: ⁊ deinceps pollices ⁊ indices non disiungit, nisi quãdo hostiam consecratam tangere vel tractare debet, vsque ad ablutionem digitoꝝ post communioneȝ. Reposita hostia cõsecrata super corporale, genuflexus vsque ad terram, ipsam veneratur: si adsit vas aliarum hostiarum, patena cooperit. Interim dum celebrans eleuat hostiam, accenso prius intortitio, minister manu sinistra eleuat fimbrias posteriores planetę ne ipsum celebrantem impediat in eleuatione brachioꝝ, quod ⁊ facit in eleuatione calicis.

¶ Celebrans adorato sacramento surgit, ⁊ discooperit calicē, in quē, si opus sit, extergit digitos, quod semp faciat, si aliquod fragmentũ digitis adhęreat, ⁊ stans erectus dicit, Simili modo postquã cenatũ est, ambabus manibus accipiens calicē iuxta nodum infra cuppã, aliquantulumq; eleuans, ⁊ statim deponens, dicit, Accipiens ⁊ hunc pręclarum calicem. ⁊c. cum dicit, Benedixit, sinistra calicem infra cuppam tenens, dextra signat super eum, ⁊ prosequēs, deditq; discipulis suis, ⁊c. ambabus manibus tenēs caliceȝ, videlicet sinistra pedem, dextra nodum infra cuppã, cubitis super altare positis, ⁊ capite inclinato, profert secrete, ⁊ deuote, vt supra, verba consecrationis sanguinis, Hic est enim calix, ⁊c.

¶ Quibus dictis, reponit calicē ſuper corporale, ⁊ genuflexus ſanguinem reuerēter adorat. Tunc ſe erigit, ⁊ accipiēs calicem diſcoopertum cuꝫ ſanguine ambabus manibus, vt prius, eleuat euꝫ, ⁊ erectuꝫ, quantum commode poteſt, oſtēdit populo adorandum, dicens: Hęc quotieſcumqꝫ feceritis, ⁊c. mox ipſum reuerenter reponit ſuper corporale in locum priſtinum, ⁊ manu dextra palla cooperit, ac genuflexus ſacramentum veneratur.

¶ In miſſa ſollenni cum Celebrans dicit: Quam oblationem, ⁊c. diaconus accedit ad dextram celebrantis, ⁊ ibi in ſuperiori gradu altaris genuflexus, cum ſacramentum eleuatur, fimbrias planetę eleuat: ⁊ quando opus eſt, ſe erigens, calicem cooperit, ⁊ diſcooperit, ⁊ cum celebrante genuflectit. Repoſito calice diaconus redit ad librum, niſi alius aſſiſtat.

¶ De Canone poſt conſecrationem vſque ad Orationem Dominicam.

Repoſito calice, ⁊ adorato, celebrans ſtans ante altare, extenſis manibus ante pectus, dicit ſecreto, Unde ⁊ memores, ⁊c. iungit manus ante pectus, ⁊ cuꝫ dicit, Hoſtiam purā, ⁊c. manu dextra ſignat ter cōmuniter ſup hoſtiam ⁊ calicē, ⁊ ſemel ſup hoſtiam tantum, ⁊ ſemel ſup calicem tantum, dicens: Panem ſanctum vitę ęternę, ⁊ calicem ſalutis perpetuę, deinde ſtans, vt prius, extēſis manibus, pſequitur, ſupra quę ppitio, ⁊c. cum dicit, Supplices te rogamus, inclinat ſe ante medium altaris, manibus iunctis ſup illo poſitis: cuꝫ dicit, ex hac altaris participatione, oſculatꝰ altare: cum dicit, ſacroſanctum filij tui, iungit manus, ⁊ manu dextra ſignat ſemel ſup hoſtiam tantum, ⁊ ſemel ſuper calicē, dicens, Corpus ⁊ ſanguinē ſumpſerimus, ⁊ cuꝫ dicit omni bñdictione celeſti ſeipſum ſignat a fronte ad pectus ſigno crucis. Cum dicit, Per eundem, iungit manus.

¶ Cum dicit, Memento dñe famulorꝫ famularumque tuarum, qui nos pręceſſerunt, ⁊c. ſtatim extenſis ⁊ iunctis manibus ante pectus, vel vſqꝫ ad faciem eleuatis, ⁊ intentis oculis ad ſacramentum ſuper altare, facit cōmemorationem fidelium defunctorꝫ, de quibus ſibi videtur, eodem modo, vt dictuꝫ eſt de commemoratione viuorum. Qua cōmemoratione facta, ſtans vt prius, extenſis manibus proſequitur, ipſis dñe, ⁊ omnibus in Chriſto, ⁊c. ⁊ in fine, ad Per eundem, caput inclinat. Cum dicit, Nobis quoque peccatoribus, vocem aliquantulum eleuat, ⁊ dextra manu pectus ſibi percutit, ⁊ proſequitur, famulis tuis, ⁊c. ſtans vt prius.

¶ Cum dicit, Per Chriſtuꝫ dñm noſtrum, per quem hęc omnia dñe ſemper bona creas, iungit manus ante pectus: deinde manu dextra ter ſignans cōmuniter ſup hoſtiam ⁊ calicē, dicit, Sāctificas, viuificas, benedicis, ⁊ pręſtas nobis. Poſtea diſcooperit manu dextra calicem, ⁊ genuflexus reuerentiā facit ſacramento: tum ſe erigit, ⁊ reuerenter accipit hoſtiam inter pollicē ⁊ indicē dextrę manus, ⁊ cum ea ſuper calicem, quem manu ſiniſtra tenet circa nodum infra cuppam, ſignat ter a labio ad labiuꝫ, dicens, Per ipſuꝫ, ⁊ cū ipſo, ⁊ in ipſo, Et cuꝫ hoſtia bis inter ſe ⁊ calicem a labio calicis incipiens ſignat, dicens: eſt tibi Deo patri omnipotenti in vnitate ſpiritus ſancti. Deinde tenens manu dextra hoſtiam ſuper calicem, ſiniſtra calicem, eleuat eam aliquātulum ſimul cum calice, dicens: Omnis honor ⁊ gloria, ⁊ ſtatim vtrumque deponens, hoſtiam collocat ſuper corporali, ⁊ digitos, ſi fragmētū aliquod illis adhęreat, extergit in calice (quod ſemper, ſi opus ſit, faciat, cū hoſtiam ſacraꝫ tetigit) ac pollices ⁊ indices, vt priꝰ iungens, calicem palla cooperit, ⁊ genuflexus vſqꝫ ad terram, ſacramentum veneratur.

¶ In miſſa ſollenni cum celebrans, dicit: Per quem hęc oia, ⁊c. diaconus facta ſacramento genuflexione: accedit ad dextram celebrantis, ⁊ qñ opus eſt, diſcooperit calicem, ⁊ cum celebrante adorat: ſimiliter cooperit, ⁊ iterum genuflectit. Poſtea vadit retro poſt celebrantem, vbi ſtat, dum dicitur Oratio Dominica.

¶ De oꝛone dñica, ⁊ aliis vſqꝫ ad ſanctam Cōionem.

Celebrans cooperto adoratoque calice erigit ſe, ⁊ more ſolito manibus extenſis hinc inde ſuper altare poſitis, dicit intelligibili voce: Per omnia ſęcula ſeculorꝫ. Cum dicit, Oremus, iungit manus, caput ſacramento inclinans. Cum incipit: Pater noſter: extēdit manus, ⁊ ſtans oculis ad ſacramentū intētis, proſequitur vſqꝫ ad finē: reſponſo a miniſtro: Sed libera nos a malo, ⁊ a celebrante, Amen. manu dextra pollice ⁊ indice non diſiunctis, patenam accipit inter indicem, ⁊ medium digitos, quam tenens ſuper altare erectam, dicit ſecrete, Libera nos queſumus.

¶ In miſſa ſollemni cum in oꝛone Dñica dicit: Et dimitte nobis debita noſtra, diaconus retro poſt celebrātem facta altari genuflexione, vadit ad dexteram celebrantis: ⁊ ſubdiaconus circa finem orationis Dñicę reuertitur ad altarę, ⁊ offert patenam diacono, qui eam diſcooperit, ⁊ dat celebranti, oſculans eius manum: diſcooperitqꝫ ⁊ cooperit calicem, qñ opus eſt, ſimul cum celebrante genuflectens. Antequam celebrans dicat: Da propitius pacem, eleuet manu dextra patenam de altari, ⁊ ſeipſum cum ea ſignet a frontę ad pectus, dicens: Da propitius pacem in diebus noſtris: Patenam ipſam oſculatur, ⁊ proſequens, vt ope miſericordię tuę, ⁊c. ſubmittit patenam hoſtię, quam indice ſiniſtro accommodat ſuper patenam, diſcooperit calicem, ⁊ genuflexus in terra, ſacramētum adorat: tū ſe erigens accipit hoſtiam inter pollicē ⁊ indiceꝫ dextrę manus, ⁊ cum illis, ac pollice ⁊ indice ſiniſtrę manus eam ſuper calicē tenēs, reuerenter frangit per mediū, dicens: Per eundem dñm noſtrum Jeſum Chrm filium tuū. ⁊ mediam partem, quā inter pollicē ⁊ indicē dextrę manus tenet, ponit ſuper patenaꝫ: de alia media, quam ſiniſtra manu tenet, frangit cum pollice ⁊ indice dextrę manus particulam, proſequens, Qui tecum viuit ⁊ regnat, quam inter ipſos dextrę manus pollicem ⁊ indicem retinens, partē maiorē quā ſiniſtra tenet, adiungit medię ſuper patenam poſitę, interim dicēs: In vnitate ſpiritus ſancti Deus. Et particulam hoſtię, quam in dextra manu retinuit, tenens ſup caliceꝫ, quē ſiniſtra p nodum infra cuppam retinet, intelligibili voce dicit: Per omnia ſęcula ſęculorū. ℟. Amen. Cum ipſa particula ſignans ter a labio ad labium calicis, dicit: Pax Domini ſit ſemper vobiſcum, Reſponſo per miniſtros, Et cū ſpiritu tuo, particulaꝫ, quam dextra manu tenet, ponit in ſanguinem, dicēs ſecrete: Hęc cōmiſtio ⁊ conſecratio corporis, ⁊c. deinde pollices ⁊ indices ſuper calicem aliquantulum tergit, ⁊ iungit, calicē palla cooperit: ⁊ genuflexus ſacramentum adorat: ſurgit, ⁊ ſtās iūctis manibus ante pectus, capite inclinato verſus ſacramentum, dicit intelligibili voce, Agnus Dei qui tollis peccata mundi, ⁊ dextra percutiens ſibi pectus,

dicit,

dicit miserere nobis. quod tertio facit, cum dicit, dona nobis pacem, tunc manibus iunctis sup altare positis, capite inclinato, oculisq; ad sacramentum intẽtis, dicit secreto, Dñe Jesu Christe, ⁊c. Qua Oratione finita, si est daturus pacem, osculatur altare in medio, ⁊ ei statim instrumentum pacis porrigatur a ministro iuxta ipsum ad dexterã, hoc est in cornu Epistolę genuflexo, ⁊ dicit: Pax tecum. si non adsit qui pacem recipiat a celebrante, pax non datur, etiam si illius datio missę conueniat, nec osculatur altare: sed dicta pręmissa Oratione, statim subiungit alias Orationes, vt in ordinario.

¶ Si vero celebret pro defunctis, non percutit pectus ad Agnus Dei, quia dicit, Dona eis requiẽ, nec dicit primã orõnẽ, Dñe Jesu Chrẽ, q dixisti apl'is tuis, ⁊c. non dat pacem, sed dicit alias duas sequẽtes orationes. Dñe Jesu Chrẽ fili Dei viui: ⁊ Perceptio corporis.

¶ Quibus Orationibus dictis, genuflectẽs sacramentum adorat, ⁊ se erigens, dicit secrete: Panem cęlestẽ accipiam. Quo dicto, dextra manu accipit de patena reuerenter ambas partes hostię, ⁊ collocat inter pollicem ⁊ indicem sinistrę manus, quibus patenã inter eũdẽ indicez ⁊ mediũ digitos supponit: ⁊ eadẽ manu sinistra tenens partes huiusmodi super patenaz, dextra tribus vicibus percutit pectus suum: interim etiam tribus vici bus dicẽs, voce aliquantulũ eleuata: Dñe, non sum dignus, ⁊ secrete prosequitur, vt intres, ⁊c. Quibus tertio dictis, ex sinistra accipit ambas partes prędictas hostię inter pollicem ⁊ indicem dextrę manus, ⁊ cum illa supra patenam signat seipsum signo crucis, dicens, Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animaz meam in vitam ęternam. Amen.

¶ Deinde reuerenter easdez ambas partes sumit: quibus sumptis, deponit patenam super corporale, ⁊ erigens se iunctis indicibus ⁊ pollicibus, ambas quoque manus ante faciem iungit, ⁊ aliquantulũ quiescit in meditatione sanctissimi sacramenti.

¶ Deinde positis manibus dicit secreto, Quid retribuã domino pro oĩbus, quę retribuit mihi, ⁊ discooperto calice accipit patenã, ⁊ eã diligẽter cũ pollice ⁊ indice dextrę manus super calicẽ extergit, ⁊ ipsos digitos, ne quid fragmẽtorũ in eis remaneat. Si vero adsint hostię cõsecratę sup corporale positę, pro alio tpe conseruandę facta prius genuflexione, reponit eas in vas ordinatum: ⁊ diligenter aduertat, ne aliquod fragmentũ, quantumcumque minimũ remaneat super corporale: quod si fuerit, accurate reponit in calicem. Post extersionẽ patenę iunctis pollicibus ⁊ indicibus iteruz genuflectit sacramento: surgit, ⁊ calicẽ dextra manu infra noduz cuppę accipit, dicens, Calicez salutaris, ⁊c. ⁊ signans se signo crucis cum calice, dicit, Sanguis dñi nostri, ⁊c. ⁊ manu sinistra supponens patenam calici, stans reuerenter sumit totum sanguinem cum particula in calice posita.

¶ Quibus sumptis, dicit secreto, Quod ore sumpsimus, ⁊c. Postea super altare porrigit calicem ministro ad cornu epistolę, quo vinũ fundẽte, se purificat: deinde abluit pollices ⁊ indices super calicem, quos abstergit purificatorio, interim dicẽs, Corpus tuũ domine quod sumpsi, ⁊c. ablutionez sumit, ⁊ extergit os, ⁊ calicem purificatorio: quo facto, purificatoriũ extẽdit sup calicem, ⁊ desuper patenã, ac super patena paruã pallã, ⁊ cooperit velo, plicat corporale, ⁊ reponit in bursam, quam ponit super calicem, ⁊ collocat super altare, vt prius.

¶ Si q sunt cõicãdi in missa, eos cõicet, antequã sumat purificationẽ: ⁊ antequã digitos abluat. Quibus cõmunicatis dicit, Quod ore sumpsim⁹, ⁊c. ⁊ deinde se ⁊ eos, qui communicarunt, purificans, dicit, Corpus tuum domine, quod sumpsi, ⁊ alia facit vt supra.

¶ In missa sollemni diaconus stans retro post celebrãtem, cũ in orõne Dñica dr̃, Et dimitte nobis debita nostra, facta ibidem genuflexione altari, vadit ad dextram celebrantis, ⁊ patenam purificatorio abstergẽs dat celebrãti, illius manuz osculando: ⁊ qñ opus est, discooperit, ⁊ cooperit: ⁊ cũ celebrãte adorat calicem. Cum dicit, Pax domini, ⁊c. subdiaconus retro post celebrantẽ facta altari genuflexione, vadit ad sinistraz celebrantis: ⁊ simul dicunt, Agnus Dei, deinde facta ibidem sacramento genuflexione, redit post celebrantem. Diaconus vero a dextris genuflexus expectat pacem, ⁊ cum celebrans osculatur altare, ipse se erigens simul osculatur altare, ⁊ a celebrãte complexus accipit pacem per osculum, respondens ei, Et cum spiritu tuo. Postea iteruz sacramento in altari adorato, vertit se ad subdiaconum retro post celebrantem, qui similiter a diacono accepta pace, facta prius altari genuflexione, comitatus acolytho vadit ad chorum, ⁊ dat similiter pacem per osculuz, primo cuiusq; ordinis, dignioribus prius, deinde minus dignis: ⁊ reuersus ad altare, dat pacez acolytho, qui ipsum comitatus fuerat: qui ⁊ alijs acolythis circa altare dat pacem: deinde vadit ad dextram celebrantis, ⁊ quãdo opus est, discooperit calicem, accipit ampullam vini, ⁊ infundit, quando celebrans vult purificare. In missa pontificali assistens accipit ⁊ defert pacem, vt in pontificali habetur. Si in missa sollemni fiat cõmunio, omnia seruentur vt supra, sed prius communicet diaconum ⁊ subdiaconum, ⁊ alios per ordinem: ⁊ dum eos communicat, a choro cantetur communio.

¶ De Cõmunione, ⁊ orõnibus post cõionez dicendis.

Celebrante purificato, dum calicem collocat in altari, liber missalis defertur per ministrum ad cornu epistolę, ⁊ collocatur, vt in Introitu.

¶ In missa sollẽni diaconus defert librũ missalis ad cornu eplę, postea vadit retro post celebrantẽ: subdiaconus vero vadit ad cornu euãgelij, vbi calicez mundat, aptat cum purificatorio, plicat corporalia, reponit in bursam, ⁊ illam ponit super calicẽ coopertũ velo, quem collocat in altari, vel super credentia, vt prius: postea redit ad locum suũ retro post diaconum. His expeditis, celebrans stãs legit Añam, q̃ dr̃ Cõmunio, qua lecta, iunctis manibus ante pectus, vadit ad medium altaris, ⁊ eo osculato vertit se ad populum, ⁊ dicit, Dñs vobiscum, redit ad librum, dicit orationes post communionem, eisdem modo, numero, ⁊ ordine, vt supra dictę sunt Collectę.

¶ Quibus dictis, iungens manus ante pectus, reuertitur ad mediuz altaris, ⁊ eo osculato vertit se ad populũ, ⁊ dicit, vt supra, Dominus vobiscum. Quo dicto stans iunctis manibus ante pectus versus populum dicit, si dicendum est, Ite missa est. Quo dicto, per eãdem viaz reuertitur ad altare. Si vero non sit dicendum, dicto Dominus vobiscuz, reuertitur eodem modo per eandẽ viam ad medium altaris, vbi stans versus ad illud iunctis ante pectus manibus, dicit, Benedicamus dño.

¶ In Missis autem defunctorum eodem modo stãs, dicit, Requiescant in pace.

¶ In missa sollemni hęc omnia eodem modo stãs, dicit

cit diaconus: & cum dicit, Ite Missa est, Celebrans quoque stat versus populum.

¶ In Quadragesima autem a Feria quarta Cinerum usque ad Feriam quartam maioris Hebdomadę, in Feriali officio, postquam Celebrans dixit orationes post communionem cum suis solitis conclusionibus, antequam dicat Dominus vobiscum, stans in eodem loco ante librum dicit, Oremus, Humiliate capita vestra Deo: extensis manibus subiungit eadem voce Orationem super populum ibidem positam: qua finita osculatur altare, & vertens se ad populum, dicit: Dominus vobiscum. & alia ut supra.

¶ In missa sollemni, dicto per Celebrantem, Oremus, diaconus vertens se ad populum, iunctis manibus, dicit ut supra, Humiliate, &c. quo dicto vertit se versus Altare a tergo Celebrantis, & Celebrans dicit Orationem.

¶ De Benedictione in fine Missę, & Euangelio Sancti Joannis.

Dicto Ite Missa est, vel Benedicamus Domino, ut supra, Celebrans ante medium Altaris stans iunctis manibus super Altare, & capite inclinato, dicit secrete, Placeat tibi sancta Trinitas, & cet. quo dicto, extensis manibus hinc inde super Altare positis, ipsum in medio osculatur: tum erigens se adhuc stans versus illud, extendit, eleuat, & iungit manus, caputque cruci inclinans, dicit voce intelligibili Benedicat vos omnipotens Deus, & iunctis manibus, ac demissis ad terram oculis, vertens se ad populum, extensa manu dextra, iunctisque digitis, semel benedicit populo, dicens: Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, & circulum perficiens, reuertitur ad cornu Euangelij: ubi dicto, Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo, pollice dextro signans primum signo crucis altare, seu librum: deinde frontem, os, & pectus, dicit Initium sancti Euangelij secundum Joannem. vel Sequentia sancti Euangelij, ut dictū est in Rubricis generalibus, & post ℟. Gloria tibi Domine, iunctis manibus legit Euangelium, In principio, vel aliud, ut conuenit. Cum dicitur, Et verbum caro factum est, genuflectit, & surgens progreditur: ut prius, usque ad finem.

¶ Si Celebrans in altari vertit faciem versus populum, non vertit se, sed stans, ut erat, benedicit populum, ut supra, in medio altaris: deinde accedit ad cornu Euangelij, & dicit Euangelium sancti Joannis. Si celebrauit coram summo Pontifice, Cardinale, Legato Sedis Apostolicę, Patriarcha, Archiepiscopo, & Episcopo, in Prouincia, Ciuitate, vel Diœcesi sua existente: Celebrans, dicto, Placeat tibi sancta Trinitas, &c. dicit: Benedicat vos omnipotens Deus, & conuertens se ad summum Pontificem genuflexus, ad Cardinalem vero Legatum, vel Prelatum suum, capite inclinato, quasi licentiam benedicendi petens, prosequitur, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, benedicens astantes a parte, ubi non adest Pontifex, Cardinalis, Legatus, aut Prelatus predicti.

¶ Si autem celebrauit coram Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo, extra eorum titulum, Ecclesiam, Prouinciam, Ciuitatem, vel Diœcesim constitutis, eis absque alio respectu, ut ceteris, qui intersunt, more consueto benedicit.

¶ Si autem celebrauit pro defuncto, dicto, Placeat tibi sancta Trinitas, ut supra, accedit ad cornu Euangelij, & dicit Euangelium sancti Joannis, pretermissa benedictione, quę in Missis Defunctorū non datur.

¶ Finito Euangelio, in fine missę, si celebrauit coram summo Pontifice, Cardinale Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo in eorum residentijs, Ecclesia, vel loco iurisdictionis eorum: conuertit se ad illum, coram quo ex predictis celebrauit, & facit reuerentiam cōuenientem.

¶ Si non celebrauit coram aliquo predictorum, huiusmodi reuerentiam pretermittit.

¶ Quibus omnibus absolutis, extinguuntur per ministrum candelę: interim Sacerdos cooperto capite accipit sinistra calicem, dextram ponens super bursam, ne cadat, descendit ad infimum gradum Altaris, & ibi in medio vertens se ad illud, caput inclinat: & facta reuerentia, precedente ministro eo modo quo venerat, redit ad sacristiam, interim dicens Antiphonam, Trium puerorum, & canticum, Benedicite. Si vero sit dimissurus huiusmodi vestes ante Altare, ubi celebrauit, finito Euangelio predicto, ibidem deponit vestes, & dicit Antiphonam predictam, Trium puerorum. cum cantico, & alijs orationibus, ut suo loco ponuntur. Et dicto Euangelio secundum Joannem, vel alio, ut supra, Celebrans discedit cum ministris ordine quo venerat.

¶ De his que omittuntur in Missa pro Defunctis.

In Missa pro defunctis ante Confessionem non dicitur Psalmus, Judica me Deus. Sed pronunciata Antiphona Introibo ad Altare Dei, & responso a ministris, Ad Deum, qui letificat, &c. dicitur ℣. Adiutorium nostrum, & Confessio, cum reliquis, ut supra.

¶ In missa sollemni post confessionem non incensatur Altare. Cum Celebrans ad Altare incipit Introitum, non signat se, sed manu dextra extensa facit signum crucis super librum, quasi aliquem benedicens. Non dicitur, Gloria Patri, sed post Psalmum, repetitur, Requiem eternam: nec Gloria in excelsis, nec Alleluia, nec Jube domne benedicere, nec Dominus sit in corde meo: nec osculatur librum in fine.

¶ In Missa sollemni subdiaconus finita Epistola nō osculatur manum celebrantis, nec benedicitur. Diaconus non petit benedictionem, nec osculatur Celebrantis manum, non tenentur luminaria ad Euangelium, sed duo tantum Acolythi sine candelabris tenent medium subdiaconum, tenentem librum Euangeliorum. Non incensatur liber, nec in fine celebrans: nec defertur liber Euangeliorum osculandus.

¶ Item in missa defunctorum non dicitur, Credo, non benedicitur aqua in Calicē fundenda: sed dicitur, Deus, qui humanę substantię, &c.

¶ In missa sollemni, oblata & altare incensantur, ut supra: incensatur solus Celebrans, & non incensantur alij: Cum lauat manus, non dicit ℣. Gloria Patri, in psalmo, Lauabo inter innocentes Subdiaconus non tenet patenam post celebrantem: sed tempore eleuationis Sacramenti incensat Sacramentum. Ad Agnus Dei, non dicitur miserere nobis, cuius loco dicitur, dona eis requiem, nec tertio, dona nobis pacem, cuius loco dicitur, dona eis requiem sempiternam: non dicitur prima Oratio ante communionem,

nem scilicet, Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis, ⁊c. nec datur pax. In fine nō dicitur, Ite Missa est, nec Benedicamus domino, sed Requiescant in pace. Et non datur benedictio: sed dicto Placeat. dicitur vt supra, In principio erat verbum, ⁊c. Alia omnia, vt in alijs Missis.

¶ Finita Missa, si facienda est Absolutio, Celebrans retrahit se ad cornu Epistolę, exuitur casula, accipit pluuiale nigrum: Subdiaconus medius inter duos Acolythos deferentes candelabra accensa, defert Crucem, pręcedentibus duobus alijs acolythis, vno cum thuribulo ⁊ nauicula, alio cum aqua benedicta ⁊ aspersorio, sequitur Celebrans ⁊ Diaconus a sinistris. Subdiaconus cum cruce sistit se in loco parato ad caput contra Altare, medius inter dictos Acolythos deferentes luminaria: Celebrans vero ex alia parte versus Altare, a sinistris diaconus, ⁊ alij duo Acolythi deferentes vas aquę benedictę, ⁊ thuribulum. Interim cantatur ℟. Cum dicitur Kyrie eleison. Celebrans ponit incensum in thuribulum, ministrante Diacono nauiculam: Incepto Pater noster. Accipit aspersorium de manu Diaconi: ⁊ facta Altari reuerentia, comitante Diacono a dextris, ⁊ tenente fimbriam anteriorem pluuialis, aspergit circumiens locum paratum: cum transit ante crucem, profunde inclinat, Diaconus vero genuflectit: ⁊ rediens ad pristinum locum, de manu eiusdem Diaconi accipit thuribulum, ⁊ eodem modo quo asperserat, incensat. Postremo Diacono tenente librum orat iunctis manibus, dicēs, Et ne nos inducas. ℣. A porta inferi cum alijs: ⁊ Orationem Absolue quęsumus domine, vt in Ordinario: ⁊ post eam dicens, Requiem ęternam. ⁊c. facit crucem manu dextera super locum paratum: ⁊ dicto per Cantores: Requiescant in pace, pręcedente cruce, redit cum alijs ad sacristiam.

¶ De his quę clara voce aut secreto dicēda sūt in missa.

In Missa priuata clara voce dicuntur Antiphona, Psalmus ad Introitum. Confessio, ⁊ quę sequuntur excepta Oratione, Aufer a nobis, ⁊ Oramus te Domine per merita Sanctorum tuorum, ⁊c. Item. Introitus, Kyrie eleison. Gloria in excelsis, Epistola, Graduale, Euangelium, Credo, Offertorium, Pręfatio, Nobis quoque peccatoribus, solum hęc tria verba. Item, Per omnia sęcula, ⁊ cum Pater noster, Pax Domini, Agnus Dei. Domine non sum dignus. Communio, Postcommunio, Ite Missa est, vel Benedicamus Domino. vel Requiescant. Euangelium. In principio. Alia omnia dicuntur secrete.

¶ In Missa sollemni clara voce a celebrante dicuntur, quando intonatur Gloria in excelsis, ⁊ Credo, Dominus vobiscum. Oremus. Oratio, Dominus vobiscum, Oremus, ante Offertorium, Pręfatio, Pater noster. ⁊ Oratio post communionem, Alia omnia a celebrante dicuntur secreto in Missa sollemni.

¶ De hora celebrandi Missam.

Missa priuata saltem post Matutinum, quacunque hora ab Aurora vsque ad Meridiem dici potest: Missa autem Conuentualis ⁊ Sollemnis, sequēti ordine dici debet.

¶ In festis duplicibus ⁊ semiduplicibus, in Dominicis, ⁊ infra Octauas, dicta in choro hora tertia.

¶ In festis Simplicibꝰ ⁊ ferijs p annum, dicta Sexta,

¶ In Aduentu, Quadragesima, Quattuor temporibus, ⁊ Vigilijs quę ieiunantur, dicta Nona.

¶ Missa autem Defunctorum dici debet post Matutinum, ⁊ Primam diei: ⁊ vbi dicuntur eorum Vigilię, mane post Matutinum diei, dictis huiusmodi Vigilijs cum Laudibus; immediate dici potest Missa pro defunctis. Excipiuntur ab hoc ordine dicendi Missam Cōuentualem, Missę in nocte Natiuitatis Domini, quę suo loco dicuntur: Missa scilicet Conuentualis prima, post mediam noctē: Secunda post Laudes, ⁊ Primam: Tertia post Tertiam: vel vbi alias ex dispensatione Apostolica disponatur.

¶ De ordine sedendi, standi, ⁊ genuflectendi in Missa sollemni.

In Missa sollemni celebrans medius inter Diaconum ⁊ Subdiaconum, sedere potest a cornu epistolę iuxta Altare, cum cantatur Kyrie eleison, Gloria in excelsis, Credo. alio tempore stat ad Altare, ⁊ genuflectit, quando oportet, vt supra.

¶ Item genuflectit, quando legitur Euangelium, In principio, ad illa verba, Et verbum caro factum est: ad Euangelium, Cum natus esset Iesus, ad illa verba, Et procidentes adorauerunt eum. Item ad Euangelium Ferię iiij. post Dominicam quartam Quadragesimę, ad illa verba in fine, ⁊ procidens adorauit eū: Et cum Diaconus cantat illa verba, ipse versus librū, Celebrans ⁊ circumstantes versus Altare genuflectunt: Subdiaconus vero tenens librum, ⁊ Acolythi candelabra, non genuflectunt. Item sacerdos genuflectit priuate celebrans: cum dicit, Flectamus genua: non autem cum sollemniter celebrat: sed Diaconus ⁊ Subdiaconus, ⁊ circumstantes. Item celebrans ⁊ Ministri genuflectunt, cum dicitur in Quadragesima, Adiuua nos Deus. Item, cū dicitur in Missa Spiritus sancti: Veni sancte Spiritus, reple. ⁊c. Item quādo legitur Passio, ad illa verba: Expirauit. Et quandocumque fiunt genuflexiones, vt supra: circumstantes autem in Missis priuatis semper genuflectunt, pręterquam ad Euangelium.

¶ In sollemnibus autem genuflectitur ab ijs, qui non sunt pręlati ad Confessionem, cum suo Psalmo, ⁊ ab omnibus quando eleuatur Sacramentum, sed dum cantatur Introitus, Gloria in excelsis, Epistola, Graduale, Credo, in vnum Deū. ⁊c. Offertorium: ⁊ facta communione, dum cantatur Communio, sedetur, in alijs statur.

¶ In Missis Feriarum Aduen. Quadragesimę, Vigiliarum, quę ieiunantur, ⁊ Quattuor temporum, ac in Missis Defunctorum, circumstantes genuflectunt ad Confessionem cum suo Psalmo ad Orationes dicto per celebrantem Sanctus. vsque ad Pax Domini, ⁊ ad Postcommunionem, excepta Vigilia Paschę, ⁊ Pentecostes, ac Natiuitatis Domini.

¶ De Coloribus, ⁊ qualitate Paramentorum.

Paramenta Altaris, celebrantis, ⁊ ministrorum sint coloris conueniētis Officio ⁊ Missę diei sm̄ vsum Romanę Ecclesię: quę quinque coloribus vti cōsueuit, Albo, Rubeo, Viridi, Violaceo, ⁊ Nigro.

¶ Albo colore vtitur.

1 A Vesperis Vigilię Natiuitatis Domini, vsque ad Octauam Epiphanię inclusiue, Exceptis festis Martyrum, quę infra eam veniunt.

2 In feria v. Cęnę Domini.

3 In sabbato sancto in officio Missę, ⁊ ab illo die vsque ad Sabbatum Pentecostes exclusiue.
4 In Officio de tempore, pręterquam in Missa Litaniarum, ⁊ Rogationum.
5 In festis B. Marię, ⁊ per eius Octauas, pręterquam in benedictione candelarum, ⁊ processione, quę fit in Purificatione eiusdem.
6 In eiusdem virginis Missis votiuis.
7 In Missa sanctę Trinitatis.
8 In festo Corporis Christi.
9 In festis Angelorum.
10 In festo Natiuitatis S. Ioannis Baptistę.
11 In festo omnium Sanctorum.
12 In festo principali S. Ioannis Euangelistę, quod est infra Octauam Natiuitatis Domini.
13 In vtraque Cathedra S. Petri.
14 In Conuersione S. Petri.
15 In festo S. Petri ad Vincula.
16 In festo Transfigurationis Domini.
17 In festo Confessorum Pontificum, ⁊ } Doctorum non Pontificum.
18 In festis sanctarum Virginum ⁊ non Virginum.
19 In Consecratione ⁊ Dedicatione Ecclesię.
20 In Consecratione Pontificis.
21 In Oct. prędictorum Festorum, quę Octauas habent, quando fit Officium de Octaua.
22 In Dominicis infra Octauam dictorũ Festorum per Annum occurrentibus.

¶ Rubeo colore vtitur.

1 A Vigilia Pentecostes in Missa vsq; ad sabbatum sequens inclusiue.
2 In festo Decollationis sancti Ioannis Baptistę.
3 In festo sanctę Crucis.
4 In festo sancti Ioannis ante portam Latinam.
5 In festo sanctorum Innocentium, quando in Dominica venit, similiter ⁊ in eius die octaua.
6 In Natali Apostol. exceptis Festis { Ioãnis Euãgelistę infra Oct. Natiuitatis Domini. Conuersionis sancti Pauli, sancti Petri, vtriusque Cathedrę, ⁊ vinculorum.
7 In festis Martyrum, excepto, Festo sanctorũ Innocentium, nisi in Dominica venerit.
8 In Octaua prędictorũ Festorum, quę Octauas habent, quando fit de Octaua.
9 In Dominicis per annum infra eas Octauas occurrentibus.

¶ Viridi colore vtitur.

1 Ab Octaua Epiphanię vsque ad Septuagesimam exclusiue in Officio de Tempore.
2 Ab Octaua Pentecostes, vsque ad Aduentum exclusiue in Officio de tempore.
exceptis { Dominica Trinitatis. Dominicis infra Octauas occurrẽtib᷒, in quibus color Octauarum seruatur. Vigiliis, ⁊ Quattuor Temporibus.

¶ Violaceo colore vtitur.

1 A Dominica prima Aduentus vsq; ad Missam Vigilię Natiuitatis Domini inclusiue, in Officio de Tempore.
2 A Septuagesima vsque ad Officium ante Missam in Vigilia Paschę inclusiue. In Officio de Tempore, excepta Feria quinta in Cena Domini, ⁊ Parasceue, ⁊ Benedictione Cerei, in qua Diaconus illius Pręfationem dicens solus vtitur Albo: ea autem finita, Violaceo, vt prius.
3 In Officio in Vigilia Pentec. ante Missam facta benedictione fontium inclusiue.
4 Quattuor Temporibus.
5 Vigiliis quę ieiunantur, exceptis Vigilia ⁊ Quattuor Temporibus Pentecostes.
6 Missa Litaniarum, ⁊ Rogationum.
7 Festo sanctorum Innocentium, quando non venit in Dominica.
8 Benedictione candelarum, in die Purificationis B. Marię.
9 Benedictione Palmarum, ⁊ in ipsa Dominica in Palmis.
10 Generaliter in omnibus processionibus: exceptis processionibus sancti Sacramenti, ⁊ quę fiunt in sollemnibus diebus.

¶ Nigro colore vtitur.

¶ In Feria sexta in Parasceue, ⁊ in Missis defunctorum.

¶ In officio missę celebrans semper vtitur Planeta super Albam. Si autem sit Episcopus, ⁊ sollemniter celebrat, super Dalmatica ⁊ Tunicella.

¶ Pluuiali vtitur in processionibus, ⁊ benedictionibus, quę fiunt in altari. Item in Officio Laudum ⁊ Vesperarum, quando sollemniter dicuntur: eodem vtitur assistens celebranti in Missa Pontificali. Item quando celebrans post Missam defunctorum facit in fine absolutionem.

¶ Cum celebrans vtitur Pluuiali, semper deponit manipulum: ⁊ vbi pluuiale haberi non potest, in benedictionibus, quę fiunt in altari, celebrans stat sine Planeta cum Alba ⁊ Stola.

¶ Dalmatica ⁊ Tunicella vtuntur Diaconus ⁊ Subdiaconus in Missa sollemni ⁊ processionibus, ⁊ benedictionibus, quandocumque Sacerdoti ministrant.

¶ In diebus vero ieiuniorum, pręterquam in Vigiliis Sanctorum, ⁊ in Dominicis, ⁊ Feriis Aduentus, ⁊ Quadragesimę, ac in vigilia Pentecostes ante Missam, exceptis Dominica: Gaudete, etiam si eius Missa infra hebdomadam repetatur, Dominica Letare, Vigilia Natiuitatis, Sabbato sancto in benedictione Cerei, ⁊ in Missa, ⁊ Quattuor Temporibus Pentecostes: in Cathedralibus ⁊ pręcipuis Ecclesiis vtuntur Planetis plicatis ante pectus: quam Planetam Diaconus dimittit, cum lecturus est Euangelium, ⁊ tunc super sinistrum humerum super Stolam complicatur, aut ponitur aliud genus Stolę latioris in modum Planetę plicatę: ⁊ facta communione, resumit Planetam, vt prius. Similiter Subdiaconus dimittit eam, cum lecturus est Epistolam, quam legit in Albis: ⁊ postea eam resumit vt prius.

¶ In minoribus autem Ecclesiis, prędictis diebus ieiuniorum Alba tantum amicti ministrent Subdiaconus cum manipulo, Diaconus etiam cum Stola ab humero sinistro sub dextrum pendente.



DE DEFECTIBVS IN CELEBRATIONE Missarum occurrentibus.

Sacerdos celebraturus omnem adhibeat diligentiam, ne aliquid ex requisitis ad sacramentum eucharistię conficiendum desit. Potest autem defectus contingere ex parte materię consecrandę, & ex parte formę adhibendę, & ex parte ministri conficientis. Quidquid enim horum deficit, scilicet materia debita, forma cum intentione, & ordo sacerdotalis in conficiente, non conficitur sacramentum. Et his existentibus, quibuscumq; aliis deficientibus, veritas adest sacramenti. Alij vero sunt defectus, qui in Missę celebratione occurrentes, & si veritatem sacramenti non impediant, possunt tamen aut cum peccato, aut cum scandalo contingere.

De defectu materię.

Defectus ex parte materię possunt contingere, si aliquid desit ex ijs, quę ad ipsam requiruntur. Requiritur enim, vt sit panis triticeus, & vinum de vite: & vt huiusmodi materia consecranda in actu consecrationis sit coram sacerdote.

De defectu Panis.

Si panis non sit triticeus, vel si triticeus sit admistus granis alterius generis in tanta quantitate, vt nō maneat triticeus, vel sit alioqn corruptus: non conficitur sacramentū. Si sit confectus de aqua rosacea, vel alterius distillationis, dubium est an conficiatur. Si cęperit corrumpi, sed non sit corruptus: similiter si non sit azymus secundum morem Ecclesię latinę, conficitur, sed conficiens grauiter peccat.

Si celebrans ante consecrationem aduertit hostiam esse corruptam, aut non esse triticeam, remota illa hostia aliam ponat, & canonem iterum incipiat, & prosequatur missam. Si id aduerterit post consecrationem, etiam post illius hostię, seu sanguinis sumptionem, posita alia, a consecratione incipiat, scilicet ab illis verbis: Qui pridie quam pateretur. & illam priorē si non sumpsit, sumat post sumptionem corporis & sanguinis, vel alij sumendam tradat, vel alicubi reuerenter conseruet. Si aūt sumpserit, nihilominus sumat eam quam consecrauit, qa pceptum de perfectione sacramenti maioris est ponderis, quā quod a ieiunis sumat.

Aduertendum autem, quod si hoc contingat post sumptionem sanguinis, apponi debet rursus nouus panis, & vinum cum aqua, facta prius oblatione, & prosequenda omnia, quę sequuntur, ne sacramentum remaneat imperfectum, & vt debitus seruetur ordo.

Si hostia consecrata dispareat, vel casu aliquo, vt vento, aut miraculo, vel a mure accepta, vel alio animali, & nequeat reperiri: tunc altera consecretur (ab eo loco incipiendo: Qui pridie quam pateretur: facta eius prius oblatione,) & illud animal, si capi potest, occidatur, & comburatur, & cineres ponantur in sacrarium, vel sub altari.

De defectu Vini.

Si vinum sit factum penitus acetum, vel penitus putridum, vel de vuis acerbis, seu non maturis expressum, vel admixtum tantum aquę, vt vinum sit corruptum: non conficitur sacramentum.

Si vinum cęperit acescere, vel corrumpi, vel fuerit aliquantulum acre, vel mustum, tunc de vuis expressum, vel non fuerit admixta aqua, vel fuerit admixta aqua rosacea, seu alterius destillationis, conficitur sacramentum, sed conficiens grauiter peccat.

Si celebrans ante consecrationem sanguinis, quāuis post cōsecrationem corporis, aduertat aut vinū, aut aquam, aut vtrumque non esse in calice, debet statim apponere vinum cum aqua, & consecrare, incipiēdo ab illis verbis: Simili modo &c. Si post verba consecrationis aduertat vinum non fuisse positū, sed aquam: deposita aqua, iterum vinum cū aqua ponat in calice, & resumat a verbis prędictis. Si hoc aduertat post sumptionem corporis, vel huiusmodi aquę, apponat aliā hostiam iterū cōsecrandā, & vinum in calice, & vtrumq; consecret, & sumat in fine, quamuis aliam hostiam consecratam, vel aquam sumpserit: propter sacramenti integritatem in celebratione seruandam.

Si quis percipiat ante consecrationem, vel post cōsecrationem totum vinum esse acetum, vel alias corruptum: idem seruetur quod supra, ac si deprehenderet non esse positum vinū, vel solam aquam fuisse appositā in calice. Si autem Celebrans ante consecrationem calicis aduertat non fuisse appositam aquam, statim ponat eam, & proferat verba consecrationis. Si id aduertat post cōsecrationem calicis, nullo modo apponat, quia non est de necessitate sacramenti.

Si materia, quę esset apponēda ratione defectus vel panis, vel vini, non posset vllo modo haberi, si id sit ante consecrationem corporis, vlterius procedi non debet: si post consecrationem corporis, aut etiam vini, deprehenditur defectus alterius speciei, altera iam consecrata: tunc si nullo modo haberi possit, procedendum erit, & missa absoluenda. Quod si expectando aliquandiu haberi possit, expectandum erit, ne imperfectum sacrificium remaneat.

De defectibus Formę.

Defectus ex parte formę possunt contingere, si aliquid desit ex ijs, quę ad integritatem verborum in ipsa consecratione requiruntur. Verba autem ↄsecrationis, q̄ sunt forma huius sacramenti, sunt hęc: Hoc est enim corpus meum. Et, Hic est enim calix sanguinis mei noui & ęterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorū. Si quis autem aliquid diminueret, vel immutaret de forma cōsecrationis corporis & sanguinis, & in ipsa verborum immutatione, verba idem non significarent: non conficeret sacramentum. Si quis aliquid adderet, quod significationem non mutaret: conficeret quidem, sed grauissime peccaret.

Si celebrans non recordetur se dixisse ea, quę in consecratione communiter dicuntur: non debet propterea turbari. Si tamen certo ei, vel valde probabiliter constet, se omisisse aliquid eorū, quę sunt de necessitate sacramenti, id est formam consecrationis: resumat ipsam formam, & cetera prosequatur per ordinem. Si autem non sunt de necessitate sacramenti: non resumat, sed procedat vlterius.

De-

¶ De defectibus ministri.

Defectus ex parte ministri possunt cõtingere, quo ad ea, quę in ipso requiruntur. Hec autem sunt: in primis intentio, deinde dispositio animę, dispositio corporalis, dispositio vestimentorum, dispositio in ministerio ipso, quo ad ea quę in ipso possunt occurrere.

¶ De defectu intentionis.

Siquis non intendit conficere, sed delusorie aliquid agere.

¶ Item si aliquę hostię ex obliuione remaneant in altari, vel aliqua pars vini, vel aliqua hostia lateat, cum non intendat consecrare, nisi quod videt.

¶ Item si quis habeat coram se vndecim hostias, & intendat consecrare solum decem, non determinans quas decem intendit: non consecrat, quia requiritur intentio. Secus si putans quidem esse decem, tñ omnes voluit consecrare, quas coram se habebat: nã tunc oẽs erunt consecratę: atque ideo quilibet sacerdos talem semper intentionem habere debet, scilicet consecrandi eas omnes, quas ante se ad consecrandum positas habet.

¶ Si sacerdos putans se tenere vnam hostiam, post cõsecrationem inuenerit fuisse duas simul iunctas, in sumptione sumat simul vtrãq3. Quod si cõprehendat post sumptionem corporis & sanguinis, aut etiã post oblationem, reliquias aliquas relictas cõsecratas, eas sumat, siue paruę sint, siue magnę, quia ad idẽ sacrificiũ spectãt.

¶ Si vero relicta sit hostia integra consecrata, eam in tabernaculo cu3 alijs reponat: si hoc fieri nequit, sequẽti sacerdoti ibi celebraturo, in altari supra corporalia decenter opertam sumendam vna cum altera, quam est consecraturus, relinquat: vel, si neutrum horum fieri possit, in ipso Calice seu patena decẽter conseruet, quousq3 vel in tabernaculo reponatur, vel ab altero sumatur, quod si non habeat quomodo honeste conseruetur, potest eam ipsemet sumere.

¶ Si intentio non sit actualis in ipsa cõsecratione propter euagationem mentis, sed virtualis, cum accedens ad altare intendat facere quod facit ecclesia: conficitur sacramentu3: etsi curare debet sacerdos, vt etiam actualem intentionem adhibeat.

¶ De defectibus dispositionis animę.

Siquis suspensus, excommunicatus, & degradatus celebret: conficit quidem sacramentum, sed grauissime peccat, tam propter communionem, quam indigne sumit, quam propter executionem ordinum, quę sibi erat interdicta.

¶ Si quis habens copiam confessoris celebret in peccato mortali, grauiter peccat.

¶ Si quis autem in casu necessitatis, non habens copiam confessoris, in peccato mortali absque contritione celebret, gauiter peccat. Secus si conteratur: debet tamen, cum primum poterit, confiteri. Si in ipsa celebratione missę sacerdos recordetur se esse in peccato mortali, conteratur cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Si recordetur se esse excommunicatum, vel suspensum, aut locum esse interdictum: similiter conteratur, cum proposito petendi absolutionem: ante consecrationem autem, si non timetur scandalum debet missam inceptam deserere, secus si esset publice excommunicatus.

¶ De defectibus dispositionis corporis.

Si quis non est ieiunus post mediam noctem: etiam post sumptionem solius aquę, vel alterius potus, aut cibi, per modum etiam medicinę, & in quantumcumque parua quantitate: non potest communicare, nec celebrare.

¶ Si autem ante mediam noctem cibum, aut potum sumpserit, etia3 si postmodum non dormierit, nec sit digestus, non peccat, sed ob perturbationem mentis, ex qua deuotio tollitur consulitur aliquãdo abstinendu3.

¶ Si reliquię cibi remanentes in ore trãsglutiantur, nõ impediunt cõmunionem, cum non transglutiantur per modum cibi, sed per modum saliuę. Idem dicendum, si lauando os, deglutiantur stillę aquę pręter intentione3.

¶ Si plures missas in vna die celebret, vt in nocte Natiuitatis, in vltima tñ missa percipiat purificationem.

¶ Si pręcesserit pollutio nocturna, quę causata fuerit ex pręcedenti cogitatione, quę sit peccatum mortale, vel euenerit propter nimiam crapulam, abstinendum est a communione, & celebratione. Si dubium est, an in pręcedenti cogitatione fuerit peccatum mortale, consulitur abstinendum, extra tamen casum necessitatis. Si autem certum est non fuisse in illa cogitatione peccatum mortale, vel nullam fuisse cogitationem sed euenisse ex naturali causa, aut ex diabolica illusione: potest communicare, & celebrare, nisi ex illa corporis commotione tanta euenerit perturbatio mentis, vt abstinendum videatur.

¶ De defectibus in ministerio ipso occurrentibus.

Possunt etiam defectus occurrere in ministerio ipso, si aliquid ex requisitis ad illud desit: vt si non celebretur in loco sacro, vel deputato ab episcopo: nec in altari consecrato: nec tribus mappis cooperto. Si non adsint luminaria cerea. Si non sit tempus debitum celebrandi, quod est ab aurora vsque ad meridiem, communiter. Si celebrans saltem matutinum cum laudibus non dixerit. Si omittat aliquid ex vestibus sacerdotalibus. Si vestes sacerdotales, & mappę non sint ab episcopo vel ab alio hanc habente potestatem benedictę. Si non adsit clericus, vel alius deseruiens in missa: vel adsit, qui deseruire non debet, vt mulier. Si non adsit calix cum patena conueniens, cuius cuppa debet esse aurea, vel argentea, vel stannea: non ęrea, vel vitrea. Si corporalia non sint munda, quę debent esse ex lino, nec serico in medio ornata, & ab episcopo, vel ab alio hanc habente potestatem benedicta. Si celebrat capite cooperto sine dispẽsatione. Si non adsit missale, licet memoriter sciret missam, quam intendit dicere.

¶ Si sacerdote celebrante violetur ecclesia ante canonem, dimittatur missa. Si post canonẽ, non dimittatur.

¶ Si sacerdos ante consecrationem grauiter infirmetur, vel in syncopen inciderit: aut moriatur: pręterimittitur missa. Si post consecrationem corporis tantum ante consecrationem sanguinis vel vtroque consecrato, id accidit: missa per alium sacerdotem expleatur ab eo loco, vbi ille desijt. Si autem non obierit, sed fuerit infirmus, adeo vt possit communicari, & non adsit alia hostia consecrata: diuidat hostiam, & vnam partem prębeat infirmo, aliam ipse sumat. Si autem semiprolata forma corporis obijt sacerdos, aut semiprolata forma sanguinis: tunc alter similiter prosequatur missam, & super eandem hostiam seu eumdem calicem repetat integram formam, ab eo loco (qui pridie quam pateretur) & in sanguine ab eo loco (similiter postquam cenauit,) vel posset super aliu3 panem,

panem, & in calice similiter, cum in forma calicis deficit, sup alium calicem præparatum, integrã formã proferre, & hostiam primi sacerdotis inter reliquias seruare, vel eã sumere post oblationem sanguinis, si constat quod non sit consecrata: in dubio vero tutius est accipere post sumptionem: & idem de calice relicto semiconsecrato. Siquis extra huiusmodi casus necessitatis integra sacramenta non sumpserit, grauissime peccat.

¶ Si musca, vel aranea, vel aliquid aliud ceciderit in calicem ante consecrationem: proijciat vinum subtus altare, & aliud ponat in calice, misceat parum aquę, offerat & prosequatur missam. Si post consecrationem ceciderit musca, aut aliquid eiusmodi, & fiat nausea sacerdoti, extrahat eam, & lauet cum vino: finita missa comburatur: & combustio, ac lotio huiusmodi in sacrarium proijciatur. Si autem non fuerit ei nausea, nec vllum periculum timeat, sumat cum sanguine.

¶ Si aliquod venenosum ceciderit in calicem, vel quod prouocaret vomitum: vinum consecratum reponendum est in alio calice, & aliud vinum cum aqua apponendum denuo consecrandum: & finita missa sanguis repositus in panno lineo vel stuppa, tandiu seruetur, donec species vini fuerint desiccatę: & tunc comburatur, & combustio in sacrario proiciatur. Si aliquod venenatum contigerit hostiam consecratam, tunc alteram consecret, & sumat modo, quo dictum est: & illa seruetur in tabernaculo loco separato, & animal captum occidatur, & & comburatur, vt supra dictum est. Si sumendo sanguinem, particula remanserit in calice: digito ad labium calicis adducat, & sumat ante purificationem, vel infundat vinum, & sumat.

¶ Si hostia ante consecrationem inueniatur fracta, nisi populo euidenter appareat, talis hostia consecretur. Si autem scandalum populo esse possit, alia accipiatur, & offeratur: quod si illius hostię iam erat facta oblatio, eã post ablutionem sumat. Quod si ante oblationem hostia appareat confracta, accipiatur altera integra, si citra scandalum, aut longam moram fieri poterit.

¶ Si propter frigus, vel negligentiam hostia consecrata dilabatur in calicem, propterea nihil est reiterandum, sacerdos missam prosequatur.

¶ Si in hieme sanguis congeletur in calice, inuoluatur calix pannis calefactis: si id non proficeret, ponatur in feruenti aqua dummodo in calicem non intret, donec liquefiat.

¶ Si per negligentiam aliquid de sanguine Christi ceciderit, siquidem super tabulam, lingua lambatur, & pars illa tabulę radatur quantum satis est. Item si non fuerit tabula, locus ipse radatur, & comburatur: cinis vero iuxta altare recondatur. Si vero super lapidem altaris ceciderit, sorbeat sacerdos stillam, & locus bene abluatur, & ablutio in sacrarium proijciatur. Si super linteum altaris, & ad aliud linteum stilla peruenerit, si vsq; ad tertium: & linteamina ter abluantur, vbi stilla ceciderit, calice supposito, & aqua ablutionis in sacrarium proijciatur: & pars illa lintei, siue pallę post ablutionem abscindatur, & comburatur, & cinis in sacrario condatur. Quod si in ipso solum corporali, aut si in vestibus ipsis sacerdotalibus ceciderit: satis erit ablui, & ablutio in sacrarium proijciatur. Si in substrato pedibus panno, vel tapeto, & ablui oportebit, & partes abscindi & comburi, & cineres sisti in sacrariũ immitti. At si contingat totum sanguinem post consecrationem effundi, si quidem aliquid vel parum remansit, illud sumatur, & de effuso reliquo sanguine fiat, vt dictum est. Si vero nihil omnino remansit, ponat iterum vinũ & aquam, & consecret ab eo loco (Similiter postquam cœnauit.) facta prius tamen calicis oblatione.

¶ Si sacerdos euomat eucharistiam, si species integrę appareant, reuerenter sumantur, nisi nausea fiat: tunc enim species consecratę caute separentur, & in aliquo loco sacro reponantur. Quod si species nõ appareat comburatur vomitus, & cineres in sacrarium proijciantur.

¶ Si hostia consecrata, vel aliqua eius particula dilabatur in terram, reuerenter accipiatur, & locus vbi cecidit, mundetur, & aliquantulum abradatur, & puluis seu abrasio huiusmodi in sacrariũ proijciatur. Si ceciderit extra corporale in mappam, seu alio quouis modo in aliquod linteum, mappa vel linteum huiusmodi diligenter lauetur, & lotio ipsa in sacrarium effundatur.

¶ Possunt etiam defectus in ministerio ipso occurrere, si Sacerdos ignoret ritus, & ceremonias ipsas in eo seruandas, de quibus omnibus in superioribus rubricis copiose dictum est.

PRÆPARATIO AD Missam pro opportunitate sacerdotis facienda.

Antiphona.

NE reminiscaris, Dñe, delicta nostra, vel parentũ nostrorũ: neq; vindictã sumas de peccatis nřis.

Quę Antiphona in duplicibus tantum duplicatur.

Deinde dicuntur sequentes psalmi. ps. 83.

QUam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum & caro mea: exultauerunt in Deum viuum.

Etenim passer inuenit sibi domum: & turtur nidum sibi, vbi ponat pullos suos.

Altaria tua domine virtutum: rex meus, & Deus meus.

Beati qui habitant in domo tua domine: in sęcula sęculorum laudabunt te.

Beatus vir, cuius est auxiliũ abs te: ascẽsiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum, in loco quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Iacob.

Protector noster aspice Deus: & respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies vna in atrijs tuis: super millia.

Elegi abiectus esse in domo Dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam & veritatem diligit Deus: gratiaʒ & gloriam dabit Dominus.

Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te.

Gloria Patri, & Filio. &c. Psalmus 84.

BEnedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuę: operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuę.
Conuerte nos Deus salutaris noster: & auerte iram tuam a nobis.
Numquid in ęternum irasceris nobis: aut extendes iram tuam a generatione in generationem?
Deus tu conuersus viuificabis nos: & plebs tua lętabitur in te.
Ostende nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.
Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.
Et super sanctos suos: & in eos qui conuertũtur ad cor.
Uerumtamen prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.
Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatę sunt.
Ueritas de terra orta est: & iustitia de cęlo prospexit.
Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.
Iustitia ante eũ ambulabit: & ponet in via gressus suos.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Psal's 85.
Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego.
Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum, Deus meus sperantem in te.
Miserere mei Domine, quoniam ad te clamaui tota die: lętifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui.
Quoniam tu Domine suauis & mitis: & multę misericordię omnibus inuocantibus te.
Auribus percipe orationem meam: & intende voci deprecationis meę.
In die tribulationis meę clamaui ad te: quia exaudisti me.
Non est similis tui in dijs Domine, & non est secundũ opera tua.
Omnes gentes quascumq; fecisti, venient, & adorabũt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.
Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus.
Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lętetur cor meum, vt timeat nomen tuum.
Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo: & glorificabo nomen tuum in ęternum.
Quia misericordia tua magna est super me: & eruisti animam meam ex inferno inferiori.
Deus, iniqui insurrexerunt super me: & synagoga potentium quęsierunt animam meam, & non proposuerũt te in conspectu suo.
Et tu Domine Deus miserator & misericors: patiẽs, & multę misericordię & verax.
Respice in me, & miserere mei, da imperium tuũ puero tuo: & saluum fac filium ancillę tuę.
Fac mecum signum in bonũ, vt videant, qui oderũt me, & cõfundantur: quoniã tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me. Gloria Patri. Psalmus 115.
Credidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.
Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.
Quid retribuã Dño: pro omnibus quę retribuit mihi.
Calicem salutaris accipiã: & nomen Dñi inuocabo.
Uota mea Dño reddam coram omni populo eius: pretiosa in conspectu Domini, mors sanctorum eius.
O Domine quia ego seruus tuus: ego seruus tuus, & filius ancillę tuę.
Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis: nomen Domini inuocabo.
Uota mea Dño reddam in conspectu omnis populi eius: in atrijs domus Domini, in medio tui Jerusalem.
Gloria Patri, & Filio. &c. Psalmus 129.
De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tuę intẽdẽtes: in vocẽ deprecationis meę.
Si iniquitates obseruaueris Dñe: Dñe qs sustinebit?
Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuã sustinui te Domine.
Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in Domino.
A custodia matutina vsque ad noctem: speret Jsrael in Domino.
Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Jsrael: ex oĩbus iniquitatibus eius.
Gloria Pri, & Filio, & Spũi sctõ. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sęcula sęculorum. Amen.
Deinde repetitur. Aña. Ne reminiscaris Domine delicta nostra, vel parentum nostrorũ: neque vindictã sumas de peccatis nostris. Deinde sacerdos dicit.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Ego dixi, Dñe miserere mei. ℟. Sana animam meam, quia peccaui tibi. ℣. Conuertere Domine aliquantulum. ℟. Et deprecare super seruos tuos. ℣. Fiat misericordia tua Domine super nos. ℟. Quemadmodũ sperauimus in te. ℣. Sacerdotes tui induantur iustitiam. ℟. Et sancti tui exultent. ℣. Ab occultis meis munda me Domine. ℟. Et ab alienis parce seruo tuo. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.
Aures tuę pietatis, mitissime Deus, inclina precibus nostris, & gratia sancti Spiritus illumina cor nostrum: vt tuis mysterijs digne ministrare, teque ęterna charitate diligere mereamur.
Deus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet secretum: purifica per infusionem sancti Spũs, cogitationes cordis nostri: vt te perfecte diligere, & digne laudare mereamur.
Ure igne sancti spiritus renes nostros, & cor nostrum Domine: vt tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus.
Mentes nostras, quęsumus Domine, Paraclitus, qui a te procedit, illuminet: & inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem.
Adsit nobis, quęsumus Domine, virtus Spiritus sancti: quę & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur aduersis.
Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.
Conscientias nostras, quęsumus Dñe, visitando purifica: vt veniẽs Dñs noster Jesus Christus filius tuus, paratam sibi in nobis inueniat mansionem. Qui tecum viuit, & regnat, in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sęcula sęculorum. Amen.

ORATIONES DICENDÆ CVM Sacerdos induitur sacerdotalibus paramentis.

¶ Cum lauat manus, dicit.

DA Domine, virtutem manibus meis, ad abstergendam omnem maculam: vt sine pollutione mentis ꝛ corporis valeam tibi seruire.

¶ Ad Amictum, dum ponitur super caput, dicat.

IMpone, Domine, capiti meo galeam salutis, ad expugnandos diabolicos incursus.

¶ Ad Albam, cum ea induitur.

DEalba me, Dñe, ꝛ munda cor meū: vt in sanguine agni dealbatus, gaudijs perfruar sempiternis.

¶ Ad Cingulum, dum se cingit.

PRęcinge me, Domine, cingulo puritatis, ꝛ extingue in lumbis meis humorem libidinis: vt maneat in me virtus continentię, ꝛ castitatis.

¶ Ad Manipulum, dum imponitur brachio sinistro.

MErear, Domine, portare manipulum fletus, ꝛ doloris: vt cum exultatione recipiam mercedem laboris.

¶ Ad Stolam, dum imponitur collo.

REdde mihi, Domine, obsecro stolam immortalitatis, quam perdidi in pręuaricatione primi parentis: ꝛ quamuis indignus accedo ad tuum sacrum mysterium, merear tamen gaudium sempiternum.

¶ Ad Casulam, cum assumitur.

DOmine, qui dixisti, Iugum meum suaue est, ꝛ onus meum leue: fac, vt istud portare sic valeam, quod consequar tuam gratiam. Amen.

ALIÆ ORATIONES DICENDÆ AB Episcopo, quando in pontificalibus celebrat.

¶ Ad Caligas.

CAlcea, Domine, pedes meos in pręparationem Euangelij pacis, ꝛ protege me in velamento alarum tuarum.

¶ Cum exuitur Cappa.

EXue me, Domine, veterem hominem cum moribus, ꝛ actibus suis, ꝛ indue me nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, ꝛ sanctitate veritatis.

¶ Cum lauat manus.

DA, Domine, virtutem manibus meis, ad abstergendam omnem maculam immundam: vt sine pollutione mentis, ꝛ corporis valeam tibi seruire.

¶ Ad Amictum.

POne, Domine, galeam salutis in capite meo ad expugnandas omnes diabolicas fraudes, inimicorum omnium versutias superando.

¶ Ad Albam.

DEalba me, Domine, ꝛ a delicto meo munda me: vt cum his, qui stolas suas dealbauerunt in sanguine agni, gaudijs perfruar sempiternis.

¶ Ad Cingulum.

PRęcinge me, Dñe, cingulo fidei, ꝛ virtute castitatis lumbos meos, ꝛ extingue in eis humorem libidinis: vt iugiter maneat in me vigor totius castitatis.

¶ Cum accipit Crucem pectoralem.

MVnire digneris me, Domine Iesu Christe, ab omnibus insidijs inimicorum omnium, signo sanctissimę crucis tuę: ac concedere digneris mihi indigno seruo tuo: vt sicut hanc Crucem sanctorum tuorum reliquijs refertam, ante pectus meum teneo: sic semper mente retineam, ꝛ memoriam passionis, ꝛ sanctorum victorias martyrum.

¶ Ad Stolam.

REdde mihi, Domine, obsecro, stolam immortalitatis, quam perdidi in pręuaricatione primi parentis: ꝛ quamuis indignus accedere pręsumo ad tuum sacrum mysterium cum hoc ornamento, pręsta vt in eodem in perpetuum merear lętari.

¶ Ad Tunicellam.

TVnica iucunditatis, ꝛ indumento lętitię induat me Dominus.

¶ Ad Dalmaticam.

INdue me, Domine, indumento salutis, ꝛ vestimento lętitię, ꝛ Dalmatica iustitię circumda me semper.

¶ Ad Chirotecas.

CIrcumda, Domine, manus meas munditia noui hominis, qui de cęlo descendit: vt quemadmodum Iacob dilectus tuus, pelliculis hędorum opertis manibus paternam benedictionem, oblato patri cibo potuque gratissimo impetrauit: sic ꝛ oblata per manus nostras salutari hostia, gratię tuę benedictionem merear. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui in similitudinem carnis peccati pro nobis obtulit semetipsum.

¶ Ad Planetam.

DOmine, qui dixisti, Iugum meum suaue est, ꝛ onus meum leue: pręsta vt illud portare sic valeā, quod possim consequi tuam gratiam.

¶ Ad Mitram.

MItram, Domine, ꝛ salutis galeam impone capiti meo: vt contra antiqui hostis, omniumque inimicorum meorum insidias inoffensus euadam.

¶ Ad Annulum cordis.

COrdis ꝛ corporis mei, Domine, digitos virtute decora, ꝛ septiformis spiritus sanctificatione circumda.

¶ Ad Manipulum.

MErear, precor, Domine, manipulum portare mente flebili, vt cum exultatione portionem accipiam cum iustis.

GRA-

GRATIARVM ACTIO POST MISSAM.

Antiphona. Trium puerorum cantemus hymnum: quem cantabant sancti in camino ignis, benedicentes Dominũ. Quę Antiphona in duplicibus tantum duplicatur.

Canticum trium puerorum.



Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate ꝛ superexaltate eum in sęcula.
Benedicite Angeli Domini Domino: benedicite cęli Domino.
Benedicite aquę omnes, quę super cęlos sunt Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino.
Benedicite Sol ꝛ Luna Domino: benedicite stellę cęli Domino.
Benedicite omnis imber ꝛ ros Domino: benedicite omnes spiritus Dei Domino.
Benedicite ignis ꝛ ęstus Domino: benedicite frigus ꝛ ęstus Domino.
Benedicite rores ꝛ pruina Domino: benedicite gelu ꝛ frigus Domino.
Benedicite glacies ꝛ niues Domino: benedicite noctes ꝛ dies Domino.
Benedicite lux ꝛ tenebrę Domino: benedicite fulgura ꝛ nubes Domino.
Benedicat terra Dominum: laudet, ꝛ superexaltet eum in sęcula.
Benedicite montes ꝛ colles Domino: benedicite vniuersa germinãtia in terra Dño.
Benedicite fontes Domino: benedicite maria ꝛ flumina Domino.
Benedicite cetę ꝛ omnia quę mouentur in aquis Domino: benedicite omnes volucres cęli Domino.
Benedicite omnes bestię ꝛ pecora Domino: benedicite filij hominum Domino.
Benedicat Israel Dominum: laudet, ꝛ superexaltet eum in sęcula.
Benedicite sacerdotes Domini Domino: benedicite serui Domini Domino.
Benedicite spiritus ꝛ animę iustorum Domino: benedicite sancti ꝛ humiles corde Domino.
Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino: laudate, ꝛ superexaltate eum in sęcula.
Benedicamus Patrem, ꝛ Filium cum sancto Spiritu: laudemus, ꝛ superexaltemus eum in sęcula.
Benedictus es Domine in firmamento cęli: ꝛ laudabilis, ꝛ gloriosus, ꝛ superexaltatus in sęcula.

Psalmus 150.

Laudate Dominũ in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.
Laudate eum in sono tubę: laudate eum in psalterio ꝛ cithara.
Laudate eum in tympano ꝛ choro: laudate eum in chordis ꝛ organo.
Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet Dominum.
Gloria Patri, ꝛ Filio, ꝛ Spiritui sancto.
Sicut erat in principio, ꝛ nunc, ꝛ semper, ꝛ in sęcula sęculorum. Amen.

Deinde repetitur Antiphona.

Trium puerorum cantemus hymnum: quẽ cantabant sancti in camino ignis, benedicentes Dominum.

Deinde Sacerdos dicit.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Confiteantur tibi Domine omnia opera tua.
℟. Et sancti tui benedicant tibi.
℣. Exultabunt sancti in gloria.
℟. Lętabuntur in cubilibus suis.
℣. Non nobis Domine, non nobis.
℟. Sed nomini tuo da gloriam.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: cõcede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

Actiones nostras, quęsumus Domine, aspirando pręueni, ꝛ adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio ꝛ operatio a te semper incipiat, ꝛ per te cępta finiatur.

Da nobis, quęsumus Domine, vitiorum nostrorum flammas extinguere: qui beato Laurentio, tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

ALIÆ

ALIÆ ORATIONES PRO opportunitate Sacerdotis, ante celebrationem & communionem dicendæ.

S. Ambrosij Mediolanensis Episcopi, precatio prima pręparans ad Missam.



Summe sacerdos ⁊ vere Pontifex, Iesu Christe, qui te obtulisti Deo Patri hostiam puram, ⁊ immaculatam in ara crucis pro nobis miseris peccatoribus, quique dedisti nobis carnem tuã ad manducandum, ⁊ sanguinem tuum ad bibendum, ⁊ posuisti mysterium istud in virtute Spiritus sancti, dicens: Hęc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis. Rogo te per sanguinem tuum pretiosum, magnum salutis nostrę pretium. Rogo per hanc mirabilem ⁊ ineffabilem charitatem tuam, qua nos miseros ⁊ indignos sic amare dignatus es: vt lauares nos a peccatis nostris in sanguine tuo. Doce me seruum tuum indignum, quem inter cetera dona tua ad officium sacerdotale vocare dignatus es, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordię tuę. Doce me, quęso, per Spiritum sanctum tuum, tantum mysterium tractare ea reuerentia ⁊ honore, eaque deuotione ⁊ timore: quibus oportet ⁊ decet. Fac me Domine Iesu Christe, per gratiam tuam semper illud de tanto mysterio credere ⁊ intelligere, sentire ⁊ firmiter retinere, dicere ⁊ cogitare, quod tibi placet, ⁊ expedit animę meę. Intret spiritus tuus bonus in cor meum, qui sonet tibi sine sono ⁊ sine strepitu verborum: ⁊ loquatur omnem veritatem tantorum mysteriorum. Profunda quippe sunt nimis, ⁊ sacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuam Deus, concede mihi hodie ⁊ semper missarum sollemnia, puro corde, ⁊ pura mente celebrare. Libera cor meum ab immundis, nefandis, vanis, ⁊ noxijs cogitationibus. Muni me beatorum pia ⁊ fida tutela, atque fortissima custodia Angelorum: vt hostes omnium bonorum confusi discedant, per virtutem tanti mysterij: ⁊ per manum sancti Angeli tui. Repelle a me Domine Iesu Christe, ⁊ a cunctis seruis tuis durissimum spiritum superbię, cenodoxię, inuidię, iracundię, fornicationis ⁊ immunditię, dubietatis ⁊ blasphemię. Confundantur qui me persequuntur: pereant illi, qui perdere cuncta festinant.

¶ Rex virtutum, amator castitatis ⁊ integritatis, omnipotens Deus, cęlesti rore benedictionis tuę extingue in me ⁊ in corpore meo totum fomitem ardentis libidinis: vt maneat in me feruor totius castitatis animę ⁊ corporis. Mortifica in membris meis carnis stimulos, omnesque libidinis commotiones, ⁊ da mihi perpetuam castitatem cum ceteris bonis tuis, quę tibi placent in veritate: vt sacrificium laudis casto corpore ⁊ mundo corde valeam tibi offerre. Quanta enim Domine Iesu Christe, cordis contritione, ⁊ lacrymarum fonte: quanta reuerentia ⁊ tremore: quãta corporis castitate ⁊ animę puritate, istud diuinum ⁊ cęleste sacrificium est celebrandum: vbi caro tua in veritate sumitur, vbi sanguis tuus in veritate bibitur: vbi summis ima coniunguntur: vbi adest pręsentia sanctorum Angelorum: vbi tu es sacerdos, ⁊ sacrificium mirabiliter ⁊ ineffabiliter constitutus. Quis digne hoc celebrare poterit, nisi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignum? Scio, ⁊ vere scio, ⁊ ipsum pietati tuę confiteor, quia non sum dignus accedere ad tantum mysterium, propter nimia peccata mea, ⁊ infinitas negligentias meas. Sed scio veraciter, ⁊ credo ex toto corde, ⁊ ore confiteor, quia potes me facere dignum: qui solus potes facere mundum de immundo conceptum semine, ⁊ de peccatoribus iustos facis, ⁊ sanctos.

¶ Per hanc omnipotentiam tuam te rogo: vt concedas mihi peccatori, hoc cęleste sacrificium celebrare cum timore ⁊ tremore, cum cordis puritate ⁊ lacrymarum fonte, cum lętitia spirituali, ⁊ cęlesti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinem beatissimę pręsentię tuę: ⁊ excubias sanctorum Angelorum tuorum in circuitu meo. Ego enim, Domine, memor venerandę passionis tuę accedo ad altare tuum: licet peccator, vt offeram tibi sacrificium quod tu instituisti, ⁊ offerri pręcepisti, in commemoratione tua, pro salute nostra.

¶ Suscipe ergo istud, quęso summe Deus, dulcissime Jesu Christe, pro ecclesia tua sancta, ⁊ pro cuncto populo tuo, quem acquisisti sanguine tuo pretioso. Et quoniam me peccatorem inter te ⁊ eundem populuz medium esse voluisti, licet in me boni operis testimonium non agnoscas, officium dispensationis creditę non recuses, nec per me indignum famulum tuum eorum salutis pereat pretiuz, pro quibus victima factus salutaris, dignatus es esse redemptor. Profero ergo domine (si dignaris propitius intueri) tribulationes plebium, pericula populorum, captiuorum gemitum, miseriam orphanorum, necessitatem peregrinorum, inopiam debilium, desperationes languentium, defectus senuz, suspiria iuuenum, vota virginum, lamenta viduarum.

¶ Tu enim misereris omnium domine, ⁊ nihil odisti eorum quę fecisti. Memorare quę sit nostra substantia, quia tu Pater noster es, ne irascaris satis, neque multitudinem viscerum tuorum super nos contineas. Non enim in iustificationibus nostris prosternimus preces nostras ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Aufer a nobis domine iniquitates nostras, ⁊ ignem sancti Spiritus in nobis clementer accende. Aufer cor lapideuz de carne nostra, ⁊ da nobis cor carneum: quod te timeat, diligat, ⁊ honorificet, te delectetur, te sequatur, ⁊ te perfruatur.

¶ Oramus domine clementiam tuam, vt sereno vultu familiam tuam, sacri tui nominis officio pręstolantem, aspicere digneris, ⁊ vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio: tu nobis preces suggere, quas ipse audire propitius ⁊ exaudire delecteris. Rogamus etiam te sancte Pater pro spiritibus fidelium defunctorum, vt sit illis salus ęterna, ac perpetua sanitas, gaudium, ⁊ refrigerium sempiternum, hoc magnum pietatis sacramentum. Domine Deus meus, sit illis hodie magnum ⁊ plenum gaudium de te pane viuo ⁊ vero, qui de cęlo descendisti, ⁊ das vitam mundo, de carne sancta ⁊ benedicta, agni videlicet immaculati, qui tollis peccatum mundi, ⁊ potare de fonte pietatis tuę, qui per lanceam militis de latere emanauit crucifixi domini nostri: vt consolati exultent in laude ⁊ gloria tua sancta.

¶ Peto, domine, clementiam tuam, vt descendat super hunc panem ⁊ calicem istum plenitudo tuę diuinitatis. Descendat etiam domine illa sancti Spiritus tui inuisibilis forma, ⁊ incomprehensibilis maiestatis, sicut quondam in patrum hostias descendebat: qui ⁊ oblationes nostras, corpus ⁊ sanguinē tuum efficiat: ⁊ me indignum sacerdotem tuum doceat tantum tractare mysterium, ita vt placide ⁊ benigne sacrificium suscipias de manibus meis: ad salutem omnium tam viuorum, quam defunctorum. Rogo te domine per ipsum sacrosanctuz mysterium corporis ⁊ sanguinis tui: quo quotidie in ecclesia tua pascimur ⁊ potamur, abluimur ⁊ sanctificamur, atque vnius tuę summęq́ꝫ diuinitatis participes efficimur: quatenus des mihi virtutes tuas sanctas: quibus repletus, bona conscientia, ad altare tuum accedam: ita vt hęc cęlestia sacramenta efficiantur mihi salus ⁊ vita. Tu enim dixisti ore tuo sancto ⁊ benedicto: Panis quem ego dedero, caro mea est pro mundi vita, ⁊, Qui manducat me, vita viuet propter me: ipse manet in me, ⁊ ego in eo. Ego sum panis viuus, qui de cęlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in ęternum.

¶ Panis dulcissime, sana palatum cordis mei: vt sentiam suauitatem amoris tui: Sana ab omni languore, vt nullam pręter te amem pulchritudinem. Panis candidissime, habens in te omne delectamentum, ⁊ omnis saporis suauitatem: qui nos semper reficis, comedat te cor meum: ⁊ dulcedine saporis tui repleantur viscera animę meę. Manducat te angelus pleno ore, manducet te peregrinus homo pro modulo suo, ne deficere possit in via, tali recreatus viatico.

¶ Panis sancte, panis viue, panis pulcher panis munde, qui descendisti de cęlo, ⁊ das vitam mundo: veni in cor meum, ⁊ munda me ab omni inquinamento carnis ⁊ spiritus. Intra in animam meam, sana ⁊ sanctifica me interius, ⁊ exterius. Esto tutamentum, ⁊ perpetua salus corporis ⁊ animę meę. Repelle a me insidiantes mihi. Hostes recedant procul a pręsentia tua: vt foris ⁊ intus per te munitus, recto tramite perueniam ad tuum regnum: vbi non mysterijs sicut in hoc tempore agitur, sed facie ad faciez te videbimus, cum tradideris regnum Deo patri, ⁊ erit Deus omnia in omnibus, Tunc me de te satiabis satietate mirifica: vt nec esuriam, nec sitiam in ęternum. Qui cum eodem Deo patre ⁊ Spiritu sancto viuis ⁊ regnas in sęcula sęculorum: Amen.

Alia oratio sancti Ambrosij.

Ad mensam dulcissimi conuiuij tui, pie Domine Jesu Christe, ego peccator de proprijs meritis nihil pręsumens, sed de tua confidens misericordia ⁊ bonitate, accedere

vereor

vereor ꝛ contremisco. Nam cor ꝛ corpus habeo multis criminibus maculatum, mentem ꝛ linguam non caute custoditam. Ergo o pia deitas, o tremenda maiestas: ego miser inter angustias deprehẽsus, ad te fontẽ misericordiç recurro: ad te festino sanandus: sub tuam protectionem fugio: ꝛ quem iudicem sustinere nequeo, saluatorem habere suspiro. Tibi Domine plagas meas ostendo, tibi verecundiam meã detego. Scio peccata mea multa, ꝛ magna, pro quibus timeo. Spero misericordias tuas, quarum non est numerus. Respice ergo in me oculis misericordiç tuç Domine Jesu Christe, rex çterne, Deus ꝛ homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantẽ in te: miserere mei pleni miserijs ꝛ peccatis, tu qui fontem miserationis nunquam manare cessabis. Salue salutaris victima, pro me ꝛ omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salue nobilis ꝛ pretiose sanguis, de vulneribus crucifixi Domini mei Jesu Christi profluens, ꝛ peccata totius mundi abluens. Recordare Domine creaturç tuç, quam tuo sanguine redemisti: pçnitet me peccasse, cupio emendare quod feci. Aufer ergo a me clementissime Pater, omnes iniquitates ꝛ peccata mea: vt purificatus mente ꝛ corpore, digne degustare merear sancta sanctorum: ꝛ concede, vt sancta prçlibatio corporis ꝛ sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorum perfecta purgatio, sit turpium cogitationum effugatio, bonorumq́ sensuum regeneratio, operumq́ tibi placentium salubris efficacia, animç quoq́ ꝛ corporis contra inimicorum meorum insidias firmissima tuitio. Amen.

Oratio sancti Thomç Aquinatis.



O Mnipotẽs sempiterne Deus, ecce accedo ad Sacramentum vnigeniti filij tui Dñi nostri Jesu Christi. Accedo tamquam infirmus ad medicum vitç, immundus ad fontem misericordiç, cçcus ad lumẽ claritatis çternç, pauper ꝛ egenus ad Dominũ cçli ꝛ terrç. Rogo ergo immensç largitatis tuç abundantiã, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lauare fçditatem, illuminare cçcitatem, ditare paupertatem, vestire nuditatem: vt panem Angelorum, Regem regum, ꝛ Dominum dominantium, tanta suscipiam reuerentia ꝛ humilitate, tanta contritione ꝛ deuotione, tanta puritate ꝛ fide, tali proposito ꝛ intentione, sicut expedit saluti animç meç. Da mihi, quçso, Dominici corporis ꝛ sanguinis, non solum suscipere Sacramentum, sed etiam rem ꝛ virtutem Sacramenti. O mitissime Deus, da mihi corpus vnigeniti filij tui Domini nostri Jesu Christi, quod traxit de virgine Maria, sic suscipere: vt corpori suo mystico merear incorporari, ꝛ inter eius membra connumerari. O amantissime Pater, concede mihi dilectum filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, reuelata tandem facie perpetuo contemplari: Qui tecum viuit ꝛ regnat, in vnitate Spiritus sancti Deus: Per omnia sçcula sçculorum. Amen.

Aliç orationes post celebrationem, ꝛ communionem dicendç.

Oratio sancti Thomç.



GRatias tibi ago Domine sancte, Pater omnipotẽs, çterne Deus: qui me peccatorem, indignum famulum tuum, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiç tuç satiare dignatus es, pretioso corpore ꝛ sanguine filij tui Domini nostri Jesu Christi. Et precor, vt hçc sancta communio non sit mihi reatus ad pçnam, sed intercessio salutaris ad veniã. Sit mihi armatura fidei, ꝛ scutum bonç voluntatis: Sit vitiorum meorum euacuatio, concupiscentiç ꝛ libidinis exterminatio: charitatis ꝛ patientiç, humilitatis ꝛ obedientiç augmentatio: contra insidias inimicorum omnium, tam visibilium, quam inuisibilium, firma defensio: motuum meorum, tam carnalium, quam spiritualium perfecta quietatio: in te vno ac vero Deo firma adhçsio: atque finis mei felix consummatio. Et precor te, vt ad illud ineffabile conuiuium me peccatorem perducere digneris: vbi tu cum Filio tuo ꝛ Spiritu sancto, Sanctis tuis es lux vera, satietas plena, gaudium sempiternum, iucunditas consummata, ꝛ felicitas perfecta. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Alia oratio sancti Bonauenturç.


TRãsfige dulcissime Domine Jesu medullas ꝛ viscera animç meç, suauissimo ac saluberrimo amoris tui vulnere, vera, serenaque ꝛ Apostolica sanctissima charitate: vt langueat ꝛ liquefiat aĩa mea solo semper amore,

amore, ⁊ desiderio tui, te concupiscat, ⁊ deficiat in atria tua, cupiat dissolui, ⁊ esse tecum. Da, vt anima mea te esuriat, panem angelorum, refectionem animarum sanctarum, panem nostrum quotidianum, supersubstantialem, habentem omnem dulcedinem, ⁊ saporem, ⁊ omne delectamentum suauitatis: te, in quem desiderant angeli prospicere, semper esuriat, ⁊ comedat cor meum, ⁊ dulcedine saporis tui repleantur viscera animę meę: te semper sitiat fontem vitę, fontem sapientię ⁊ scientię, fontem ęterni luminis, torrentem voluptatis, vbertatem domus Dei: te semper ambiat, te quęrat, te inueniat: ad te tendat, ad te perueniat: te meditetur, te loquatur: ⁊ omnia operetur in laudem ⁊ in gloriam nominis tui, cum humilitate ⁊ discretione, cum dilectione ⁊ delectatione, cum facilitate ⁊ affectu, cum perseuerantia vsque in finem: ⁊ tu sis solus semper spes mea, tota fiducia mea, diuitię meę, delectatio mea, iucunditas mea, gaudium meum, quies ⁊ tranquillitas mea, pax mea, suauitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, sapientia mea, portio mea, ⁊ possessio mea, thesaurus meus: in quo fixa, ⁊ firma, ⁊ immobiliter semper sit radicata mens mea, ⁊ cor meum. Amen.

Rhythmus S. Thomę ad sacram Eucharistiam.

Adoro te deuote latens Deitas,
Quę sub his figuris vere latitas,
Tibi se cor meum totum subijcit,
Quia te contemplans totum deficit.
Visus, gustus, tactus in te fallitur,
Sed auditu solo tute creditur.
Credo quidquid dixit Dei filius.
Nil hoc verbo veritatis verius.
In cruce latebat sola Deitas,
At hic latet simul ⁊ humanitas.
Ambo tamen credens atque confitens,
Peto quod petiuit latro pęnitens.
Plagas, sicut Thomas, non intueor,
Deum tamen meum te confiteor.
Fac me tibi semper magis credere,
In te spem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini,
Panis verus, vitam pręstans homini.
Pręsta meę menti de te viuere,
Et te illi semper dulce sapere.
Pie pellicane Iesu Domine,
Me immundum munda tuo sanguine:
Cuius vna stilla saluum facere
Totum mundum quit ab omni scelere.
Iesu, quem velatum nunc aspicio,
Oro fiat illud, quod tam sitio:
Vt te reuelata cernens facie,
Visu sim beatus tuę glorię. Amen.




I.N.R.I.

PROPRIVM MISSARVM DE TEMPORE.

DOMINICA PRIMA de Aduentu.

Statio ad Sanctam Mariam Maiorem ad Missam. Introitus.



Ad te leuaui animã meã: Deus meus in te confido, non erubescam: neque irrideãt me inimici mei: etenim vniuersi, qui te expectant, non confundentur. Ps. Vias tuas Domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc & semper: & in sęcula sęculorum. Amen. Quo finito repetitur. Ad te leuaui, vsque ad Psalm. Hic modus repetẽdi Introitum, seruatur per totum Annum. Non dr̃ Gloria in excelsis. ab hac Dñica vsque ad Natiuit. Dñi, nisi in festis. Orem⁹. Oõ.

Excita q̃s Dñe potẽtiã tuã, & veni: vt ab imminẽtib⁹ peccatorũ nostrorũ periculis, te mereamur ꝓtegẽte eripi, te liberãte saluari. Qui viuis regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti Deus: per oĩa sęcula sęculorũ. ℟. Amẽ. Ab hac die vsque ad vig. Natiu. Dñi, post oõnẽ diei dr̃ oõ. Deus, q de btẽ Marię. & Ecclesię tuę. vel Deus oĩum fid. vt infra post hãc missã. Si aũt faciẽda sit cõm. alicui⁹ festi simplicis occurrẽtis, post oõnẽ diei dr̃ oõ de Sãcto, tertia de S. Maria.

De Sancta Maria. Oratio.

Deus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbũ tuũ, Angelo nunciãte carnem suscipere voluisti: pręsta supplicibus tuis: vt qui vere eã genitricem Dei credimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem Dominum.

Contra persecutores Ecclesię. Oratio.

Ecclesię tuę, quęsumus Dñe, preces placatus admitte: vt, destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per Dñm.

Vel pro Papa.

Deus oĩum fideliũ pastor & rector: famulũ tuũ N. quẽ pastorem Ecclesię tuę pręesse voluisti, ꝓpiti⁹ respice: da ei, q̃s, verbo & exemplo, quibus pręest, proficere: vt ad vitã, vna cũ grege sibi credito perueniat sempiternam. Per Dominũ.

¶ Infra hebdomadas Aduẽt⁹, qñ dr̃ missa de festo semiduplici, secũda oõ erit de Aduentu, tertia de S. Maria, q̃ terminat sic, Per eundem Dñm nostrum Jesum. Si aũt dicat̃ Missa de festo duplici, post oõnẽ festi dr̃ oratio tantum de Aduentu.

¶ In Aduẽtu, de festis simplicib⁹ nõ dr̃ Missa cõuẽtualis, sed eor̃ fit tãtũ cõme.

Lec. Epl'ę B. Pauli Apl'i ad Roman.

Fratres: Scientes, quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus. Nox pręcessit, dies autẽ appropiquauit. Abijciam⁹ ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulem⁹: nõ in comessationib⁹, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs, non contentione & ęmulatione: sed induimini Dñm Jesum Christum.

Grad. Vniuersi qui te expectant, non cõfundent̃ Dñe. ℣. Vias tuas Dñe notas fac mihi: & semitas tuas edoce me. Alleluia, allel. ℣. Ostende nobis Dñe misericor-

diã tuã: ꝛ salutare tuũ da nobis, alleluia.

¶ In ferijs Aduẽt⁹, quãdo ꝑ hebdomadã resumit̃ Missa de Dñica, nõ dr̃ All'a. nec versus sequẽs, sed tantũ Graduale.

Sequentia sancti Euangelij ſm Lucam.

Lu. 21. IN illo tẽpoꝛe: Dixit Jesus discipulis suis: Erunt signa in sole, ꝛ luna, ꝛ stellis, ꝛ in terris pressura Gentiũ pꝛę cõfusione sonitus maris, ꝛ fluctuũ: arescẽtib⁹ hominibus pꝛę timoꝛe, ꝛ expectatione, q̃ superueniẽt vniuerso oꝛbi: nam virtutes cęloꝛum mouebuntur: ꝛ tunc videbunt filium hominis venientem in nube cũ potestate magna, ꝛ maiestate. His aũt fieri incipientib⁹, respicite, ꝛ leuate capita vestra: quoniã appꝛopinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinẽ: Uidete ficulneam, ꝛ omnes arboꝛes: cum pꝛoducunt iam ex se fructum, scitis quoniam pꝛope est ęstas. Ita ꝛ vos cũ videritis hęc fieri, scitote quoniam pꝛope est regnũ Dei. Amen dico vobis, quia non pꝛęteribit generatio hęc, donec omnia fiant. Cęlum, ꝛ terra transibunt: verba autem mea nõ transibunt. Credo. Offert.

Ps. 24. Ad te leuaui animam meã: Deus meus in te ꝯfido, non erubescã: Neq̃ irrideant me inimici mei: etenim vniuersi, qui te expectant, non confundentur. Secreta.

HÆc sacra nos Domine, potẽti virtute mundatos, ad suũ faciant puriores peruenire pꝛincipiũ. Per Dñm.

De Sancta Maria. Secreta.

IN mẽtibus nostris quęsumus Domine, verę fidei sacramenta confirma: vt qui conceptum de virgine, Deũ verum ꝛ hominẽ confitemur: per eiusdẽ salutiferę resurrectionis potentiam, ad ęternam mereamur peruenire lętitiam. Per eundem Dominum nostrum.

Contra persecutoꝛes Ecclesię.

PRotege nos Dñe, tuis mysterijs seruiẽtes: vt diuinis rebus inhęrentes ꝛ coꝛpoꝛe tibi famulemur, ꝛ mente. Per Dominum nostrum Jesum Chꝛistum.

Uel pꝛo Papa.

OBlatis, quęsumus Domine, placare muneribus: ꝛ famulum tuum N. quem pastoꝛẽ Ecclesię tuę pꝛęesse voluisti, assidua pꝛotectione guberna. Per Dominum nostrum Jesum Chꝛistum.

Cõmu. Dñs dabit benignitatem: ꝛ terra nostra dabit fructum suum. Postcõm. Ps. 84.

SUscipiamus Domine, misericoꝛdiam tuam in medio templi tui: vt reparationis nostrę ventura sollemnia, congruis honoribus pꝛęcedamus. Per Dominum nostrum Jesum. ꝛc.

De Sancta Maria. Postcommunio.

GRatiam tuam quęsumus Domine, mentibus nostris infunde: vt qui angelo nunciãte, Chꝛisti filij tui incarnationem cognouimus: per passionem eius ꝛ crucem, ad resurrectionis gloꝛiam perducamur. Per eundem Dominum.

Contra persecutoꝛes Ecclesię.

QUęsumus Dñe De⁹ noster: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per Dominum nostrum Jesum.

Uel pꝛo Papa.

HÆc nos quęsumus Dñe, diuini sacramenti perceptio pꝛotegat: ꝛ famulum tuum N. quem pastoꝛẽ Ecclesię tuę pꝛęesse voluisti, vna cũ commisso sibi grege saluet semper, ꝛ muniat. Per Dominum nostrum Jesum Chꝛistum.

Benedicamus Dño. ℟. Deo gratias.

Et sic seruat̃ quoties nõ dr̃ Gloꝛia in exc.

¶ Infra hebd. si dicenda sit Missa de feria, semper resumitur Missa de Dominica pꝛęcedenti, nisi pꝛopꝛia Missa assignetur. Cum vero in Aduentu, Quadragesima, Quattuoꝛ tempoꝛibus, Uigilijs, ꝛ Rogationib⁹ dicitur Missa de festo duplici, vel semiduplici occurrente, semper fit cõmemoꝛ. de feria. Et pꝛo cõmemoratione feriarũ Aduentus dicitur oꝛatio Dominicę pꝛęcedentis, nisi sint Quattuoꝛ tẽpoꝛa, in quibus habetur oꝛatio pꝛopꝛia.

D O

DOMINICA SECVNDA de Aduentu.

Statio ad Sanctam Crucem in Jerusalem. Introitus.



Isa. 30. Opulus Siō, ecce dn̄s veniet ad saluādas gentes: et auditā faciet dn̄s gloriā vocis suę, in letitia cordis vestri. ps. Qui regis Israel intende: q deducis velut ouē Joseph. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto.

ps 79.

Non dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

Excita Dn̄e corda nostra ad pręparādas vnigeniti tui vias: vt per ei⁹ aduentum, purificatis tibi mentibus seruire mereamur. Qui tecū viuit, et regnat in vnitate Spiritus sancti Deus: per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen.

Secūda orō de S. Maria. Deus, qui de beatę. cum rel'. vt in j. Dn̄ica Aduētus.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Ca. 15. Fratres: Quęcūq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiā, et consolationem Scripturarum, spem habeamus. Deus autem patientię, et solatij det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Jesum Christum: vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum, et Patrem Domini nostri Jesu Christi. Propter quod suscipite inuicem, sicut et Christus suscepit vos in honorem Dei. Dico enim Christum Jesū ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum: Gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptū est: Propterea confitebor tibi in Gentibus Domine, et nomini tuo cantabo. Et iterum dicit: Letamini Gentes cum plebe eius. Et iterū: Laudate omnes Gentes Dn̄m: et magnificate eum omnes populi. Et rursum Jsaias ait: Erit radix Jesse, et qui exurget regere Gētes, in eum Gentes sperabūt. Deus aūt spei repleat vos omni gaudio, et pace in credendo: vt abūdetis i spe, et virtute Spiritus sancti.

Graduale. Ex Sion species decoris ei⁹. ps. 49.
Deus manifeste veniet. ℣. Congregate illi sanctos eius: qui ordinauerunt testamentum eius super sacrificia. Allel. all.
℣. Letatus sū in his, quę dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus, Alleluia. ps 121.

Sequentia sancti Euang. sm̄ Matthęū.

In illo tēpore: Cū audisset Joannes in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es, qui venturus es, an aliū expectamus? Et respōdens Jesus ait illis: Euntes renunciate Joanni quę audistis, et vidistis. Ceci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euāgelizantur: et beatus est, q non fuerit scādalizatus in me. Illis autē abeuntibus, cepit Jesus dicere ad turbas de Joanne: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? prophetam? Etiam dico vobis, et plus quā prophetā. Hic est enim, de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui pręparabit viam tuam ante te. Credo. Ca. 11. Mal. 3.

Offertorium. Deus tu conuertens viuificabis nos, et plebs tua letabitur in te. Ostende nobis Domine misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis. Secre. ps 84.

Placare, quęsumus Dn̄e, humilitatis nostrę precibus et hostijs: et vbi nulla suppetunt suffragia meritorū, tuis nobis succurre pręsidijs. Per Dn̄m.

In mentibus nostris. vt in j. Dominica.

Communio. Jerusalem surge, et sta in excelso: et vide iucunditatem, quę veniet tibi a Deo tuo. Bar. 4.

Postcommunio.

Repleti cibo spūalis alimonię, supplices te Dn̄e deprecamur: vt hui⁹

participatione mysterij, doceas nos terrena despicere, et amare cęlestia. Per D.
Gratiam tuã, qs Do. vt in j. Dñica. f. i.

DOMINICA TERTIA Aduentus.

Statio ad sanctũ Petrum. Introitus.

Phil. 4. Audete i Dño semper: iterũ dico gaudete: Modestia vestra nota sit oĩbus hoĩbus: Dñs enim prope est. Nihil soliciti sitis: sed in omni oratione petitiones vestrę innotescãt apud Deũ.
Ps 84. Ps. Benedixisti Dñe terrã tuã: auertisti captiuitatem Jacob. V. Gloria Patri. Non dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

Aurem tuam, quęsumus Dñe, precibus nostris accommoda: et mentis nostrę tenebras, gratia tuę visitationis illustra. Qui viuis et regnas. etc.

Alias orõnes require supra in j. Dñica.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Philippenses.

Ca. 4. Fratres: Gaudete in Dño semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus eñ pꝓpe est. Nihil soliciti sitis: sed in omni oratione, et obsecratione, cũ gratiarum actione petitiones vestrę innotescant apud Deum. Et pax Dei, quę exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, et intelligentias vestras in Christo Jesu Domino nostro.

Ps. 79. Graduale. Qui sedes Domine, super Cherubim: excita potentiam tuam, et veni. V. Qui regis Jsrael intende, qui deducis velut ouem Joseph. Alleluia, alleluia. V. Excita Domine potentiã tuã, et veni: vt saluos facias nos, alleluia.

Sequentia sancti Euang. s'm Joannem.

Ca. 1. In illo tẽpore: Miserũt Judęi ab Jerosolymis sacerdotes et Leuitas ad Joannem vt interrogarent eũ: Tu quis es? Et confessus est, et nõ negauit: et confessus est: Quia non sum ego Christus. Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Nõ sum. Propheta es tu? Et rñdit: Nõ. Dixerunt ergo ei: Quis es vt rñsum demus his, qui miserunt nos? quid dicis de teipso? Ait: Ego vox clamãtis in deserto: Dirigite viã Domini, sicut dixit Jsaias, ꝓpheta. Et q missi fuerãt, erant ex Pharisęis. Et interrogauerunt eũ, et dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neqꝫ Propheta? Respondit eis Joãnes, dicẽs: Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit, quẽ vos nescitis. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus vt soluam eius corrigiam calceamenti. Hęc in Bethania facta sunt trans Jordanẽ, vbi erat Joannes baptizans. Credo.

Offertorium. Benedixisti Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Jacob: Ps 84.
remisisti iniquitatẽ plebis tuę. Secreta.

Deuotionis nrę tibi, qs Dñe, hostia iugiter immolet, q et sacri peragat instituta mysterij, et salutare tuũ in nobis mirabiliter operetur. Per Dominum.

Alię secretę vt supra in prima Dñica. f. i.

Cõmunio. Dicite pusillanimes: Confortamini, et nolite timere: ecce Deus noster Isa. 35.
veniet, et saluabit nos. Postcommunio.

Imploramus Dñe, clemẽtiã tuã: vt hęc diuina subsidia, a vitijs expiatos ad festa vẽtura nos pręparent. Per D.

Alię postcõ. vt sup. in prima Dñica. f. i.

FERIA QVARTA quatuor temporum Aduentus.

Statio ad S. Mariã Maiorẽ. Introit.

Rorate cęli desuper, et nubes pluãt iustũ: aperiat terra, et germinet saluatorẽ. Ps. Cęli enarrant gloriã Dei: et opera manuũ eius annunciat firmamentũ. V. Gloria Patri, et Filio. post Kyrie eleison. immediate di. Oremus. Flectamus genua. R. Leuate. Oratio.
Isa. 45.
Ps 18.

PResta, quesumus omnipotens Deus: vt redemptionis nostre ventura solemnitas, & presentis nobis vite subsidia conferat, & eterne beatitudinis premia largiatur. Per Dominum nostrum Jesum.

Lectio Isaie prophete.

Cap. 2. IN diebus illis: Dixit Isaias propheta: Et erit in nouissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, & dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Jerusalem. Et iudicabit Gentes, & arguet populos multos: & conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prelium. Domus Jacob venite, & ambulemus in lumine Dei nostri.

Ps 23. Grad. Tollite portas principes vestras: & eleuamini porte eternales: & introibit rex glorie. ℣. Quis ascendet in montem Domini: aut quis stabit in loco sancto eius: innocens manibus, & mundo corde. Hic dicitur Dominus vobiscum. Sine Flectamus genua. Oratio.

FEstina, quesumus Domine, ne tardaueris: & auxilium nobis superne virtutis impende: vt aduentus tui consolationibus subleuentur, qui in tua pietate confidunt. Qui viuis & regnas. &c.

Alie orationes, vt in j. Dominica Aduentus.

Lectio Isaie prophete.

Ca. 7. IN diebus illis: Locutus est Dominus ad Achaz, dicens: Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo Dominum. Et dixit: Audite ergo domus Dauid: Numquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.

Graduale. Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus qui inuocant eum in veritate. ℣. Laudem Domini loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomen sanctum eius. Ps 144.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galilee, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo Dauid, & nomen virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Aue gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Que cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum: ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius IESUM. Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Jacob in eternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipse concepit filium in senectute sua: & hic mensis est sextus illi, que vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Offertorium.

Confortamini, & iam nolite timere: ecce enim Deus noster retribuet iudicium: ipse veniet, & saluos nos faciet. Isa. 35.

Secreta.

ACcepta tibi sint, quesumus Domine, nostra ieiunia: que & expiando nos tua gratia dignos efficiant: & ad promissa sempiterna perducant. Per Dominum.

Alie orationes, vt in j. Dominica Aduentus. f. i.

Isa. 7. Communio. Ecce virgo concipiet, & pariet filium & vocabitur nomen eius Emmanuel. Postcommunio.

Salutaris tui Dñe munere satiati, supplices deprecamur: vt cui⁹ letamur gustu, renouemur effectu. Per D.
Alię orationes, vt in j. Dominica. fol. 1.

FERIA SEXTA
Quattuor temporum Aduentus.
Statio ad sanctos duodecim Apostolos.
Introitus.

Ps 118. Rope es tu Dñe, & oēs vię tuę veritas: initio cognoui de testimonijs tuis: qa in ęternū tu es. Ps. Beati immaculati in via, qui ambulāt in lege Dñi. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Excita, quęsumus Domine, potētiā tuā, & veni: vt hi, qui in tua pietate confidunt, ab omni citius aduersitate liberentur. Qui viuis & regnas cū Deo Pa.
Alię orationes, vt in j. Dominica. fol. 1.
Lectio Isaię Prophetę.

Cap. 11 HÆc dicit Dñs Deus: Et egredief virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Et requiescet sup eū spiritus Domini: spiritus sapientię, & intellectus, spiritus cōsilij, & fortitudinis, spiritus scientię, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini: non secundū visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in ęquitate pro mãsuetis terrę: & percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorū suorū interficiet impiū. Et erit iustitia cingulū lumborum eius: & fides cinctorium renum eius.

Ps 84. Graduale. Ostende nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis. ℣. Benedixisti Domine terram tuā: auertisti captiuitatem Iacob.
Sequentia sancti Euangelij sm Lucam.

Ca. 1. IN illo tēpore: Exurgēs Maria abijt in montana cum festinatione, in ciuitatem Iuda: & intrauit in domum Zacharię, & salutauit Elisabeth. Et factū est, vt audiuit salutationē Marię Elisabeth, exultauit infans in vtero ei⁹: & repleta est Spiritu sancto Elisabeth: & exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fruct⁹ vētris tui. Et vnde hoc mihi vt veniat mater Dñi mei ad me? Ecce enī vt facta est vox salutationis tuę in aurib⁹ meis, exultauit in gaudio infans ī vtero meo. & beata, q̄ credidisti, qm̄ pficient ea, q̄ dicta sunt tibi a Dño. Et ait Maria: Magnificat aīa mea Dñm: & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.

Offertorium. Deus tu conuertens viuificabis nos, & plebs tua lętabitur in te. Ostende nobis Dñe misericordiam tuā, & salutare tuum da nobis. Secreta. Ps. 84.

Muneribus nostris, quęsumus Domine, precibusque susceptis, & cęlestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per Dominum nostrum.
Alię secretę, vt in j. Dñica Aduetus. f. 1.

Communio. Ecce Dominus veniet, & omnes sancti eius cum eo: & erit in die illa lux magna. Postcommunio. Zac. 14

Tui nos Domine sacramenti libatio sancta restauret, & a vetustate purgatos, in mysterij salutaris faciat trāsire consortiū. Per Dominum nostrum.
Alię postcomu. vt in j. Dominica. fol. 2.

SABBATO
Quattuor temporum. Aduentus.
Statio ad sanctum Petrum. Introitus.

VEni, & ostende nobis faciem tuam Domine, qui sedes super Cherubim: & salui erimus. psalmus. Qui regis Israel intende: qui deducis velut ouem Ioseph. ℣. Gloria Patri, & Filio. Ps. 79.
post Kyrie eleison. dicitur Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.
Oratio.

DEus, qui cōspicis, qa ex nostra prauitate

uitate affligimur, concede propitius: vt ex tua visitatione cōsolemur. Qui viuis, ⁊ regnas cum Deo Patre in vnitate. ⁊c.

Lectio Isaię prophetę.

Ca. 19. In diebus illis: Clamabūt ad Dominum a facie tribulantis, ⁊ mittet eis saluatorem ⁊ propugnatorem, qui liberet eos. Et cognoscetur Dominus ab Ægypto, ⁊ cognoscent Ægyptij Dominum in die illa, ⁊ colent eum in hostijs ⁊ muneribus: ⁊ vota vouebunt Domino, ⁊ soluent. Et percutiet Dominus Ægyptū plaga, ⁊ sanabit eam, ⁊ reuertentur ad Dominum, ⁊ placabitur eis, ⁊ sanabit eos Dominus Deus noster. Graduale.

Ps. 18. A summo cęlo egressio eius: ⁊ occursus eius vsque ad summum eius. V. Cęli enarrant gloriam Dei, ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentum. Oremus. Flectamus genua. R. Leuate. Oratio.

Concede quęsumus omnipotens Deus: vt qui sub peccati iugo, ex vetusta seruitute deprimimur, expectata vnigeniti Filij tui noua natiuitate liberemur. Per eundem Dominum nostrum.

Lectio Isaię prophetę.

Ca. 45. Hæc dicit Dominus: Lętabitur deserta ⁊ inuia, ⁊ exultabit solitudo, ⁊ florebit quasi lilium. Germinans germinabit, ⁊ exultabit lętabunda ⁊ laudans: gloria Libani data est ei: decor Carmeli, ⁊ Saron. Ipsi videbunt gloriam Domini, ⁊ decorem Dei nostri. Confortate manus dissolutas, ⁊ genua debilia roborate. Dicite pusillanimis: Confortamini, ⁊ nolite timere: ecce Deus noster vltionem adducet retributionis: Deus ipse veniet, ⁊ saluabit nos. Tunc aperientur oculi cęcorum, ⁊ aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, ⁊ aperta erit lingua mutorum: quia scissę sunt in deserto aquę, ⁊ torrentes in solitudine. Et quę erat arida, erit in stagnum, ⁊ sitiens in fontes aquarum. Ait Dominus omnipotens. Graduale.

In sole posuit Dominus tabernaculum suum, ⁊ ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo. V. A summo cęlo egressio eius, ⁊ occursus eius vsque ad summum eius. Oremus. Flectamus genua. R. Leuate. Oratio. Ps. 18.

Indignos nos, quęsumus Domine, famulos tuos, quos actionis proprię culpa contristat, vnigeniti Filij tui aduētu lętifica. Per eundem Dñm nostrum.

Lectio Isaię prophetę.

Hæc dicit Dominus: Super montem excelsum ascēde tu, qui euangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Jerusalem: exalta, noli timere. Dic ciuitatibus Judę: Ecce Deus vester: ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, ⁊ brachium eius dominabitur: ecce merces eius cum eo, ⁊ opus illius coram ipso. Sicut pastor gregem suum pascet: ⁊ in brachio suo congregabit agnos, ⁊ in sinu suo leuabit eos, Dominus Deus noster. Ca. 40.

Graduale. Domine Deus virtutū conuerte nos: ⁊ ostende faciē tuam, ⁊ salui erimus. V. Excita Dñe potentiam tuam, ⁊ veni, vt saluos facias nos. Oremus. Flectamus genua. R. Leuate. Oratio. Ps. 79.

Presta quęsumus oĩpotens Deus: vt filij tui vētura sollēnitas, ⁊ pręsentis nobis vitę remedia conferat, ⁊ pręmia ęterna concedat. Per eundem Dñm.

Lectio Isaię prophetę.

Hæc dicit Dñs christo meo Cyro, cuius apprehēdi dexterā, vt subijciā ante faciē eius Gētes, ⁊ dorsa regū vertā, ⁊ aperiam coram eo ianuas, ⁊ portę non claudent. Ego ante te ibo: ⁊ gloriosos terrę humiliabo: portas ęreas conteram, ⁊ vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros abscōditos, ⁊ arcana secretorum: vt scias quia ego Dñs, qui voco nomen tuū, Deus Israel. Propter Jacob seruum meum, ⁊ Israel electum meum. Et vocaui te nomine tuo: assimilaui te, ⁊ non cogn Ca. 45.

uisti me. Ego Dominus, et non est amplius: extra me non est Deus: accinxi te, et non cognouisti me: Ut sciant hi, qui ab ortu solis, et qui ab occidente, quoniam absque me non est Deus. Ego Dominus, et non est alter, formans lucem, et creans tenebras, faciens pacem, et creans malũ: ego Dominus faciens oĩa hęc. Rorate cęli desuper, et nubes pluant iustũ: aperiatur terra, et germinet saluatorem: et iustitia oriatur simul: ego Dominus creaui eũ.

Fo.79. Grad. Excita Dñe potentiã tuã, et veni: vt saluos facias nos. ℣. Qui regis Israel, intẽde: qui deducis, velut oues Joseph: q sedes super Cherubim, appare coram Ephraim, Beniamin, et Manasse. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

PReces populi tui, quęsumus Dñe, clementer exaudi: vt q iuste pro peccatis nostris affligimur, pietatis tuę visitatione consolemur. Qui viuis et regnas.

Lectio Danielis prophetę.

Cap. 3. IN diebus illis: Angelus Domini descendit cum Azaria et socijs eius in fornacem: et excussit flammam ignis de fornace, et fecit mediũ fornacis quasi ventum roris flantem. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouem: et incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldęis ministros regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neque contristauit, nec quicquam molestię intulit. Tunc hi tres, quasi ex vno ore laudabant, et glorificabant, et benedicebant Deum in fornace, dicentes. Hymnus.

Dan. 3. BEnedictus es Domine Deus patrum nostrorum: et laudabilis, et gloriosus in sęcula.

Et benedictũ nomẽ glorię tuę: quod est sanctũ. Et laudabile et gloriosũ in sęcula.

Benedictus es in templo sancto glorię tuę. Et laudabilis et gloriosus in sęcula.

Ca. 1. Benedictus es super thronũ sanctum regni tui. Et laudabilis et gloriosus i sęcula.

Benedictus es super sceptrũ diuinitatis tuę. Et laudabilis et gloriosus in sęcula.

Benedictus es, qui sedes super Cherubim, intuens abyssos. Et laudabilis et gloriosus in sęcula.

Benedictus es, qui ambulas super pennas ventorum, et super vndas maris. Et laudabilis, et gloriosus in sęcula.

Benedicant te omnes angeli, et sancti tui. Et laudent te, et glorificent in sęcula.

Benedicant te cęli, terra, mare, et omnia, quę in eis sunt. Et laudent te, et glorificẽt in sęcula.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Et laudabilis, et gloriosus in sęcula.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sęcula sęculorum Amen. Et laudabilis, et gloriosus in sęcula.

Benedictus es Dñe Deus patrũ nostrorum. Et laudabilis et gloriosus in sęcula.

Hic dicitur ℣. Dñs vobiscum. sine Flectamus genua. Oremus. Oratio.

DEus, q tribus pueris mitigasti flãmas ignium: cõcede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per Dominum nostrum.

Alię orõnes, vt in j. Dñica Aduẽtus. f. 2.

Lec. Eplę B. Pauli Apli ad Thessal.

FRatres: Rogamus vos per aduentũ Dñi nři Jesu Chři, et nostrę congregationis in ipsum: vt non cito moueamini a vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritũ, neque per sermonẽ, neque p epistolã tamquã per nos missam, quasi instet dies Dñi. Ne quis vos seducat vllo modo: qm nisi venerit discessio primum, et reuelatus fuerit homo peccati, filius pditionis, q aduersat, et extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in tẽplo Dei sedeat ostẽdens se tãquam sit Deus. Non retinetis quod cũ adhuc essem apud vos, hęc dicebã vobis: Et nũc quid detineat scitis, vt reueletur in suo tẽpore. Nã mysteriũ iam operatur iniquitatis: tantũ vt qui tenet, nunc teneat, donec 2. cap. 2.

de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quē Dñs Jesus interficiet spiritu oris sui, et destruet illustratione aduēt⁹ sui.

Ps. 79. Tract⁹. Qui regis Israel, intēde, q deducis velut ouē Joseph. ℣. Qui sedes sup Cherubim: appare coram Ephraim, Beniamin, et Manasse. ℣. Excita Domine, potentiā tuā, et veni, vt saluos facias nos.

Euangel. Anno quintodecimo imperij Tiberij Cesaris. vt in sequēti Dñica iiij.

Zach. 9. Offert. Exulta satis filia Sion: predica filia Jerusalem: Ecce rex tuus venit tibi sanctus, et saluator. Secreta.

Sacrificijs presentibus, quesumus Dñe, placatus intēde: vt et deuotioni nostre proficiant, et saluti. Per Dñm.

Alie secrete, vt in j. Dñica Aduētus. f. i.

Ps. 18. Cōmu. Exultauit vt gigas ad currēdā viam, a summo celo egressio eius, et occursus eius vsq ad summū eius. Postcō.

Quesumus, Dñe Deus noster: vt sacrosancta mysteria, que pro reparationis nostre munimine contulisti, et presens nobis remedium esse facias, et futurum. Per Dominum nostrum Jesum.

Alie postcomu. vt in j. Dominica. f. i.

DOMINICA QVARTA Aduentus.

Statio ad sanctos duodecim Apostolos

Introitus.

Isa. 45. Rorate celi desuper, et nubes pluant iustum: aperiatur terra, et germinet

Ps. 18. saluatorem. Ps. Celi enarrant gloriam Dei: et opera manuū eius annunciat firmamentum. ℣. Gloria Patri, et Filio, etc. Oratio.

Excita Domine potentiam tuam, et veni: et magna nobis virtute succurre: vt per auxilium gratie tue, quod nostra peccata prepediunt, indulgentia tue propitiationis acceleret. Qui viuis, et regnas cum Deo Patre in vnitate. etc.

Alie orationes, vt in j. Dominica. fol. i.

Lect. Eple B. Pauli Apli ad Corint.

Fratres: Sic nos existimet homo vt ministros Christi: et dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam queritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo est vt a vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum: sed nō in hoc iustificatus sum: qui autē iudicat me, Dominus est. Itaque nolite ante tēpus iudicare, quoadusque veniat Dñs: qui et illuminabit abscōdita tenebrarū, et manifestabit cōsilia cordium: et tunc laus erit vnicuique a Deo. 1. cap. 4.

Graduale. Prope est Dominus omnib⁹ inuocantibus eum, omnibus qui inuocāt eum in veritate. ℣. Laudem Domini loquatur os meum, et benedicat omnis caro nomen sanctum eius. Alleluia, alleluia. ℣. Veni Domine, et noli tardare, relaxa facinora plebis tue Israel, alleluia. Ps. 144.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Anno quintodecimo imperij Tiberij Cesaris, procurāte Pōtio Pilato Judeam, tetrarcha aūt Galilee Herode, Philippo autē fratre eius tetrarcha Jturee, et Trachonitidis regionis, et Lisania Abiline tetrarcha, sub principibus sacerdotū Anna, et Caipha: factū est verbum Dñi super Joannem, Zacharie filiū, in deserto. Et venit in omnē regionem Jordanis, predicans baptismū penitentie in remissionē peccatorum, sicut scriptū est in Libro sermonū Isaie pphete: Vox clamātis in deserto: Parate viā Domini: rectas facite semitas eius: omnis vallis implebitur: et omnis mons, et collis humiliabitur: et erunt praua in directa: et aspera in vias planas: et videbit omnis caro salutare Dei. Credo. Cap. 3. Cap. 4.

Offert. Aue Maria, gratia plena, Dñs tecū: benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. Secreta. Luc. 1.

Sacrificijs presentib⁹, quesum⁹ Domine,

mine, placatus intende: vt & deuotioni no
stre proficiant, & saluti. Per Dominum.
Aliæ secretæ vt supra i prima Dñica. fo. i.
Isa. 7. Communio. Ecce virgo cócipiet, & pa-
riet filium, & vocabitur nomen eius Em-
manuel. Postcommunio.
Sumptis muneribus, quæsumus Do-
mine: vt cum frequentatione myste-
rij, crescat nostræ salutis effectus. Per
Dominum nostrum Jesum Christum.
Aliæ postcó. vt sup. i prima Dñica. fo. i.
¶ Si vigilia Natiuitatis Dñi venerit in
Dñica, totum officium Missæ fit de vigi-
lia, cum commemoratione Dominicæ.

Die 24. IN VIGILIA NATIVITATIS Domini.

Statio ad sanctam Mariam Maiorem.

Introitus.



Hodie scietis quia veniet Dñs, & saluabit nos: & mane videbitis gloriam
Ps. 23. eius. Ps. Dñi est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi, qui
habitãt in eo. ℣. Gloria Patri. Oratio.
Deus, qui nos redemptionis nostræ annua expectatione lætificas: præ-
sta, vt Unigenitum tuũ quem redemptorẽ
læti suscipimus, veniẽtem quoque iudicem
securi videamus, Dominum nostrum Je-
sum Christum Filium tuum: Qui tecum.
Et dicitur hæc Oratio tantum, nisi vigi-
lia venerit in Dominica.
Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli
ad Romanos.
Cap. 1. Paulus, seruus Jesu Christi, voca-
tus Apostolus, segregatus in Euã-
gelium Dei, quod ante promiserat per
Prophetas suos in Scripturis sanctis
de Filio suo, qui factus est ei ex semine Da
uid secundum carnem, qui prædestinatus
est Filius Dei in virtute secundum spiri-
tum sanctificationis ex resurrectione mor
tuorum Jesu Christi Domini nostri: per
quem accepimus gratiam, & Apostola-
tum, ad obediendũ fidei in omnibus Gẽ-
tibus pro nomine eius, in quibus estis, &
vos vocati Jesu Christi Domini nostri.
Graduale. Hodie scietis, quia veniet Do
minus, & saluabit nos, & mane videbitis
gloriam eius. ℣. Qui regis Israel, inten- Ps. 79.
de: qui deducis velut ouem Joseph: qui
sedes super Cherubim, appare coram
Ephraim, Beniamin, & Manasse. Nõ dr
Alleluia, cum sequenti versu, nisi venerit
hæc vigilia in Dominica. Alleluia, allel.
℣. Crastina die delebitur iniquitas terræ,
& regnabit super nos Saluator mundi,
alleluia.
Sequentia sancti Euang. sm Matthæum.
In illo tempore: Cum esset despon- Cap. 1.
sata mater Jesu Maria Joseph, an-
tequã conuenirent, inuẽta est in vtero ha-
bens de Spiritu sancto. Joseph autẽ vir
eius cũ esset iustus, & nollet eam traduce-
re: voluit occulte dimittere eam. Hæc au-
tẽ eo cogitãte, ecce Angelus Dñi in som
nis apparuit ei, dicens: Joseph fili Da-
uid, noli timere accipere Mariã cóiugem
tuã: quod enim in ea natum est, de Spiri-
tu sancto est: pariet autem filium: & voca-
bis nomen eius Jesum: ipse enim saluum
faciet populum suum a peccatis eorum.
Offertorium. Tollite portas principes Ps. 23.
vestras, & eleuamini portæ æternales, & in-
troibit rex gloriæ. Secreta.
Da nobis, quæsumus, omnipotens
Deus: vt sicut adoranda Filij tui na
talitia præuenimus: sic eius munera capia-
mus sempiterna gaudentes. Qui tecum.
Cõmu. Reuelabitur gloria Dñi, & vide- Isa. 40.
bit oĩs caro salutare Dei nostri. Postc.
Da nobis, quæsumus Dñe, vnigeni-
ti Filij tui recensita Natiuitate respi
rare: cuius cælesti mysterio pascimur &
potamur. Per eumdem Dñm nostrum.
¶ Sacerdos quoniã in die Natalis Do
mini celebrat tres Missas, in prima, & se-
cunda Missa non sumat purificationem,
sed in tertia Missa.

IN DIE NATIVITATIS Domini in prima Missa.

Statio ad sanctam Mariam Maiorem ad prꝫsepe. Introitus.

ps 2.


Dominus dixit ad me: Filius meꝰ es tu, ego hodie genui te. ps. Quare fremuerunt gentes: ⁊ populi meditati sunt inania? ℣. Gloria Patri, ⁊ Filio, ⁊ Spiritui sancto. Sicut erat. ⁊c. Oratio.

Deus, qui hanc sacratissimã noctem veri luminis fecisti illustratione clarescere: da quęsumus: vt cuius lucis mysteria in terra cognouimus: eius quoque gaudijs in cęlo perfruamur. Qui tecum.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Titum.

Cap. 1. Charissime: Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri oĩbus hominibꝰ erudiẽs nos, vt abnegãtes impietatẽ, ⁊ sęcularia desideria: sobrie, ⁊ iuste, ⁊ pie viuamus in hoc sęculo, expectãtes beatam spem, ⁊ aduentũ glorię magni Dei, ⁊ Saluatoris nostri Jesu Christi: qui dedit semetipsum ꝓ nobis, vt nos redimeret ab oĩ iniquitate, ⁊ mũdaret sibi populũ acceptabilẽ, sectatorẽ bonorũ operũ. Hęc loquere, ⁊ exhortare, in Christo Jesu Dño nro.

ps 109. Grad. Tecũ principiũ in die virtutis tuę: in splẽdoribꝰ sanctorꝫ, ex vtero ante luciferũ genui te. ℣. Dixit Dñs Dño meo: Sede a dextris meis: donec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ. Alleluia,
ps. 2. alleluia. ℣. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te, alleluia.

Sequentia sancti Euangelij sm Lucam.

Cap. 2. In illo tpe: Exijt edictũ a Cesare Augusto vt describeretur vniuersus orbis. Hęc descriptio prima, facta est a pręside Syrię Cyrino: Et ibant oẽs vt profiterentur singuli in suã ciuitatẽ. Ascẽdit aũt ⁊ Joseph a Galilęa de ciuitate Nazareth in Judęã in ciuitatem Dauid, q̃ vocatur Bethlehẽ: eo ꝙ esset de domo, ⁊ familia Dauid, vt profiteretur cum Maria despõsata sibi vxore pręgnãte. Factum est aũt, cum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filiũ suũ primogenitũ, ⁊ pannis eũ inuoluit, ⁊ reclinauit eũ in pręsepio: qa nõ erat ei locus in diuersorio. Et pastores erãt in regione eadẽ vigilãtes, ⁊ custodiẽtes vigilias noctis super gregẽ suum. Et ecce angelus Dñi stetit iuxta illos, ⁊ claritas Dei circumfulsit illos, ⁊ timuerũt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudiũ magnum, qđ erit oĩ populo: qa natus est vobis hodie Saluator qui est Christus Dñs in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signũ: Inuenietis infantem pannis inuolutũ, ⁊ positũ in pręsepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militię cęlestis, laudantiũ Deũ, ⁊ dicentium: Gloria in altissimis Deo, ⁊ in terra pax hominibus bonę voluntatis. Credo.

Offert. Lętentur cęli, ⁊ exultet terra an- ps 95.
te faciem Dñi, quoniam venit. Secreta.

Accepta tibi sit Domine, quęsumus hodiernę festiuitatis oblatio: vt tua gratia largiente, per hęc sacrosancta cõmercia, in illius inueniamur forma, in quo tecum est nostra substantia. Qui tecum.

Pręfatio. Quia per incarnati. Et dicit quotidie vsque ad Epiphaniam. Infra actionem. Communicantes, ⁊ noctem sacratissimam celebrantes. Et dicitur quotidie vsqꝫ ad Octa. Natiuit. tantum inclusiue. Sed in hac Missa tantum dicitur noctem, deinceps vero diem. Communio.

In splendoribus sanctorum, ex vtero an- ps 109.
te luciferum genui te. Postcommunio.

Da nobis, qs, Dñe Deꝰ nr: vt q Natiuitatẽ Dñi nri Jesu Chri myste-

rijs

rijs nos frequētare gaudem⁹, dignis cō-
uersationibus ad eius mereamur perue-
nire consortiū. Qui tecum viuit, ꝛ regn.
¶ Debet Sacerdos ante quālibet Mis-
sam confessionē dicere, ꝛ i fine cuiuslibet
populo bñdicere, ꝛ Euāgeliū s. Joannis,
In principio erat verbum. legere. Post
tertiā vero Missam, loco predicti Euāge
lij dr̄ Euangeliū. Cum natus esset Jesus.
quod in die Epiphanię legitur. folio 13.

IN SECVNDA MISSA.

Statio ad sanctas Anastasias. Introit.

Isa. 9.  Ux fulgebit hodie super nos, quia nat⁹ est nobis Dñs: ꝛ vocabitur admirabilis Deus, princeps pacis, pater futuri sęculi, cuius regni nō erit finis.
Ps 92. Ps. Dñs regnauit, decorē indutus est: indutus est Dominus fortitudinē, ꝛ pręcinxit se. ℣. Gloria Patri. Oratio.

DA nobis, quęsumus, omnipotens Deus: vt qui noua incarnati verbi tui luce perfundimur: hoc in nr̄o resplendeat opere, quod per fidem fulget in mēte. Per eundem Dominum nostrum.

Deinde fit cō. de S. Anastasia. Orem⁹.

DA, quęsumus omnipotens Deus: vt qui beatę Anastasię martyris tuę sollemnia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Titum.

Cap. 3. CHarissime: Apparuit benignitas, ꝛ humanitas Saluatoris nr̄i Dei: non ex operib⁹ iustitię, quę fecimus nos, sed secundū suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, ꝛ renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Saluatorem nostrum: vt iustificati gratia ipsius, heredes simus secundum spē vitę ęternę, in Christo Jesu Dño nostro.
Ps 117. Grad. Benedictus, qui venit in nomine Dñi: Deus Dñs, ꝛ illuxit nobis. ℣. A Dño factū est istud: ꝛ est mirabile in oculis nostris. Alleluia, allel. ℣. Dñs regnauit, decorē induit: induit Dominus fortitudinem, ꝛ pręcinxit se virtute, alleluia. Ps. 92.

Sequentia sancti Euangelij s̄m Lucam.

Cap. IN illo tpe: Pastores loquebantur ad inuicē: Transeam⁹ vsq₃ Bethlehē, ꝛ videamus hoc verbū, quod factū est quod fecit Dñs, ꝛ ostēdit nobis. Et venerūt festinātes: ꝛ inuenerūt Mariā, ꝛ Joseph, ꝛ infantē positū in pręsepio. Uidentes aūt cognouerūt de verbo, qd̄ dictū erat illis de puero hoc. Et oēs, qui audierūt, mirati sunt: ꝛ de his, q̄ dicta erāt a pastoribus ad ipsos. Maria aūt cōseruabat oia verba hęc, conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes, ꝛ laudantes Deum in omnibus, quę audierāt, ꝛ viderāt sicut dictū est ad illos. Credo.
Ps 92. Offertoriū. Deus firmauit orbem terrę, qui non commouebitur. Parata sedes tua Deus ex tunc, a sęculo tu es. Secre.

MUnera nostra, q̄s Dñe, Natiuitatis hodiernę mysterijs apta proueniāt ꝛ pacem nobis semper infundāt: vt sicut homo genitus idē refulsit De⁹, sic nobis hęc terrena substātia cōferat, quod diuinum est. Per eundem Dñm nostrum.

Pro sancta Anastasia. Secr. Oremus.

ACcipe, quęsumus Dñe, munera dignāter oblata: ꝛ beatę Anastasię suffragātibus meritis, ad nostrę salutis auxilium prouenire concede. Per Dñm.

Pręf. ꝛ Cōmunicātes. vt su. i j. Missa.
Zach. 9. Communio. Exulta filia Sion: lauda filia Jerusalē: ecce rex tuus venit sanctus, ꝛ Saluator mundi. Postcommunio.

HUi⁹ nos Dñe sacramēti semp noui tas natalis istauret: cui⁹ natiuitas sīgularis humanā repulit vetustatē. p eūd.

Pro sancta Anastasia. Postcōmunio.

SAtiasti Domine familiam tuā muneribus sacris: eius, quęsumus, interuentione nos refoue, cuius sollemnia celebramus. Per Dominum nostrum.

AD TERTIAM MISSAM

Statio ad sanctam Mariam Maiorem.

Introitus.



Isa. 9. Puer natus est nobis, & filius datus est nobis: cuius imperiũ super humerũ eius: & vocabitur nomẽ eius, magni cõsilij Angelus.
Ps 97. Ps. Cantate Dño cãticum nouũ: qa mirabilia fecit. ℣. Gloria. Oro.

Concede q̄s omnipotẽs Deus: vt nos Unigeniti tui noua per carnẽ Natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eundẽ D.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Hebręos.

Cap. 1. Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: nouissime, diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit heredẽ vniuersoꝝ, per quẽ fecit & sęcula: qui cũ sit splẽdor glorię, & figura substãtię eius, portansq; oĩa verbo virtutis suę, purgationem peccatoꝝ faciẽs, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: tãto melior Angelis effectus, quanto differentius prę illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquãdo Angeloꝝ: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum: Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium? Et cum iterũ introducit primogenitũ in orbẽ terrę, dicit: Et adorent eũ oẽs Angeli Dei. Et ad Angelos quidem dicit: Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flãmam ignis. Ad Filium autẽ: Thron⁹ tuus Deus in sęculũ sęculi: virga ęquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis prę participibus tuis. Et: Tu in principio Dñe terrã fundasti: & opera manuũ tuaꝝ sũt cęli. Ipsi peribunt, tu autẽ permanebis, & omnes vt vestimentũ veterascẽt: & velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficiẽt.

Graduale. Viderunt omnes fines terrę Ps 97. salutare Dei nostri: iubilate Deo omnis terra. ℣. Notum fecit Dominus salutare suum: ante conspectum gentium reuelauit iustitiam suam. Alleluia, alleluia. ℣. Dies sanctificat⁹ illuxit nobis: venite gentes, & adorate Dñm, quia hodie descendit lux magna super terram, alleluia.

Initium sancti Euangelij secundum Joannem.

In principio erat verbum, & verbum Cap. 1. erat apud Deum, & Deus erat verbũ. Hoc erat ĩ principio apud Deũ. Oĩa per ipsũ facta sunt: & sine ipso factũ est nihil, quod factũ est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominũ: & lux in tenebris lucet, & tenebrę eã non cõprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimoniũ vt testimonium perhiberet de lumine, vt oẽs crederent per illum, non erat ille lux, sed vt testimoniũ perhiberet de lumine. Erat lux vera, quę illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundũ, in mũdo erat, & mundus per ipsũ factus est, & mundus eũ nõ cognouit. In propria venit, & sui eum nõ receperunt. quotquot aũt receperunt eũ dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius: qui nõ ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. ET VERBVM CARO FACTVM Hic genuflectitur. EST, & habitauit in nobis: & vidimus gloriã eius, gloriã quasi vnigeniti a Patre, plenum gratię, & veritatis. Credo.

Offert. Tui sunt cęli, & tua est terra: orbẽ Ps. 88. terrę, & plenitudinem eius tu fundasti: iustitia, & iudiciũ pparatio sedis tuę. Secr.

Oblata Dñe munera, noua Unigeniti tui Natiuitate sanctifica: nosque per hęc a peccatoꝝ nostrorum maculis emunda. Per eundem Dñm nostrum.

Prefatio & Cõicantes. vt in Canone.

Cõmunio. Viderunt oẽs termini terrę Ps. 97. salutare Dei nostri. Postcommunio.

Presta

PResta, quęsum⁹, omnipotēs Deus: vt nat⁹ hodie Saluator mūdi, sicut diuinę nobis generationis est auctorita ꝛ immortalitatis sit ipse largitor. Qui te.

IN FESTO S. STEPHANI protomartyris.

Statio ad sanctum Stephanum in Cęlio monte. Introitus.

Ps 118.



SEderūt pricipes, ꝛ aduersuꝫ me loquebātur, ꝛ iniq persecuti sūt me, adiuua me, Dñe Deus meus: qa seruus tuus exercebatur in tuiꝫ iustificationibus. Ps.

Ps 118. Beati immaculati in via, qui ambulāt in lege Domini. ℣. Gloria Patri. Oratio.

DA nobis, q̄s Dñe, imitari quod colimus, vt discamus ꝛ inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiā ꝑ persecutorib⁹ exorare Dñm nostrū Jesuꝫ Christū filiū tuuꝫ. Qui tec.

Et fit comme. de Natiuitate. Oremus.

COncede, quęsumus, omnipotens Deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem Natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruituꝫ tenet. Per eumdem Dominum.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 6. 7. IN diebus illis: Stephanus plen⁹ gratia, ꝛ fortitudine faciebat prodigia ꝛ signa magna in populo. Surrexerunt auteꝫ quidam de synagoga, quę appellabatur Libertinorū, ꝛ Cyrenensium, ꝛ Alexandrinorum, ꝛ eorum qui erant a Cilicia, ꝛ Asia, disputantes cum Stephano: ꝛ nō poterant resistere sapientię, ꝛ Spiritui, qui loquebatur. Audiētes autem hęc, dissecabantur cordibus suis, ꝛ stridebant dentibus in eum. Cum auteꝫ esset Stephanuꝫ plenuꝫ Spiritu sancto intendens in cęlum, vidit gloriam Dei, ꝛ Jesum stātem a dextris Dei. Et ait: Ecce video cęlos apertoꝫ, ꝛ filium hominiꝫ stantem a dextris Dei. Exclamanteꝫ auteꝫ voce magna cōtinuerunt aures suas, ꝛ impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eijcientes eum extra ciuitatem lapidabant: ꝛ testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanum inuocantem, ꝛ dicenteꝫ: Dñe Jesu, suscipe spiritum meum. Positis autem genibus, clamauit voce magna, dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et cuꝫ hoc dixisset, obdormiuit in Dño.

Graduale. Sederūt principes, ꝛ aduersum me loquebātur: ꝛ iniq persecuti sūt me. ℣. Adiuua me Dñe De⁹ me⁹: saluuꝫ me fac propter misericordiā tuam. Alleluia, alleluia. ℣. Video cęlos apertos, ꝛ Jesuꝫ stanteꝫ a dextris virtutis Dei, all. Ps 118. Act. 7.

Sequentia sancti Euāg. sm Mattheuꝫ.

Cap. 23. IN illo tempore: Dicebat Jesus turbiꝫ Judęorꝫ, ꝛ ꝛ pricipibuꝫ sacerdotū: Ecce ego mitto ad vos prophetas, ꝛ sapientes, ꝛ scribas, ꝛ ex illis occidetis, ꝛ crucifigetis, ꝛ ex eis flagellabitis in synagogis vestris, ꝛ persequemini de ciuitate in ciuitatem: vt veniat super voꝫ omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, a sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zacharię, filij Barachię, quem occidistis inter templum ꝛ altare. Amen dico vobis, venient hęc omnia super generationem istam. Jerusalem Jerusalem, quę occidis prophetas, ꝛ lapidaꝫ eoꝫ, qui ad te missi sunt, quoties volui cōgregare filios tuos, quēadmodū gallina cōgregat pulloꝫ suoꝫ sub alaꝫ, ꝛ noluisti? Ecce relinquetur vobiꝫ domus vestra deserta. Dico enim vobis, non me videbitis amodo, donec dicatis: Benedictuꝫ, qui venit in nomine Domini. Credo.

Offertoriuꝫ. Elegerunt Apostoli Stephanum leuitam plenum fide ꝛ Spiritu sancto, quem lapidauerunt Judęi orantem, ꝛ dicentem: Domine Jesu accipe spiritum meum, alleluia. Act. 6. 7. Secreta.

SUscipe Domine munera pro tuorū cōmemoratione sanctorum: vt sicut

illos

illos passio gloriosos effecit, ita nos devotio reddat innocuos. Per Dominũ.
Oremus. Pro Natiuitate.

Oblata Domine munera, noua vnigeniti tui Natiuitate sanctifica: nosque per hęc a peccatorum nostrorũ maculis emunda. Per eumdem Dominũ.
Pręf. & Cõ dicantes. vt in die Nati. Dñi.

Act. 7. Cõmunio. Uideo cęlos apertos, & Jesum stantem a dextris virtutis Dei. Domine Jesu suscipe spiritum meum, & ne statuas illis hoc peccatum.

Postcommunio.

Auxilientur nobis Dñe sumpta mysteria: & intercedẽte beato Stephano martyre tuo sempiterna protectione confirment. Per Dominum.
Oremus. Pro Natiuitate Postcõm.

Presta quęsumus omnipotens De': vt natus hodie Saluator mundi, sicut diuinę nobis generationis est auctor, ita & immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum viuit regnat. &c.

Die 27. ¶ In festo S. Joannis Apli. & Euang.
Statio ad Sanctam Mariam Maiorẽ.
Introitus.



Eccl. 15 In medio Ecclesię aperuit os eius, & impleuit eum Dñs spiritu sapientię & intellect': stolaʒ glorię
Ps. 91. induit eum. Ps. Bonum est cõfiteri Domino: & psallere nomini tuo Altissime. ℣. Gloria. Orõ.

Ecclesiam tuam Dñe, benignus illustra: vt beati Joãnis Apostoli tui & Euangelistę illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna. Per Dominũ.
Oremus. Pro Natiuitate.

Concede q̃s omnipotens Deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem Natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.
Pro sancto Stephano. Oratio.

Da nobis q̃sumus Dñe, imitari qđ colimus, vt discam' & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, q nouit etiam pro persecutoribus exorare Dñm nrm Jesum Christum Filiũ tuuʒ. Qui tecum. &c. Lectio libri Sapientię.

Qui timet Deum, faciet bona: & qui Eccl. 15 continens est iustitię, apprehendet illã, & obuiabit illi quasi mater honorifica. Cibabit illum pane vitę & intellectus, & aqua sapientię salutaris potabit illuʒ: & firmabitur in illo, & non flectetur: & continebit illũ, & non confundetur: & exaltabit illũ apud proximos suos. In medio Ecclesię aperiet os eius, & implebit euʒ Dñs spiritu sapiẽtię & intellect', & stolã glorię induet eum. Jucũditateʒ & exultationem thesaurizabit super euʒ, & nomine ęterno hereditabit illũ Dominus Deus noster.

Graduale. Exijt sermo inter fratres qđ Joã. 21. discipulus ille nõ moritur. Et nõ dixit Jesus: Nõ morit. ℣. Sed: Sic eũ volo manere donec veniã: tu me sequere. Alleluia. alleluia. ℣. Hic est discipulus ille, qui testimoniũ perhibet de his: & scimus quia verum est testimonium eius, alleluia.

Sequentia sancti Euang. scdm Joannem.

In illo tpe: Dixit Jesus Petro: Se Cap. 21. quere me. Conuersus Petrus vidit illuʒ discipuluʒ, quẽ diligebat Jesus, sequentem, qui & recubuit in cęna super pectus eius, & dixit: Dñe quis est qui tradet te? Hunc ergo cuʒ vidisset Petrus, dixit Jesu: Dñe hic autem quid? Dicit ei Jesus: Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres qđ discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Jesus: Quia nõ moritur. sed: Sic eum volo manere donec veniaʒ, quid ad te? Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hęc: & scimus, quia verum est testimonium eius. Credo.

Offer. Iust' vt palma florebit: sicut ce- Ps. 91. drus Libani multiplicabitur. Secreta.

Suscipe Dñe munera, q̃ in ei' tibi solemnitate deferimus: cuius nos cõfidimus

fidimus patrocinio liberari. Per Dñm nostrum Jesum Christum Filium. &c.

Oremus. Pro Natiuitate. Secreta.

OBlata Dñe munera, noua vnigeniti tui Natiuitate sanctifica: nosq; per hęc a peccatorũ nrorũ maculis emunda.

Pro sancto Stephano. Secreta.

SUscipe Dñe munera pro tuorũ cómemoratione sanctorum: vt sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos. Per Dominum.

Pręf. & Cómunicátes. de Natiuitate.

Joã. 21. Cómunio. Exijt sermo inter fratres, qđ discipulus ille non moritur. Et non dixit Jesus: Non moritur: sed: Sic eum volo manere donec veniaз. Postcommunio.

REfecti cibo potuq; cęlesti, De⁹ noster, te supplices deprecamur: vt in cuius hęc cómemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Oremus. Pro Natiuitate. Postcom.

PRęsta, quęsum⁹, omnipotés Deus: vt natus hodie Saluator mundi, sicut diuinę nobis generationis est auctor ita & immortalitatis sit ipse largitor.

Pro sancto Stephano. Postcommu.

AUxiliétur nobis Domine, sumpta mysteria: & intercedéte beato Stephano martyre tuo, sempiterna protectione confirment. Per Dominum.

Die 28. ¶ In festo sanctorum Innocentium. Statio ad sanctũ Paulum. Introitus.



Ps. 8. EX ore infantium De⁹, & lactétium perfecisti laudé, ꝓpter inimicos tuos. psalm. Dñe Dñs nr̃, quã admirabile est nomé tuũ in vniuersa terra! ℣. Gloria patri. Non dĩ Gloria in excelsis. nec Alleluia. nec Ite missa est. nisi hoc festum venerit in Dominica: sed in octa. semper dicuntur. Oratio.

DEus, cuius hodierna die pręconiũ Innocétes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiaз moribus vita fateatur. Per Dominum.

Oremus. Pro Natiuitate. Oratio.

COncede quęsumus omnipotens Deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem Natiuitas liberet, quos sub peccati iugo, vetusta seruitus tenet.

Pro sancto Stephano. Oratio.

DA nobis quęsumus Domine, imitari quod colimus, vt discamus & inimicos diligere: quia eius Natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Jesuз Christum Filium tuum.

Pro sancto Joanne. Oratio.

ECclesiam tuam Domine, benignus illustra: vt beati Joannis apostoli tui & euangelistę illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna. Per Dñm.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis apostoli.

IN diebus illis: Uidi supra montem Sion agnum stanté, & cũ eo céntũ quadraginta quatuor millia habétes nomé eius, & nomen patris eius scriptũ in frontibus suis. Et audiui vocé de cęlo, tanquaз vocé aquarum multarũ, & tamquam vocé tonitrui magni: & vocé, quaз audiui, sicut citharędorũ citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi cáticũ nouum ante sedeз Dei, & ante quatuor animalia, & seniores: & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centuз quadraginta quatuor millia, q empti sunt de terra. Hi sunt, q cũ mulierib⁹ nõ sunt coinquinati: Uirgines eniз sunt. Hi sequũtur Agnum quocũq; ierit. Hi empti sunt ex hoibus primitię Deo, & Agno, & in ore ipsorũ nõ est inuentum mendacium: sine macula enim sunt ante thronum Dei. Graduale. Cap. 14.

Ps. 123. ANima nr̃a sicut passer erepta est de laqueo

queo venantiũ. ℣. Laqueus cõtritus est, et nos liberati sumus. Adiutorium nostrũ in nomine Domini, qui fecit cęlũ, et terrã.
Ps 112. Alleluia, alleluia. ℣. Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini, allelu. Tractus subscript⁹ semper di ꝑtermisso Alleluia. nisi hoc festũ venerit in Dominica. In octaua vero numquam dicitur.
Ps 78. Tractus. Effuderunt sanguinem sanctorum, velut aquam in circuitu Jerusalem. ℣. Et non erat qui sepeliret. ℣. Vindica Domine sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est super terram.

Sequentia sancti Euang. ſm Mattheũ.

Cap. 2. In illo tẽpore: Angelus Dñi apparuit in somnis Joseph, dicẽs: Surge, et accipe puerũ, et matrem eius, et fuge in Ægyptum, et esto ibi vsq; dũ dicã tibi. Futurũ est enim vt Herodes quęrat puerum ad perdendũ eũ. Qui cõsurgens accepit puerum, et matrem eius nocte, et secessit in Ægyptum: et erat ibi vsq; ad obitum Herodis: vt adimpleretur quod dictum est a Dño per prophetam, dicentẽ:
Os. 11. Ex Ægypto vocaui Filium meum. Tũc Herodes videns qm̃ illusus esset a Magis, iratus est valde, et mittẽs occidit oẽs pueros, qui erant in Bethlehem, et in omnibus finibus eius abimatu et infra secundum tempus, quod exquisierat a Magis. Tunc adimpletum est quod dictum est
Jer. 31. per Jeremiam prophetam dicentes: Vox in Rama audita est ploratus, et vlulatus multus: Rachel plorãs filios suos, et noluit cõsolari, quia nõ sunt. Et di. Credo.
Ps 123. Offert. Anima nr̃a, sicut passer, erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, et nos liberati sumus. Secreta.

Sanctorum tuorum Dñe, nobis pia non desit oratio: quę et munera nr̃a conciliet, et tuam nobis indulgentiã semper obtineat. Per Dominum nostrum. Oremus. Pro Natiuitate. Secreta.

Oblata Dñe munera noua vnigeniti tui Natiuitate sanctifica: nosq; per hęc a peccatorũ nr̃orũ maculis emunda.

Pro sancto Stephano. Secreta.

Suscipe Domine munera pro tuorum commemoratione sanctorum: vt, sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos.

Pro sancto Joanne. Secreta.

Suscipe Domine munera, quę in ei⁹ tibi sollẽnitate deferimus: cuius nos cõfidim⁹ patrocinio liberari. Per Do. Pręfa. et Communicantes. de Natiuit.
Communio. Vox in Rama audita est, ploratus et vlulatus multus: Rachel plorãs filios suos, et noluit consolari, quia non sunt. Postcommunio. Jer. 31.

Votiua Dñe dona percepim⁹: quę sanctorum nobis precibus, et pręsentis, quęsumus vitę, pariter et ęternę tribue conferre subsidium. Per Dñm nostrum. Oremus. Pro Natiuitate. Postcom.

Presta, quęsumus, oĩpotens Deus: vt natus hodie Saluator mundi, sicut diuinę nobis generationis est auctor, ita et immortalitatis sit ipse largitor.

Pro sancto Stephano. Postcommu.

Auxilientur nobis Domine sumpta mysteria: et intercedente beato Stephano martyre tuo, sempiterna protectione confirment.

Pro sancto Joanne. Postcommunio.

Refecti cibo, potuq; cęlesti, Deus noster, te supplices deprecamur: vt, in cuius hęc commemoratione percepimus, eius muniamur et precibus. Per Dominum nostrum Jesum. etc.

¶ Si festũ sancti Thomę venerit in Dominica, transfertur in sequentem diem.

¶ In festo S. Thomę episcopi et martyris. Introitus.



Gaudeam⁹ oẽs in Dño, diẽ festũ celebrãtes sub honore Beati Thomę martyris, dẽ cui⁹ passiõe gaudẽt angeli: et collaudãt Filiũ Dei. Ps. Exultate Ps 32.

tate iusti in Dño: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Deus, pro cuius Ecclesia gloriosus pontifex Thomas gladijs impiorum occubuit: pręsta, quęsumus: vt omnes, qui eius implorant auxilium, petitionis suę salutarem consequantur effectum. Per Dñm nostrum Jesum Christum.

Pro Natiuit. Dñi. Oremus. Oratio.

Concede, q̄s, ops Deꝰ: vt nos Unigeniti tui noua per carnē Natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitꝰ tenet. Pro sācto Stephano.

Da nobis, quęsumus Dñe, imitari quod colimus, vt discamus ꝛ inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. Pro sancto Joanne.

Ecclesiam tuā Dñe benignus illustra: vt beati Joannis apostoli tui ꝛ euāgelistę illuminata doctrinis, ad dona perueniat sēpiterna. Pro Innocentibꝰ.

Deus, cuius hodierna die pręconiū Innocentes martyres, nō loquendo, sed moriendo confessi sunt: oīa in nobis vitiorū mala mortifica: vt fidem tuā, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per Dñm nostrum.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Hebręos.

Cap. 5. Fratres: Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus cōstituitur in ijs, quę sunt ad Deū, vt offerat dona, ꝛ sacrificia pro peccatis: qui cōdolere possit ijs, qui ignorāt, ꝛ errant: quoniā ꝛ ipse circundatus est infirmitate: ꝛ propterea debet, quēadmodum pro populo, ita etiā ꝛ pro semetipso offerre ꝓ peccatis. Nec qsquā sumit sibi honorem, sed qui vocat̃ a Deo, tāquā Aarō. Sic ꝛ Chrs nō semetipsum clarificauit vt pon
Ps. 2. tifex fieret: sed q̄ locutus est ad eū: Filius meꝰ es tu, ego hodie gēui te. Quēadmo
Ps. 109. dū ꝛ in alio loco dicit: Tu es sacerdos in ęternū secundū ordinē Melchisedech.

Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui Eccl. in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legē Excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Ego sum Joā. pastor bonus, ꝛ cognosco oues meas, ꝛ cognoscunt me meę, alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Joannem.

In illo tempore: Dixit Jesus Pharisęis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autē, ꝛ qui nō est pastor, cuius nō sunt oues proprię, videt lupum venientē, ꝛ dimittit oues, ꝛ fugit: ꝛ lupus rapit, ꝛ dispergit oues: mercenarius aūt fugit, quia mercenarius est, ꝛ nō pertinet ad eū de ouibus. Ego sū pastor bonus: ꝛ cognosco oues meas, ꝛ cognoscunt me meę. Sicut nouit me Pater, ꝛ ego agnosco Patrē: ꝛ animā meā pono ꝓ ouibꝰ meis. Et alias oues habeo, q̄ nō sunt ex hoc ouili: ꝛ illas oportet me adducere, ꝛ vocem meam audient, ꝛ fiet vnum ouile, ꝛ vnus pastor. Et dicitur Credo.

Offertoriū. Posuisti Domine in capite Ps. 20. eius coronā de lapide pretioso: vitā petijt a te, ꝛ tribuisti ei, alleluia. Secreta.

Munera tibi Dñe dicata sanctifica: ꝛ intercedente beato Thoma martyre tuo atq; pōtifice: per eadē nos placatus intende. Per Dominum nostrū.

Pro Natiuitate. Secreta. Oremus.

Oblata Dñe munera noua vnigeniti tui Natiuitate sāctifica: nosq; per hęc a peccatorū nr̄orū maculis emunda.

Pro sancto Stephano. Secreta.

Suscipe Domine munera pro tuorum commemoratione sanctorum: vt sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos.

Pro sancto Joanne. Secreta.

Suscipe Domine munera, quę in eiꝰ tibi sollemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari.

Pro

Pro Innocentibus. Secreta.

Sanctorum tuorum nobis Domine pia nõ desit oratio: quę ⁊ munera nostra conciliet, ⁊ tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dñm nostrum.

Com. Ego sũ pastor bon⁹, ⁊ cognosco oues meas, ⁊ cognoscũt me meę. Joã. 10. Postc.

Hec nos cõio Dñe purget a crimine: ⁊ intercedẽte beato Thoma martyre tuo atq; põtifice, cęlestis remedij faciat esse consortes. Per Dominum.

Pro Natiuit. Postcommu. Oremus.

Presta q̃s, oĩps Deus: vt natus hodie Saluator mũdi, sicut diuinę nobis generationis est auctor, ita ⁊ imortalitatis sit ipse largitor. Pro s. Stephano. Postc.

Auxilient̃ nobis Dñe sumpta mysteria: ⁊ intercedente beato Stephano protomartyre tuo, sempiterna protectione cõfirmẽt. Pro S. Joãne. Postcom.

Refecti cibo potuq; cęlesti, Deus noster, te supplices deprecamur: vt in cuius hęc cõmemoratione percepimus, eius muniamur ⁊ precibus.

Pro Innocentibus. Postcommunio.

Votiua Domine dona percepimus: quę sanctorũ nobis precibus, ⁊ pręsentis quęsumus, vitę pariter ⁊ ęternę tribue conferre subsidium. Per Dominum.

¶ Si festũ Natiuitatis Dñi, S. Stephani, S. Joannis euangelistę, ⁊ sanctorum Innocẽtiũ venerit in Dñica, ipsa die nihil fit de Dñica: sed die proximo post festum S. Thomę martyris dicitur Missa de Dñica. Si autem festũ S. Thomę venerit in Dñica, dr̃ Missa de Dominica cũ cõmemoratione de alijs octauis, ⁊ festum S. Thomę transfertur in secundam feriam. Si vero post festũ sancti Thomę fuerit Sabbatum, ipsa die Sabbati dicitur Missa de octa. Natiuitatis cũ cõmemoratione de alijs octauis. Et in die sancti Siluestri fit officium de festo cũ commemoratione de Dominica ⁊ de octauis.

Missa de Dominica infra Octauam Natiuitatis Domini. Introitus.



Dum medium silentium contineret omnia, ⁊ nox in suo cursu mediũ iter peragerent, omnipotens sermo tuus, Dñe, de cęlo a regalibus sedibus venit. Sap. 18. Ps. Dominus regnauit, decorem indutus est: indutus est Dñs fortitudinẽ, ⁊ pręcinxit se. Ps. 92. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti Filij tui mereamur bonis operibus abundare. Per eumdem.

Et fit cõmemoratio de octauis, quas habes in die S. Thomę episcopi ⁊ marty. Concede, quęsumus. vt supra. fol. 9.

Lect. Epl'ę B. Pauli Apl'i ad Galat.

Fratres: Quanto tp̃e heres paruulus est, nihil differt a seruo, cum sit dñs omnium: sed sub tutoribus, ⁊ actoribus est vsq; ad pręfinitũ tempus a patre: ita ⁊ nos cũ essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant redimeret, vt adoptionẽ filiorũ reciperemus. Quoniam autem estis filij, misit Deus Spiritum Filij sui in corda vestra clamantem: Abba, Pater. Itaq; iã nõ est seruus, sed filius: Quod si filius, ⁊ heres per Deum. Cap. 4.

Graduale. Speciosus forma pręfilijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. Ps. 44. ℣. Eructauit cor meũ verbum bonum, dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribę velociter scribentis. Alleluia, alleluia. ℣. Dominus regnauit, decorem induit: induit Dominus fortitudinem, ⁊ pręcinxit se virtute, alleluia. Ps. 92.

Sequentia sancti Euangelij sm̃ Lucam.

In illo tempore: Erat Joseph ⁊ Maria mater Jesu mirantes super his, Cap. 2

que dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, et dixit ad Mariam matrē eius: Ecce positus est hic in ruinam, et in resurrectionē multorum in Israel: et in signū, cui contradicetur: et tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelētur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Aser: hec processerat in diebus multis, et vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua. Et hec vidua erat vsqz ad annos octogintaquattuor: que nō discedebat de templo, ieiunijs, et obsecrationibus seruiēs nocte, ac die. Et hec, ipsa hora superueniens, cōfitebatur Dño: et loquebatur de illo oībus, qui expectabāt redemptionē Israel. Et vt perfecerunt oīa secundū legē Domini, reuersi sunt in Galileam in ciuitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat, et confortabat plenus sapiētia: et gratia Dei erat in illo. Et dī Credo.

ps. 92. Offertorium. Deus firmauit orbē terre, qui non commouebitur: parata sedes tua Deus, ex tunc a seculo tu es. Secreta.

Concede, quesumus, omnipotens Deus: vt oculis tue maiestatis munus oblatum, et gratiam nobis pie deuotionis obtineat, et effectuz beate perennitatis acquirat. Per Dominum nostruz Jesum Christum Filium tuum: Qui tec.

Alias secretas de octauis habes in die sancti Thome episcopi et martyris.

Oblata Domine munera. vt supra. f. 9.

Matt. 2. Communio. Tolle puerum et matrem eius, et vade in terram Israel: defuncti sunt enim, qui querebant animam pueri.

Postcommunio.

Per huius Domine operationez mysterij, et vitia nostra purgentur, et iusta desideria compleantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum. etc.

Alias Postcōiones p cōme. octauaruz habes in Missa S. Thome epi et martyr.

Presta, qs, omnipotens Deus. fol. 9.

MISSA DE OCTAVA

Natiuit. Domini. Introitus.



Puer natus est nobis, et Filius datus est nobis: cuius imperium super humerum eius, et vocabitur nomē eius, magni cōsilij Angelus. Psal. Isa. 9.

Cantate Domino canticuz nouum, quia mirabilia fecit. V. Gloria Pat. Oratio. ps. 97.

Concede, quesumus, oīpotens Deus. cum alijs de octa. require supra in Missa sancti Thome. folio 9.

Lectio Epl'e B. Pauli Apli ad Titū.

Charissime: Apparuit benignitas, et humanitas Saluatoris nri Dei: nō ex operibus iustitie, que fecimus nos, sed secundum suaz misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, et renouationis Spiritus sancti, quez effudit in nos abunde per Jesum Christum Saluatorem nostrum: vt iustificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vite eterne. In Christo Jesu Dño nostro. Cap. 3.

Grad. Viderunt oēs fines terre salutare Dei nostri, iubilate Deo omnis terra. V. Notum fecit Dñs salutare suum: ante conspectum gentium reuelauit iustitiam suam. Alleluia, alleluia. V. Dies sanctificatus illuxit nobis, venite gentes, et adorate Dominum: quia hodie descendit lux magna super terram, alleluia. ps. 97.

Euangelium. Pastores loquebantur adinuicem. vt sup. in secunda Missa Natiuitatis. folio 6. et dī Credo. Offertorium.

Tui sunt celi, et tua est terra: orbē terrarū, et plenitudinem eius tu fundasti, iustitia et iudicium preparatio sedis tue. Secreta. ps. 88.

Oblata Dñe munera noua vnigeniti. require supra cum alijs de octaua. fol. 9.

Commun. Viderunt omnes fines terre salutare Dei nostri. Postcommunio. ps. 74.

Presta quesumus, omnipotens Deus: vt natus. require sup. cuz alijs octa. f. 10.

C Si

¶ Si festum sancti Siluestri in Dominica venerit, dicitur Missa de eo, ꝛ commemoratio de Dominica, ꝛ de octauis.

¶ In die sancti Siluestri Papę ꝛ confessoris. Introitus.

ps. 131.  Acerdotes tui Domine induant iustitiam, ꝛ sancti tui exultent: propter Dauid seruuȝ tuũ, nõ auertas faciem Christi tui. Ps. Memẽto Domine Dauid, ꝛ omnis mansuetudinis eiꝰ. ℣. Gloria Patri, ꝛ Filio. Oratio.

DA, quęsumus, omnipotens Deus: vt beati Siluestri confessoris tui atque pontificis veneranda sollemnitas, ꝛ deuotionem nobis augeat, ꝛ salutẽ. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Et fit cõm. de Natiuitate, ꝛ alijs octauis. Concede, q̃s omnipotens. vt sup. fol. 9.

Lec. Eplę B. Pauli Apl'i ad Timoth.

2. Cap. 4 Charissime: Testificor coram Deo, ꝛ Jesu Christo, qui iudicaturus est viuos, ꝛ mortuos, per aduentum ipsius, ꝛ regnum eius: prędica verbum, insta opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia, ꝛ doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribꝰ, ꝛ a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistę, ministerium tuuȝ imple. Sobrius esto. Ego enim iam delibor, ꝛ tempus resolutionis meę instat. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitię, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex: non solum autem mihi, sed ꝛ ijs, qui diligunt aduentum eius.

Eccl. 44. Gradual. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem Excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum, alleluia. ps. 88.

Sequentia sancti Euangelij sm Lucam.



IN illo tp̃e: Dixit Jesus discipulis suis: Sint lumbi vestri pręcincti, ꝛ lucernę ardentes in manibꝰ vestris, ꝛ vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur a nuptijs: vt cum venerit, ꝛ pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cum venerit dñs, inuenerit vigilantes: amen dico vobis, qꝛ pręcinget se, ꝛ faciet illos discũbere, ꝛ trãsiẽs ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, ꝛ si in tertia vigilia venerit, ꝛ ita inuenerit, beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quoniã si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, ꝛ non sineret perfodi domum suaȝ. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet. Credo. Offert. Cap. 12.

Inueni Dauid seruũ meuȝ, oleo sancto meo vnxi eũ: manus eniȝ mea auxiliabitur ei, ꝛ brachiũ meũ cõfortabit eũ. Secreta. ps. 88.

SAncti tui nos Dñe, q̃s, vbiqȝ lętificent: vt duȝ eorũ merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Pro Natiuitate, ꝛ alijs octauis. Oblata Dñe munera. require sup. fol. 9. Cõmu.

Beatus seruus, quẽ cũ venerit Dñs, inuenerit vigilantẽ: amen dico vobis, super oĩa bona sua constituet eum. Post cõm. Mat. 24

PRęsta, q̃s, omnipotens Deus: vt de perceptis muneribꝰ gratias exhibentes, intercedente beato Siluestro confessore tuo atqȝ pontifice, beneficia potiora sumamus. Per Dominum nostrum.

Pro Natiuit. ꝛ alijs octauis. Pręsta, q̃s, oĩpotens Deus. require supra. fol. 10.

¶ In die Circumcisionis, ꝛ in Octaua Natiuitatis Domini:

Statio ad sanctam Mariam Trans Tiberim. Introitus.



Puer natus est nobis, ꝛ Filius datus est nobis: cuius imperium super humerum eius, ꝛ vocabitur nomē eius, magni cōsilij Angelus. Psal.

ps.97. Cantate Domino canticū nouum, quia mirabilia fecit. ℣. Gloria Patri, ꝛ Filio, ꝛ Spiritui sancto. Oratio.

Deus, qui salutis ęternę, beatę Marię virginitate fęcūda, humano generi prȩmia prȩstitisti: tribue quęsumus: vt ipsā pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitę suscipere, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate Spiritus sancti Deus. Per omnia sęcula sęculorū. ℟. Amen.

Lectio Epl'ę B. Pauli Apl'i ad Titū.

Cap.2. Charissime: Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, ꝛ sęcularia desideria: sobrie, ꝛ iuste, ꝛ pie viuamus in hoc sęculo, expectantes beatam spem, ꝛ aduentum glorię magni Dei, ꝛ Saluatoris nostri Jesu Christi: qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, ꝛ mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operū. Hęc loquere, ꝛ exhortare, in Christo Jesu Domino nostro. Graduale.

ps.97. Viderunt oēs fines terrę salutare Dei nostri, iubilate Deo omnis terra. ℣. Notum fecit Dominus salutare suum: ante conspectum gentium reuelauit iustitiam

Heb.1. suam. Alleluia, alleluia. ℣. Multifariam olim Deus loquēs patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in Filio, alleluia.

Sequentia sancti Euangelij sm̄ Lucam.



In illo tempore: Postquā cōsummati sunt dies octo vt circūcideretur puer: vocatum est nomen eius Jesus, quod vocatum est ab angelo, priusquā in vtero cōciperetur. Credo. Cap.2.

Offert. Tui sunt cęli, ꝛ tua est terra: orbem terrarum, ꝛ plenitudinem eius tu fundasti: iustitia ꝛ iudicium prȩparatio sedis eius. Secreta. ps.88.

Muneribus nostris, quęsumus Domine, precibusq; susceptis: ꝛ cęlestibus nos munda mysterijs, ꝛ clementer exaudi. Per Dominum nostrū Jesum.

Communio. Viderunt omnes fines terrę, salutare Dei nostri. Postcommunio. ps.97.

Hæc nos communio Domine purget a crimine: ꝛ intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cęlestis remedij faciat esse consortes. Per eundē.

Si aliqua ex his octauis i Dñica venerit, fit officiū de oct. de Dñica vero nihil fit.

¶ In octa. sancti Stephani totū officiū Missę dr̄ sicut in die, prȩter orationē quę sequitur. Et dicitur Credo. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui primitias martyrum in beati leuitę Stephani sanguine dedicasti: tribue q̄s: vt pro nobis intercessor existat, qui p̄ suis etiā persecutorib' exorauit Dñm nostrū Jesum Christum Filium tuū: Qui tecū.

¶ Et fit commemoratio de sancto Joanne, ꝛ de Innocentibus.

¶ In oct. S. Joannis Officium Missę dr̄ sicut in festo eius, ꝛ dr̄ Credo. Prima oratio de festo. Secunda de Innocentib.

¶ In octa. Sanctorū Innocentiū Officium Missę dr̄ sicut in die; excepto quod Gloria in excelsis Deo. Alleluia. ꝛ Ite missa est. dr̄r. Credo. non dicitur.

¶ In

IN VIGILIA EPIPHANIÆ.

Introitus.

Sap.18 
Um medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu mediũ iter haberet, omnipotẽs sermo tuus, Domine, de cęlis a regalibus sedib⁹ venit. Ps. Dominus regnauit, decorem Ps.92. indutus est: indutus est Dominus fortitudinem, & pręcinxit se. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, dirige act⁹ nostros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti Filij tui mereamur bonis operibus abundare. Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum.

Secũda oratio dicitur de sancta Maria. Deus, qui salutis. Tertia cõtra persecutores Ecclesię. Ecclesię. vel pro Papa. Deus omnium. vt infra. folio 14.

Lectio Epl'ę B. Pauli Apl'i ad Galat.

Cap.4. Fratres: Quanto tempore heres paruulus est, nihil differt a seruo, cum sit dominus omnium: sed sub tutoribus, & actoribus est vsque ad pręfinitum tempus a patre: ita & nos cum essemus paruuli, sub elementis mundi huius eramus seruientes. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factũ ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus Spiritum Filij sui in corda vestra clamantem: Abba, Pater. Itaque iam non est seruus, sed filius: Quod si filius, & heres per Deum.

Ps.44. Graduale. Speciosus forma pręfilijs hominũ, diffusa est gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meũ verbum bonũ, dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribę velociter scribentis. Alleluia, alleluia. ℣. Dominus regnauit, decorem induit: induit Dominus fortitudinem, & pręcinxit se virtute, alleluia.

Sequẽtia sancti Euãgelij sẽm Matthęũ.

In illo tẽpore: Defuncto Herode, ecce angelus Domini apparuit in Cap.2. somnis Joseph in Ægypto, dicẽs: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel: defuncti sunt enim, qui quęrebant animam pueri. Qui consurgens, accepit puerum, & matrẽ eius, & venit in terram Israel. Audiens autem quod Archelaus regnaret in Judęa pro Herode patre suo, timuit illo ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Galilęę. Et veniens habitauit in ciuitate, quę vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazaręus vocabitur. Offertoriũ.

Deus firmauit orbem terrę, qui nõ commouebitur: parata sedes tua Deus, ex Ps.92. tunc, a sęculo tu es. Secreta.

Concede, quęsumus, omnipotens Deus: vt oculis tuę maiestatis munus oblatum, & gratiam nobis pię deuotionis obtineat, & effectũ beatę perennitatis acquirat. Per Dominum nostrũ Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus.

Secunda secreta de sancta Maria. Muneribus nostris. Tertia contra persecutores Ecclesię. Protege. vel pro Papa. Oblatis, quęsumus Dñe. vt infra. f.14.

Communio. Tolle puerum & matrẽ ei⁹, Matt.2. & vade in terram Israel: defuncti sunt enim, qui quęrebant animam pueri.

Postcommunio.

Per huiũ Domine, operationẽ mysterij, & vitia nostra purgentur, & iusta desideria compleantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus: per omnia.

Secunda Postcommu. de sancta Maria. Hęc nos. Tertia contra persecutores Ecclesię. Quęsumus. vel pro Papa. Hęc nos, quęsumus Domine. vt infra. folio 14.

IN EPIPHANIA Domini.

Statio ad sanctum Petrum. Introitus.

Malach. 3. 
Ecce aduenit dominator Dñs, et regnũ in manu eius, et potestas, et imperium.
Ps. 71. Ps. Deus iudiciũ tuũ regi da: et iustitiã tuam filio regis. ℣. Gloria Patri, et Filio. Oro.
Deus, qui hodierna die vnigenitum tuum gentibus stella duce reuelasti: concede propitius: vt qui iam te ex fide cognouimus, vsque ad contemplandam speciem tuę celsitudinis perducamur. Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum.

Lectio Isaię Prophetę.

Cap. 60. Surge illuminare Jerusalem: quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebrę operient terram, et caligo populos: super te autem orietur Dominus, et gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, et vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: filij tui de longe venient, et filię tuę de latere surgent. Tunc videbis et afflues, et mirabitur et dilatabitur cor tuum quãdo conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi: Innundatio Camelorum operiet te, dromedarij Madian et Epha: omnes de Saba venient, aurum et thus deferentes, et laudem Domino annunciantes. Graduale.

Isa. 60. Omnes de Saba venient, aurum et thus deferentes, et laudem Domino annunciantes. ℣. Surge illuminare Jerusalem: quia gloria Domini super te orta est. Alleluia, alleluia. ℣. Vidimus stellam eius
Matt. 2. in oriente: et venimus cum muneribus adorare Dominum, alleluia.

Sequentia sancti Euang. sm Mattheum.

Cum natus esset Jesus in Bethlehem Judę in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Jerosolymam, dicentes: Vbi est qui natus est rex Judęorum? vidimus enim stellam eius in oriente, et venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex, turbatus est, et omnis Jerosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum, et Scribas populi, sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei: In Bethlehem Judę: Sic enim scriptum est per Prophetam: Et tu Bethlehem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellę, quę apparuit eis: et mittens illos in Bethlehem, dixit: Ite, et interrogate diligẽter de puero: et cum inueneritis renunciate mihi, vt et ego veniens adorem eum. Qui cũ audissent regem, abierunt. Et ecce stella, quam viderãt in oriente, antecedebat eos, vsquedum veniens staret supra, vbi erat puer. Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrãtes domũ, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, Et procidentes adorauerunt eum. (Hic genuflectitur.) Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera: aurum, thus, et myrrham. Et respõso accepto in somnis ne redirent ad Herodem: per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Credo. Offertorium.

Reges Tharsis et insulę munera offerẽt: Ps. 71. reges Arabum, et Saba dona adducent: et adorabunt eum omnes reges terrę, omnes gentes seruient ei. Secreta.

Ecclesię tuę, quęsumus Domine, dona propitius intuere: quibus nõ iam aurũ, thus, et myrrha profertur: sed quod eisdem muneribus declaratur, immolatur, et sumitur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tec.

Prefa-

Prefatio. Quia cum vnigenitus.
Infra actionē. Communicantes, & diem sacratissimū celebrantes: quo vnigenitus tuus. vt in eadem prefatione de Epipha. Et dicuntur per octauam. Communio.
Matt. 2. Vidimus stellam eius in oriente: & venimus cum muneribus adorare Dominū.

Postcommunio.

Presta, quęsumus oīpotens Deus, vt quę sollemni celebramus officio, purificatę mentis intelligentia consequamur. Per Dominum nostrum Jesum.

Infra octa. Epiphanię fit idē officiū quod in die: & post orationē diei dicuntur orationes. Deus, qui salutis ęternę. & Ecclesię tuę. vel pro Papa. vt inf. f. 14. De festis duplicib⁹, & semiduplicib⁹, quę infra octa. veniunt, nihil tunc agitur, nisi in ꝓpria Ecclesia, sed peracta octaua celebrātur: de simplicibus aūt fit tantū cōmemoratio. De Dñica infra octauā Epiphanię Missa dī vt infra. Quod si festum Epiphanię in Dñica venerit, ipsa Missa Dñicę dī in Sabbato infra oct. & in octaua Epiphanię nihil fit de Dominica.

DOMINICA INFRA octauam Epiphanię. Introitus.

Eccles. In excelso throno vidi sedere virū, quem adorat multitudo angelorum, psallentes in vnū: ecce cuius imperij nomen est
Ps. 99. in ęternū. Ps. Jubilate Deo omnis terra: seruite Domino in lętitia. V. Gloria Patri, & Filio. Oratio.

Vota, quęsumus Dñe, supplicātis populi cęlesti pietate prosequere: vt & quę agenda sunt, videant: & ad implenda quę viderint, conualescant. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Pro commemor. Epiphanię. Oratio. Deus, qui hodierna die. vt sup. fol. 12.

Lctō Eplę B. Pauli Apli ad Roma.

Cap. 12. Fratres: Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic sęculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri: vt probetis quę sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Dico enim per gratiam Dei, quę data est mihi, omnibus qui sunt inter vos: Non plus sapere quā oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: & vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra in Christo Jesu Domino nostro.

Graduale. Benedictus Dominus De⁹ Ps. 71.
Jsrael, qui facit mirabilia magna solus a sęculo. V. Suscipiant montes pacem populo tuo, & colles iustitiam. Alleluia, alleluia. V. Jubilate Deo omnis terra, ser- Ps. 99.
uite Domino in lętitia, alleluia.

Sequentia sancti Euangelij sm Lucam.

Cum factus esset Cap. 2.
Jesus annorum duodecim, ascendentibus illis Jerosolymam secundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus, cum redirent, remansit Jesus in Jerusalem, & non cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos, & notos. Et nō inuenientes, regressi sunt in Jerusalem, requirentes eum. Et factum est, post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentia, & responsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum: Fili, quid fecisti nobis

bis sic? ecce pater tuus, ⁊ ego dolentes quęrebamus te. Et ait ad illos: Quid est quod me quęrebatis? nesciebatis quia in his, quę patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbũ, quod locutus est ad illos. Et descendit cũ eis, ⁊ venit Nazareth: ⁊ erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hęc in corde suo. Et Jesus proficiebat sapientia, ⁊ ętate, ⁊ gratia apud Deum, ⁊ homines. Credo. Offertorium.

Ps. 99. Jubilate Deo oĩs terra, seruite Dño in lętitia: intrate in conspectu eius in exultatione, quia Dñs ipse est Deus. Secreta.

Oblatum tibi Domine, sacrificium viuificet nos sẽper, ⁊ muniat. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Pro Epiphania. Secreta.

Ecclesię tuę. vt supra. folio 12.

Luc. 2. Communio. Fili, quid fecisti nobis sic? ego ⁊ pater tuus dolẽtes quęrebamus te. Et quid est quod me quęrebatis? nesciebatis, quia in his, quę patris mei sunt, oportet me esse? Postcommunio.

Supplices te rogamus omnipotens De⁹: vt quos tuis reficis sacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per Dominum.

¶ Pro Epiphania. Postcommunio.

Presta, quęsumus. vt supra. folio 13.

IN OCTAVA EPIPHANIÆ.

Introitus.

Mal. 3. Ecce aduenit dominator Dominus: ⁊ regnum in manu eius, ⁊ potestas, ⁊

Ps. 71. imperium. Ps. Deus iudicium tuum regi da: ⁊ iustitiam tuam filio regis. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Deus, cuius vnigenitus in substantia nostrę carnis apparuit: pręsta, quęsumus: vt per eum, quem similem nobis foris agnouim⁹, intus reformari mereamur. Qui tecũ viuit, ⁊ regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia.

Lectio Isaię prophetę.

Surge illuminare Jerusalem. vt supra in die Epiphanię. folio 12. Graduale.

Omnes de Saba venient, aurum ⁊ thus Isa. 60. deferentes, ⁊ laudem Domino annunciantes. ℣. Surge, illuminare Jerusalẽ: quia gloria Domini super te orta est. Alleluia, allel. ℣. Vidimus stellã eius in o- Matt. 2. riente: ⁊ venimus cum muneribus adorare Dominum, alleluia.

Sequentia sancti Euang. sñm Joannem.

In illo tempore: Vidit Joannes Je- Cap. 1. sũ venientẽ ad se, ⁊ ait: Ecce agnus Dei, ecce q̃ tollit peccata mũdi. Hic est, de quo dixi: Post me venit vir, q̃ ante me factus est: q̃a prior me erat, ⁊ ego nesciebã eũ, sed vt manifestetur in Jsrael, propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimoniũ perhibuit Joãnes, dicẽs: Quia vidi Spiritum descendentẽ quasi columbam de cęlo, ⁊ mansit super eum. Et ego nesciebam eũ: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quẽ videris Spiritum descendentem, ⁊ manentẽ super eũ, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto. Et ego vidi: ⁊ testimoniũ perhibui quia hic est Filius Dei. Et dĩ Credo.

Offer. Reges Tharsis, ⁊ insulę munera Ps. 71. offerent: reges Arabũ, ⁊ Saba dona adducent: Et adorabunt eum oẽs reges terrę, omnes gentes seruient ei. Secreta.

Hostias tibi Domine, pro nati Filij tui apparitione deferimus, suppliciter exorantes: vt sicut ipse nostrorũ auctor est munerum: ita sit ipse misericors, ⁊ susceptor, Jesus Christus Dominus noster: Qui tecum viuit ⁊ regnat. ⁊c.

Communio. Vidimus stellam eius in Matt. 2. oriente: ⁊ venimus cum muneribus adorare Dominum. Postcommunio.

Cælesti lumine quęsum⁹ Dñe, semper ⁊ vbiq̃ nos pręueni: vt mysterium, cuius nos participes esse voluisti, ⁊ puro cernam⁹ intuitu, ⁊ digno percipiamus affectu. Per Dominum nostrum.

¶ Ab

¶ Ab octa. Epiphanię vsq; ad Purificationem, nisi fuerit duplex. Secūda oratio di. de S. Maria. Tertia cōtra persecutores Ecclesię, vel pro Papa, vt infra.

DE SANCTA MARIA. Oratio.

Deus, q salutis ęternę, beatę Marię virginitate fęcunda, humano generi prępmia pręstitisti: tribue quęsumus: vt ipsā pro nobis intercedere sentiamus, per quā meruimus auctorem vitę suscipere, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. &c.

Contra persecutores Ecclesię. Oratio.

Ecclesię tuę, quęsumus Dñe, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per Dominum.

Vel pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor & rector, famulum tuū N. quem pastorem Ecclesię tuę preesse voluisti, propitius respice: da ei, quęsumus, verbo, & exemplo, quibus preest, proficere: vt ad vitam, vna cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per Dominum.

SECRETA De sancta Maria.

Muneribꝰ nostris, quęsumus Domine, precibusque susceptis: & cęlestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi.

Contra persecutores Ecclesię. Secreta.

Protege nos Dñe, tuis mysterijs seruiētes: vt diuinis rebus inhęrentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per.

Vel pro Papa.

Oblatis, quęsumus Dñe, placare muneribus, & famulū tuum N. quē pastorem Ecclesię tuę preesse voluisti, assidua protectione guberna. Per Dñm.

POSTCOMMVNIO De sancta Maria.

Hæc nos communio Domine purget a crimine: & intercedente beata Dei genitrice Maria, cęlestis remedij faciat esse consortes.

Cōtra persecutores Ecclesię. Postcom.

Quęsumus Domine Deus noster: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis nō sinas subiacere periculis. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum.

Vel pro Papa.

Hæc nos, quęsumus Domine, diuini sacramenti perceptio protegat: & famulum tuum N. quem pastorem Ecclesię tuę preesse voluisti, vna cum commisso sibi grege, saluet semper & muniat. Per Dñm nostrum Jesum Christum.

¶ Si tēpus breue fuerit ab octaua Epiphanię, vsq; ad Septuag. ita q Dñicalia officia non possint expleri suis diebus, officia residuarū Dñicarū, post secūdam Dominicam post Epiphaniam, eo anno omittuntur, & resumuntur (quo ad orationem, Epistolā, & Euangeliū dumtaxat) post vigesimam tertiā Dominicam post Pentecosten, vt ibi dicitur in rubrica.

¶ Si Dñica Septuagesimę venerit sequenti Dñica post octauam Epiphanię: in precedenti Sabbato, si nō est impeditum festo duplici, vel semiduplici, dicitur Missa de Dñica secunda post Epiphaniam, cū commemor. festi simplicis in eo occurrētis. Si vero Sabbatū fuerit impeditū festo duplici, vel semiduplici, tūc prima die post octauā Epiphanię dicitur Missa de secunda Dominica, & festū duplex, vel semiduplex transfertur in primam diem simili festo non impeditam.

DOMINICA SECVNDA post Epiphaniam. Introitus.

Omnis terra adoret te, Deꝰ, & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo Altissime. Ps. Jubilate Deo omnis terra, psalmū dicite nomini eius, date gloriā laudi eius. ℣. Gloria Patri. Ps. 65. ibid.

dicitur

dicitur Gloria in excelsis Deo in Dominicis vsqз ad Septuagesimã exclusiue: in ferialibus vero diebus, quando resumitur Missa de Dñica preterita, non dicit. Quod seruatur etiaз post Pentec. Oro.

Omnipotens sempiterne Deus, qui celestia simul, ꝛ terrena moderaris: supplicationes populi tui clemẽter exaudi, ꝛ pacẽ tuã nr̃is ꝓcede tẽporib᷒. Per.

Oremus. Deus, qui salutis eterne. vel Ecclesie. vel Deus omniuз. vt sup.

Lect. Ep̃le beati Pauli Ap̃li ad Rom.

Cap. 12. Fratres: Habentes donationes secundũ gratiã, q̃ data est nobis, differentes: siue prophetiam secundũ rationẽ fidei, siue ministerium in ministrando, siue q̃ docet in doctrina, qui exhortatur in exhortãdo, qui tribuit in simplicitate, q̃ preest in solicitudine, qui miseretur in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odientes malũ, adherentes bono: Charitate fraternitatis inuicẽ diligẽtes: Honore inuicem preueniẽtes: Solicitudine nõ pigri: Spiritu feruentes: Dño seruientes: Spe gaudentes: In tribulatione patiẽtes: Orationi instãtes: Necessitatib᷒ sanctorũ cõicantes: Hospitalitatẽ sectantes. Benedicite persequẽtib᷒ vos: benedicite, ꝛ nolite maledicere. Gaudere cũ gaudẽtib᷒, flere cuз flentib᷒: Idipsum inuicẽ sentiẽtes: Non alta sapientes, sed humilib᷒ cõsentiẽtes.

ps. 106. Graduale. Misit Dominus verbuз suũ, ꝛ sanauit eos: ꝛ eripuit eos de interitu eorum. ℣. Confiteantur Domino misericordie eius: ꝛ mirabilia eius filijs hominum.

ps. 148. Alleluia, alleluia. ℣. Laudate Dominum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius, alleluia.

¶ Sic dicitur Alleluia, cum versic. post Graduale, ab octaua Epiphanie vsque ad Septuagesimaз: ꝛ ab octaua Pentecostes, vsque ad Aduentum, etiam infra hebdomadam, quando resumitur Missa de Dominica.

Sequentia sancti Euang. s̃m Joannem.

In illo tẽpore: Nuptie facte sunt in Cana Galilee: ꝛ erat mater Jesu ibi. Cap. 2. Vocatus est autem ꝛ Jesus, ꝛ discipuli eius ad nuptias. Et deficiẽte vino, dicit mater Jesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Jesus: Quid mihi, ꝛ tibi est mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris: Quodcũqз dixerit vobis, facite. Erant autez ibi lapidee hydrie sex posite secundũ purificationẽ Judeoruз, capientes singule metretas binas vel ternas. Dicit eis Jes᷒: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum. Et dicit eis Jesus: Haurite nunc, ꝛ ferte architriclino. Et tulerũt. Vt autez gustauit architriclinus aquam vinum factam, ꝛ nõ sciebat vnde esset, ministri autem sciebant, q̃ hauserant aquam: vocat spõsum architriclinus, ꝛ dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit: ꝛ cũ inebriati fuerint, tũc id, quod deterius est: Tu autez seruasti bonũ vinũ vsqз adhuc. Hoc fecit initiũ signorum Jesus in Cana Galilee: ꝛ manifestauit gloriaз suã, ꝛ crediderunt in eum discipuli eius. Credo.

Offertoriũ. Jubilate Deo vniuersa terra: psalmum dicite nomini eius: venite ꝛ audite: ꝛ narrabo vobis, omnes qui timetis Deum, quanta fecit Dominus anime mee, alleluia. ps. 65.

Secreta.

Oblata Domine munera sanctifica: nosqз a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominum nostruз.

Oremus. Muneribus nostris. vel Protege. vel Oblatis. vt supra.

Communio. Dicit Dominus, implete hydrias aqua, ꝛ ferte architriclino: dum gustasset architriclinus aquã vinũ factã, dicit sponso: Seruasti bonuз vinum vsqз adhuc: hoc signum fecit Jesus primum coram discipulis suis. Jcã. 2I.

Postcommunio.

Augeatur in nobis, quesumus Domine, tue virtutis operatio: vt diuinis

nis vegetati sacramentis, ad eorum promissa capienda, tuo munere preparemur. Per Dñm nostrum Jesum Christum. Oremus. Hęc nos, cõio. vel Quęsumus. vel Hęc nos, qs Domine. fol. 14.

DOMINICA TERTIA post Epiphaniam. Introitus.

ps.96. 
Adorate Deum oẽs Angeli eius: audiuit, & lętata est Sion, & exultauerunt filię Judę. ps. Dominus regnauit, exultet terra: lętẽtur insulę multę. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, infirmitatez nostrã propitius respice: atque ad protegendum nos, dexteram tuę maiestatis extende. Per Dñm nostrum. Alias orones. Deus, q salutis. vt sup. f. 14.

Lect. Epl'ę beati Pauli Apl'i ad Rom.

Cap.12. Fratres: Nolite esse prudẽtes apud vosmetipsos: Nulli malum pro malo reddentes: prouidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes: Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locũ irę. scriptum est enim: Mihi vindicta: ego retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.

ps.101. Graduale. Timebunt gẽtes nomen tuuz Domine, & omnes reges terrę gloriã tuã. ℣. Quoniam ędificauit Dominus Siõ, & videbitur in maiestate sua. Alleluia, alleluia. ℣. Dominus regnauit, exultet terra: lętentur insulę multę, alleluia.

ps.96.

Sequentia sancti Euang. sm Mattheuz.

Cap.8. In illo tpe: Cum descendisset Jesus de monte, secutę sunt eũ turbę multę: & ecce leprosus veniens, adorabat eũ, dicẽs: Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens Jesus manũ, tetigit euz, dicens: Uolo. Mundare. Et cõfestim mũdata est lepra eius. Et ait illi Jesus: Uide, nemini dixeris: sed vade, ostende te sacerdoti, & offer munus, quod pręcepit Moyses, in testimoniũ illis. Cum aũt introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eũ, & dicẽs: Domine, puer meus iacet in domo paralytic⁹, & male torquetur. Et ait illi Jesus: Ego veniam, & curabo eum. Et respondens Centurio, ait: Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nã & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic Uade, & vadit: & alij, Ueni, & venit: & seruo meo Fac hoc, & facit. Audiẽs autẽ Jesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, nõ inueni tantã fidem in Jsrael. Dico autem vobis, quod multi ab Oriẽte, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Jsaac, & Jacob in regno cęlorum: filij autem regni eijciẽtur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. Et dixit Jesus Centurioni: Uade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Credo. Offertorium.

Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltauit me: Dextera Domini fecit virtutem: non moriar, sed viuam, & narrabo opera Domini. Secreta. ps.117.

Hęc hostia, quęsumus Dñe, emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandũ, subditorũ tibi corpora, mentesqz sanctificet. Per Dñm nostrum. Alia secr. Muneribus nr̃is. vt sup. f. 14.

Cõmu. Mirabantur oẽs de his, quę procedebant de ore Dei. Postcommunio. Luc.4.

Quos tantis Dñe, largiris vti mysterijs: quęsumus, vt effectibus nos eorũ veraciter aptare digneris. Per Do. Alias postcõ. Hęc nos. vt supra. f. 14.

DO-

DOMINICA QVARTA post Epiphaniam. Introitus.

ps. 96. 
Dorate Deum oẽs Angeli eius: audiuit, & lętata est Sion, & exultauerunt filię Judę. Ps. Dominus regnauit, exultet terra: lętetur insulę multę. ℣. Gloria Patri. Oratio.

DEus, qui nos in tãtis periculis constitutos, ꝓ humana scis fragilitate nõ posse subsistere: da nobis salutẽ mẽtis & corporis: vt ea, quę ꝓ peccatis nostris patimur, te adiuuante, vincamus. Per.

Orationes alias quęre supra. folio 14.

Si vero hęc Dominica venerit post festũ Purificationis, dicitur secũda Oratio. A cunctis. & tertia ad libitũ sacerdotis.

Lect. Epl'ę beati Pauli Apl'i ad Rom.

Cap. 13. FRatres: Nemini quidquã debeatis: nisi vt inuicẽ diligatis: qui enim diligit proximũ, legẽ impleuit. Nã: Nõ adulterabis: Nõ occides: Nõ furaberis: Nõ falsũ testimoniũ dices: Nõ cõcupisces: & si quod est aliud mãdatũ, in hoc verbo instaurat: Diliges ꝓximũ tuũ sicut teipsũ. Dilectio ꝓximi malũ nõ operat. Plenitudo ergo legis est dilectio. Graduale.

ps. 101. Timebunt gẽtes nomen tuũ Dñe, & oẽs reges terrę gloriã tuã. ℣. Qm̃ ędificauit Dñs Sion: & videbitur in maiestate sua.

ps. 96. Alleluia, alleluia. ℣. Dñs regnauit exultet terra: lętentur insulę multę, alleluia.

Sequentia sancti Euang. ſm Mattheũ.

Cap. 8. 
IN illo tempore: Ascendẽte Jesu in nauiculam, secuti sunt eũ discipuli eius: & ecce motus magnus factus est in mari ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse vero dormiebat. Et accesserunt discipuli eius, & suscitauerunt eũ, dicentes: Domine, salua nos, perimus. Et dicit eis Jesus: Quid timidi estis, modicę fidei? Tunc surgens imperauit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia venti, & mare obediunt ei? Credo. Offertorium.

DExtera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutẽ, non moriar, sed viuam, & narrabo opera Domini. Secreta. ps. 117.

COncede, quęsumus, omnipotens Deus: vt huius sacrificij munus oblatum, fragilitatem nostram ab omni malo purget semper, & muniat. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

De S. Maria cum alijs, quęre sup. f. 14.

Cõmu. Mirabãtur oẽs de his, quę procedebant de ore Dei. Postcommunio. Luc. 4.

MUnera tua nos Deus, a delectationibus terrenis expediant: & cęlestibus semper instaurent alimentis. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

De S. Maria cum alijs quęre sup. f. 14.

DOMINICA QVINTA post Epiphaniam. Introitus.


Dorate Deũ oẽs Angeli eius: audiuit, & lętata est Sion, & exultauerunt filię Judę. Ps. Dominus regnauit, exultet terra: lętetur insulę multę. ℣. Gloria Patri. Oratio. ps. 96.

FAmiliam tuam, quęsumus Domine, continua pietate custodi: vt quę in sola spe gratię cęlestis innitit, tua semper protectione muniatur. Per Dñm.

Secunda Oõ. A cunctis. vt infra. f. 16.

Tertia ad libitum sacerdotis.

Lect. Epl'ę B. Pauli Apl'i ad Coloss.

Cap. 3. FRatres: Induite vos sicut electi Dei, sãcti, & dilecti, viscera misericordię, benignitatẽ, humilitatẽ, modestiã, patientiã: supportãtes inuicẽ, & donãtes

vobismet

vobisinetipsis si quis aduersus aliquē ha
bet querelā: sicut & Dñs donauit vobis,
ita & vos. Super oia autē hęc, charitatē
habētes, qđ est vīculū perfectionis: & pax
Chři exultet in cordib⁹ vestris, i qua & vo
cati estis i vno corpore: & grati estote. Ver
bū Chři habitet in vobis abundanter, in
omni sapiētia, docentes, & commonentes
vosmetipsos, in psalmis, hymnis, & cāticis
spiritualibus, in gratia cantantes in cor-
dibus vestris Deo. Omne, quodcūq; fa
citis in verbo aut in opere, omnia in nomi
ne Domini nostri Jesu Christi facite, gra
tias agentes Deo & Patri per Jesum
Christū Dominū nostrum. Graduale.
Ps 101. Timebunt gētes nomen tuū Dñe, & oēs
reges terrę gloriā tuā. ℣. Qm̄ ędificauit
Dñs Sion: & videbitur in maiestate sua.
Ps 96. Alleluia, alleluia. ℣. Dñs regnauit exul
tet terra: lętentur insulę multę, alleluia.
Sequentia sancti Euang. sm Mattheū.

Cap. 13. 

In illo tēpore: Di
xit Jesus discipu-
lis suis parabolā hāc:
Simile factum est re-
gnum cęlorū homini,
qui seminauit bonū se-
men in agro suo. cum
autē dormirent homi-
nes, venit inimicus ei⁹,
& superseminauit ziza-
nia in medio tritici, & abijt. Cum autē cre-
uisset herba, & fructū fecisset, tunc appa-
ruerūt & zizania. Accedētes aūt serui pa-
trisfamilias, dixerūt ei: Dñe, nōne bonū
semē seminasti i agro tuo? Unde ergo hēt
zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc
fecit. Serui aūt dixerūt ei, Uis, im⁹, & col-
ligimus ea? Et ait: Nō: ne forte colligētes
zizania, eradicetis simul cū eis & triticū.
Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem, &
in tēpore messis dicā messoribus: Collligi
te primū zizania, & alligate ea i fasciculos
ad comburendū, triticum autem congre
gate in horreum meum. Credo.

Offert. Dextera Domini fecit virtutem, Ps 117.
dextera Dñi exaltauit me: dextera Domi-
ni fecit virtutē, non moriar, sed viuam, &
narrabo opera Domini. Secreta.
Hostias tibi Domine placationis
offerimus: vt, & delicta nostra mise
ratus absoluas, & nutantia corda tu diri-
gas. Per Dominum nostrum.
Secunda secreta. Exaudi. vt infra.
Cōmu. Mirabātur oēs de his, quę pro- Luc. 4.
cedebant de ore Dei. Postcommunio.
Quęsumus, oṗs Deus: vt illi⁹ salu-
taris capiamus effectū: cuius per
hęc mysteria pign⁹ accepim⁹. Per Do.
Alia postcommunio. Mundet. vt infra.

DOMINICA SEXTA
post Epiphaniam. Introitus.



Adorate Deū oēs An- Ps. 96.
geli eius: audiuit, & lęta
ta est Sion, & exultaue-
runt filię Judę. Ps. Do
minus regnauit, exultet
terra: lętētur insulę mul
tę. ℣. Gloria Patri. Oratio.
Presta, quęsumus oīpotens Deus:
vt semper rationabilia meditantes,
quę tibi sunt placita, & dictis exequamur
& factis. Per Dominum nostrum.
Secunda Oratio. A cunctis. infra in
seq. Missa. Tertia ad libitum sacerdotis.
Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli
ad Thessalonicenses.
Fratres: Gratias agimus Deo sem Cap. 1.
per pro oibus vobis, memoriā vřī
facientes in orationib⁹ nřis sine intermis
sione, memores operis fidei vřę, & laboris
& charitatis, & sustinentię spei Dñi nostri
Jesu Christi ante Deū & Patrē nostrū:
scientes fratres, dilecti, a Deo electionē
vestrā: quia Euangeliū nostrū nō fuit ad
vos i sermone tm̄, sed & i virtute, & i Spū
sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis
quales fuerim⁹ i vobis ꝓpter vos. Et vos
imitatores nři facti estis, & Dñi, excipiē-
tes verbū i tribulatione multa, cū gaudio
Spiri-

Spiritus sancti:ita vt facti sitis forma oībus credētibꝰ in Macedonia, ꝛ ī Achaia. A vobis eniꝫ diffamatus est sermo Dñi, nō solū in Macedonia, ꝛ in Achaia, sed ꝛ in oī loco fides vr̄a, q̄ est ad Deū, ꝑfecta est, ita vt nō sit nobis necesse quidquā loqui. Ipsi eniꝫ de nobis annūciāt qualē in troitū habuerimus ad vos:ꝛ qūo conuersi estis ad Deū a simulacris, seruire Deo viuo, ꝛ vero, ꝛ expectare Filiū eius de cęlis (queꝫ suscitauit ex mortuis) Jesuꝫ, q eripuit nos ab ira ventura. Graduale.

Ps. 101. Timebūt gētes nomen tuuꝫ Dñe, ꝛ oēs reges terrę gloriam tuam. ℣. Qm̄ ędificauit Dñs Siō, ꝛ videbitur in maiestate

Ps 96. sua. Allel. allel. ℣. Dñs regnauit, exultet terra: lętentur insulę multę, alleluia. Sequentia sancti Euang. sm̄ Matthęū.

Ca. 13. 

IN illo tempore: Dixit Jesus turbis parabolam hanc: Simile est regnuꝫ cęlorum grano sinapis, qd̄ accipiēs homo seminauit ī agro suo: qd̄ minimum quidem est omnibꝰ seminibus: cū autem creuerit, maius est omnibus oleribus, ꝛ fit arbor, ita vt volucres cęli veniāt, ꝛ habitēt in ramis eius. Aliam parabolā locutus est eis. Simile est regnū cęlorum fermento, qd̄ acceptum mulier abscondit in farinę satis tribus, donec fermentatum est totum. Hęc omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas:ꝛ sine parabolis non loquebatur eis: vt impleretur qd̄ dictuꝫ est per prophetaꝫ dicentem: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita a constitutione mundi. Credo.

Ps 117. Offertorium. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, dextera Dñi fecit virtutem: non moriar, sed viuā, ꝛ narrabo opera Dñi. Secre.

HAec nos oblatio Deus mundet, quęsumus, ꝛ renouet, gubernet, ꝛ protegat. Per Dominum nostrum.

Alia secreta. Exaudi. Tertia ad libituꝫ.

Cōmu. Mirabantur omnes de his, quę procedebant de ore Dei. Luc. 4. Postcommu.

CÆlestibus Dñe pasti delicijs, quęsumus: vt semper eadem, per quę veraciter viuimus, appetamꝰ. Per dñꝫ.

DOMINICA SEPTVAG.

Statio ad sanctuꝫ Laurentiuꝫ extra muros. Introitus.



CIrcumdederunt me gemitus mortis, dolores inferni circumdederūt me:ꝛ ī tribulatione mea inuocaui Dominum, ꝛ exaudiuit de templo sācto suo vocem meā. Ps 17. Ps. Diligam te Domine fortitudo mea: Dominus firmamētum meum, ꝛ refugium meum, ꝛ liberator meus. ℣. Gloria Patri. Non dicitur Gloria in excelsis Deo, a Dominica Septuagesimę vsqꝫ ad Pascha, exceptis feria quinta ī cęna Dñi, ꝛ sabbato Sācto, ꝛ quando dicitur missa de festo. Oratio.

PReces populi tui, quęsumus Domine, clementer exaudi: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per Dñm nostrum Jesum Christum.

¶ Si Dominica Septuagesimę venerit ante festū Purificationis, vel in ipsa die secunda ꝛ tertia oratio dicantur vt sup. Si aūt venerit post, dicat secunda oratio ad poscenda suffragia sanctorum. Orō.

A Cunctis nos, quęsumus Dñe, mētis ꝛ corporis defende periculis:ꝛ intercedente beata ꝛ gloriosa semperque virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro ꝛ Paulo, atque beato N. ꝛ omnibus sanctis: salutē nobis tribue benignus ꝛ pacem: vt destructis aduersitatibus ꝛ erroribus vniuersis, Ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Tertia oratio dicitur ad libitum sacerdo-

sacerdotis, et simili modo fiat in Sexagesima, et Quinquagesima.

Lec. Epl'e B. Pauli Apl'i ad Corinth.

1. Cor. 9 Fratres: Nescitis quod hi, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? Sic currite ut comprehendatis. Omnis autem, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem verberans: sed castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne forte cum aliis praedicaverim, ipse reprobus efficiar. Nolo enim vos ignorare fratres quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes in Moyse baptizati sunt in nube, et in mari: et omnes eamdem escam spiritalem manducaverunt, et omnes eundem potum spiritalem biberunt: (bibebant autem de spiritali, consequente eos, petra: petra autem erat Christus) sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo. Graduale.

Ps. 9. Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione: sperent in te, qui noverunt te: quoniam non derelinquis quaerentes te Domine. V. Quoniam non in finem oblivio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in aeternum: exurge Domine, non praevaleat homo. Tractus.

Ps. 129. De profundis clamavi ad te Domine, Domine exaudi vocem meam. V. Fiant aures tuae intendentes in orationem servi tui. V. Si iniquitates observaveris Domine: Domine quis sustinebit? V. Quia apud te propitiatio est, et propter legem tuam sustinui te Domine.

A Septuagesima usque ad fer. iiij. Cine. Tractus di. tantum in Dominicis et festis: in feriis autem, quando repetitur Missa de Dominica, non dicitur, sed tantum Graduale.

Sequentia sancti Evang. secundum Mattheum.

Cap. 20. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum caelorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, et dixit illis: Ite et vos in vineam meam, et quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam, et nonam horam: et fecit similiter. Circa undecimam vero exiit, et invenit alios stantes, et dicit illis: Quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite et vos in vineam meam. Cum sero autem factum esset, dicit dominus vineae procuratori suo: Voca operarios, et redde illis mercedem incipiens a novissimis usque ad primos. Cum venissent ergo qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem et primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi: acceperunt autem et ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant adversus patremfamilias, dicentes: Hi novissimi una hora fecerunt, et pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei, et aestus. At ille respondens uni eorum, dixit: Amice non facio tibi iniuriam: nonne ex denario convenisti mecum? Tolle quod tuum est, et vade: volo autem et huic novissimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi quod volo, facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sic erunt novissimi primi, et primi novissimi. multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Credo.

Offert. Bonum est confiteri Domino, et psallere nomini tuo Altissime. Secreta. Ps. 91.

Muneribus nostris, quaesumus Domine, precibusque susceptis, et caelestibus nos munda mysteriis, et clementer exaudi. Per Dominum. Alia Secreta.

Exaudi nos Deus salutaris noster: ut per huius sacramenti virtutem, a cunctis nos mentis et corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in praesenti, et gloriam in futuro. Tertia ad libitum.

Ps.30. Communio. Illumina faciem tuam super seruum tuum, et saluum me fac in tua misericordia: Domine non confundar, quoniam inuocaui te. Postcommunio.

Fideles tui Deus per tua dona firmentur: vt eadem et percipiendo requirant, et querendo sine fine percipiant. Per Dominum. Alia Postcommunio.

Mundet, et muniat nos, quesumus Dñe, diuini sacramẽti munus oblatum: et intercedẽte beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro et Paulo, atq; beato N. et oĩbus sanctis, a cũctis nos reddat et peruersitatibus expiatos, et aduersitatibꝰ expeditos. Tertia ad libitum. Dicitur Benedicamus Domino. R. Deo gratias.

DOMINICA IN SEXAG.

Statio ad sanctum Paulum. Introitus.



Ps.43. Exurge, quare obdormis Dñe? Exurge, et ne repellas in finẽ: quare faciem tuã auertis? obliuisceris tribulationem nostram? adhesit in terra venter noster: exurge Dñe, adiuua nos, et libera nos. Ps. Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis. V. Gloria Patri. Oratio.

Deus, qui conspicis, qr ex nulla nostra actione cõfidimus: pcede propitius: vt cõtra aduersa oĩa, doctoris gentium protectione muniamur. Per Dñm. Secunda oro. A cunctis, vt sup. in Dominica Septuag. Tertia ad libitũ sacer. Lec. Epłe B. Pauli Apłi ad Corinth.

2.Cor.11. & 12. Fratres: Libenter suffertis insipientes: cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim, si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cedit. Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet (in insipientia dico) audeo et ego: Hebrei sunt, et ego: Israelite sunt, et ego. Semen Abrahe sunt, et ego: Ministri Christi sunt, (vt minus sapiẽs dico) plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibꝰ frequẽter. A Judeis quinquies, quadragenas, vna minus, accepi. Ter virgis cesus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte et die in profundo maris fui, in itineribus sepe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex Gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus: in labore, et erumna, in vigilijs multis, in fame, et siti, in ieiunijs multis, in frigore, et nuditate, preter illa, que extrinsecus sũt, instantia mea quotidiana, solicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, et ego nõ infirmor? quis scãdalizatur, et ego nõ vror? Si gloriari oportet: que infirmitatis mee sunt, gloriabor. Deus et Pater Dñi nostri Jesu Christi, q est benedictus in secula, scit quod non mentior. Damasci, prepositus Gẽtis Arete regis, custodiebat ciuitatem Damascenorũ vt me cõprehenderet: et per fenestram in sporta dimissus sum per murũ, et sic effugi manus eiꝰ. Si gloriari oportet, (nõ expedit quidem:) veniam autem ad visiones, et reuelationes Dñi. Scio hominem in Christo ante annos quattuordecim, siue in corpore nescio, siue extra corpus nescio, Deus scit, raptum huiusmodi vsq; ad tertiũ celum. Et scio huiusmodi hominem siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit: quoniam raptus est in Paradisum, et audiuit arcana verba, que nõ licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor: pro me autẽ nihil gloriabor nisi in infirmitatibus meis. Nam et si voluero gloriari, non ero insipiens: veritatẽ enim dicam: parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Et

ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meę angelus satanę, qui me colaphizet. Propter quod ter Dominum rogaui vt discederet a me: τ dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatib⁹ meis, vt inhabitet in me virtus Christi.

Ps. 82. Graduale. Sciant gentes, quoniam nomen tibi De⁹: tu solus Altissimus super oẽm terraʒ. ℣. Deus meus pone illos vt rotam, τ sicut stipulam ante faciem venti.

Ps. 59. Tractus. Commouisti Domine terraʒ, τ conturbasti eam. ℣. Sana contritiones eius, quia mota est. ℣. Ut fugiant a facie arcus, vt liberentur dilecti tui.

Sequentia sancti Euangelij ßm Lucam.

Cap. 8. In illo tpe: Cuʒ turba plurima conueniret, τ de ciuitatib⁹ properarent ad Jesuʒ, dixit per similitudinẽ: Exijt qui seminat, seminare semen suũ: τ dum seminat, aliud cecidit secuș viam, τ conculcatum est, τ volucres cęli comederũt illud. Et aliud cecidit supra petram: τ natum aruit, quia nõ habebat humoreʒ. Et aliud cecidit inter spinas, τ simul exortę spinę suffocauerũt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: τ ortum fecit fructuʒ centuplum. Hęc dicens clamabat: Qui habet aures audiẽdi, audiat. Jnterrogabãt autẽ eũ discipuli eius, quę esset hęc parabola. Quibus ipse dixit: Uobis datuʒ est nosse mysteriuʒ regni Dei, ceteris aũt in parabolis: vt videntes non videant, τ audientes non intelligant. Est auteʒ hęc parabola: Semen est verbũ Dei. Quod autẽ secus viã, hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus, τ tollit verbũ de corde eoruʒ, ne credentes salui fiãt. Nã qui supra petraʒ: qui cum audierint, cum gaudio suscipiũt verbum: τ hi radices non habent: qui ad tempus credunt, τ in tempore tentationis recedũt. Quod autẽ inter spinas cecidit: hi sunt, qui audierũt, τ a solicitudinibus,

M. Rom.

τ diuitijs, τ voluptatib⁹ vitę euntes, suffocantur, τ non referunt fructum. Quod autem in terraʒ bonaʒ: hi sunt, qui in corde bono τ optimo audientes verbum retinent, τ fructum afferunt in patientia.

Offertorium. Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea: inclina aurem tuam, τ exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te Dñe. Ps. 16.

Secreta. Oblatũ tibi Dñe sacrificiũ viuificet nos semper, τ muniat. Per Dñm.

Alię secr. vt i Dñica Septuagesimę. 17.

Cõm. Jntroibo ad altare Dei: ad Deũ, qui lętificat iuuentutẽ meam. Ps. 42.

Postcom. Supplices te rogamus omnipotens De⁹: vt quos tuis reficis sacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per Dominum.

Alię Postcommuniones vt in Dominica Septuagesimę. fol. 17.

DOMINICA QVINQVAG.

Statio ad sanctũ Petrum. Jntroitus.



Esto mihi in Deuʒ protectorem, τ in locum refugij, vt saluũ me faciaș: quoniam firmamentum meuʒ, τ refugium meuʒ es tu: τ propter nomen tuũ dux mihi eris, τ enutries me. Ps. 30.

Ps. Jn te Domine speraui, nõ confundar in ęternum: in iustitia tua libera me. ℣. Gloria Patri, τ Filio, τ Spiritui. Ps. 70.

Oratio. Preces nostras, quęsumus Domine, clementer exaudi: atque a peccatorum vinculis absolutos, ab omni nos aduersitate custodi. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Ad poscenda suffragia sanctorum. Õro. A cunctis. vt in Dñica Septuag. f. 16.

Lec. Epłę B. Pauli Apłi ad Corinth.

Fratres: Si linguis hoĩum loquar, τ angelorum, charitatẽ aũt non habeã, fact⁹ suʒ velut ęs sonãs, aut cymbalũ tinniens. 1. Co. 13.

tinniens. Et si habuero prophetiam, ⁊ nouerim mysteria omnia, ⁊ omnẽ scientiam: ⁊ si habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, ⁊ si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem nõ habuero, nihil mihi prodest. Charitas patiẽs est, benigna est: Charitas non ęmulatur, nõ agit perperã, non inflatur, non est ambitiosa, nõ quęrit quę sua sunt, non irritatur, non cogitat malũ, nõ gaudet super iniquitate, cõgaudet autem veritati: omnia suffert, oĩa credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nũq̃ excidit: siue prophetię euacuabuntur, siue linguę cessabunt, siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus: ⁊ ex parte prophetamus. Cum aũt venerit qđ perfectũ est, euacuabitur quod ex parte est. Cũ essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebã vt paruulus, cogitabã vt paruulus. Quãdo aũt factus sum vir, euacuaui quę erãt paruuli. Videmus nũc per speculum in ęnigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut ⁊ cognitus sum. Nunc autem manent, fides, spes, charitas: tria hęc. maior autem horum est charitas.

Ps.76. Graduale. Tu es Deus, qui facis mirabilia solus: notam fecisti in gentibus virtutem tuam. ℣. Liberasti in brachio tuo populum tuum, filios Israel, ⁊ Ioseph.

Ps.99. Tractus. Iubilate Deo omnis terra: seruite Domino in lętitia. ℣. Intrate in cõspectu ei⁹ in exultatione: scitote quod Dominus ipse est Deus. ℣. Ipse fecit nos, ⁊ non ipsi nos: nos autem populus eius, ⁊ oues pascuę eius.

Sequentia sancti Euangelij s̃m Lucam.

Cap. 18 In illo tpe: Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos, ⁊ ait illis: Ecce ascendimus Ierosolymam, ⁊ consummabuntur omnia, quę scripta sunt per prophetas de Filio hominis. tradetur enim Gentibus, ⁊ illudetur, ⁊ flagellabitur, ⁊ conspuetur: ⁊ postquam flagellauerint, occident eum, ⁊ tertia die resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt, ⁊ erat verbum istud absconditum ab eis, ⁊ non intelligebant quę dicebantur. Factum est autem, cum appropinquaret Iericho, cęcus quidã sedebat secus viam, mẽdicans. Et cũ audiret turbam prętereuntẽ, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autẽ ei, quod Iesus Nazarenus transiret. Et clamauit, dicens: Iesu fili Dauid miserere mei. Et qui pręibant, increpabãt eũ vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat: Fili Dauid miserere mei. Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illum, dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine vt videam. Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, ⁊ sequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo. Credo.

Offert. Benedictus es Dñe, doce me iustificationes tuas: in labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Secreta.

Hæc hostia, quęsumus Domine, emundet nostra delicta: ⁊ ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesq; sanctificet. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium.

Alię secretę. Exaudi nos Deus. vt sup. in Dominica Septuagesimę. folio 17.

Communio. Manducauerũt, ⁊ saturati sunt nimis: ⁊ desiderium eorum attulit eis Dominus, non sunt fraudati a desiderio suo. Ps.77.

Postcommunio.

Quęsumus omnipotens Deus: vt qui cęlestia alimenta percepimus: per hęc cõtra omnia aduersa muniamur. Per Dñm nostrum Iesum Christum.

Alię Postcommu. Mundet, ⁊ muniat. vt supra in Dominica Septuag. fol. 17.

FERIA QVARTA Cinerum.

Ante Missam benedicũtur cineres, facti de ramis oliuę benedictis preteriti anni, hoc modo. Primo cãtatur Antiphona.

Ps 68.  Exaudi nos Dñe, quoniam benigna est misericordia tua: & secundũ multitudinez miserationuz tuaruz respice nos Domine. Ps. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquę vsqz ad animam meaz. V. Gloria Patri. repetitur Exaudi nos. Deinde dicitur Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus: parce penitentibus, propitiare supplicantibus: & mittere digneris sanctum Angelum tuum de cęlis, qui bene ✠ dicat, & sancti ✠ ficet hos cineres: vt sint remedium salubre omnibus nomen sanctum tuum humiliter implorantibus, ac semetipsos pro conscientia delictorum suoruz accusantibus, ante conspectum diuinę clementię tuę facinora sua deplorantibus vel serenissimam pietatem tuam suppliciter obnixeque flagitantibus: & pręsta per inuocationem sanctissimi nominis tui: vt quicumque eos super se asperserint, pro redemptione peccatorum suorum, corporis sanitatem, & animę tutelam percipiant. Per Christum Dominuz nostrũ. R. Amen. Oremus. Oratio.

Deus, qui nõ mortẽ, sed penitentiaz desideras peccatorum: fragilitatez cõditionis humanę benignissime respice: & hos cineres, quos causa proferẽdę humilitatis, atqz promerẽdę venię, capitib⁹ nostris imponi decernimus, bene ✠ dicere pro tua pietate dignare: vt qui nos cinerem esse, & ob prauitatis nostrę meritum, in puluerem reuersuros cognoscimus: peccatorum omnium veniam, & pręmia penitentibus repromissa, misericorditer consequi mereamur. Per Christũ Dñm nostrum. R. Amen. Oremus. Oratio.

Deus, qui humiliatione flecteris, & satisfactione placaris: aurem tuę pietatis inclina precibus nostris: & capitibus seruorum tuorum, horum cinerum aspersione attactis, effunde propitius gratiam tuę bene ✠ dictionis: vt eos & spiritu compunctionis repleas, & quę iuste postulauerint, efficaciter tribuas: & cõcessa perpetua stabilitate, intactos manere decernas. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen. Oremus. Oratio

Omnipotens sempiterne Deus, qui Niniuitis in cinere & cilicio penitẽtibus, indulgentię tuę remedia pręstitisti: concede propitius: vt sic eos imitemur habitu, quatenus venię prosequamur obtentu. Per Dominum nostrum Jesum.

Cõpleta benedictione, primo imponit cinis sacerdoti celebraturo Missam ab alio sacerdote, si adest: alioquin sacerdos ipse genib⁹ flexis corã altari sibi ipsi cineres imponit: & cantatur statim a Choro. Aña.

Immutemur habitu in cinere & cilicio, ieiunemus, & plorem⁹ ante Dominum: quia multum misericors est dimittere peccata nostra, Deus noster.

Alia Aña. Inter vestibulũ & altare plorabunt sacerdotes ministri Dñi, & dicẽt: Joel. 2.
Parce Dñe, parce populo tuo, & ne claudas ora canentiuz te Dñe. R. Emendemus in melius, q̃ ignoranter peccauim⁹: ne subito pręoccupati die mortis, q̃ram⁹ spatiũ penitẽtię, & inuenire nõ possimus. Attẽde Dñe, & miserere: qa peccauimus tibi. V. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter honorez nominis tui Dñe libera nos. Attende. V. Gloria. Attẽde. Ps. 78.

Sacerdos vero dũ cãtant Aña, & Resp. primo ministris stãtib⁹ genib⁹ flexis corã altari, imponit cinerẽ, dicẽs. Memẽto homo, qa puluis es, & in puluerẽ reuerteris. Gen. 3.

Postea veniũt alij, & genib⁹ flexis ante altare recipiũt cineres a sacerdote, vt dictũ est

est de ministris. Completa cinerum datione dicitur Dominus vobiscum.
Oremus. Oratio.
Concede nobis Dñe presidia militię Christianę, sanctis inchoare ieiunijs: vt contra spirituales nequitias pugnaturi, continentię muniamur auxilijs. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen. Deinde dicitur Missa.

Die 1. Quadr. FERIA QVARTA
Cinerum.

Statio ad sanctam Sabinam. Introitus.
Sap. 12 Misereris omnium Domine, & nihil odisti eorum, quę fecisti, dissimulans peccata hominum propter penitentiam: & parcens illis, quia tu es
Ps 56. Dominus Deus noster. Ps. Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Oratio.
Presta Domine fidelibus tuis: vt ieiuniorum veneranda sollemnia & cõgrua pietate suscipiant, & secura deuotione percurrant. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecũ viuit & regnat in vnitate Spiritus. &c.

¶ Ab hac die vsque ad Dominicam de Passione, post Orationem diei dicuntur duę sequentes Orationes.
Ad poscenda suffragia sanctorum. Oõ.
A Cunctis nos, quęsumus Domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedente beata & gloriosa semperque virgine Dei genitrice Maria: cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus & pacem: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, Ecclesia tua secura tibi seruiat libertate.
Pro viuis & defunctis. Oratio.
Omnipotens sempiterne Deus, qui viuorum dominaris, simul & mortuorum, omniumq; misereris, quos tuos fide & opere futuros esse prenoscis, te supplices exoramus: vt pro quibus effũdere preces decreuimus, quosque vel presens seculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit: intercedentibus omnibus sanctis tuis, pietatis tuę clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat. &c.

Lectio Joel prophetę.
Hæc dicit Dominus: Conuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio, & fletu, & planctu: & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & conuertimini ad Dominum Deum vestrum: quia benignus & misericors est, patiens & multę misericordię, & prestabilis super malitia. Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem, sacrificium, & libamen Domino Deo nostro? Canite tuba in Sion, sanctificate ieiunium, vocate cętum, congregate populum, sanctificate Ecclesiã, coadunate senes, congregate paruulos, & sugentes vbera: egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent: Parce Domine, parce populo tuo: & ne des hereditatem tuam in opprobrium vt dominentur eis nationes. Quare dicunt in populis: Vbi est Deus eorum? Zelatus est Dominus terram suam, & pepercit populo suo. Et respondit Dominus, & dixit populo suo: Ecce ego mittam vobis frumentum, & vinum, & oleum, & replebimini in eis: & non dabo vos vltra opprobrium in Gentibus: dicit Dominus omnipotens. Cap. 2.
Graduale. Miserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. Ps 56.
℣. Misit de cęlo, & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.

Tra-

Ps 102. Tractus. Domine non secundum pecca ta nostra, quę fecimus nos, neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.
Ps 78. ℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis.

Cum dicitur sequens versus, genuflectitur. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster, et propter gloriam nominis tui Domine libera nos, et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Supradictus Tractus ab hac die dicitur ij. iiij. et vj. feria vsque ad feriam quartam maioris hebdomadę, nisi proprius assignetur.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthęum.

Cap. 6. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritę tristes. Exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis: receperunt mercedem suam. Tu autem, cum ieiunas, vnge caput tuum, et faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui est in abscondito: et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi ęrugo et tinea demolitur: et vbi fures effodiunt, et furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cęlo: vbi neque ęrugo, neque tinea demolitur, et vbi fures non effodiunt, nec furantur. Vbi est enim thesaurus tuus, ibi est et cor tuum. Offertorium.

Ps 29. Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me: Domine clamaui ad te, et sanasti me. Secreta.

Hęc nos, quęsumus Domine, his muneribus offerendis conuenienter aptari, quibus ipsius venerabilis sacramenti celebramus exordium. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit, et regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen.

Alię secretę vsque ad Dominicam Passionis.

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutem, a cunctis nos mentis et corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in pręsenti, et gloriam in futuro.

Deus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus: tribue quęsumus: vt intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorum, quos in oratione commendatos suscepimus, et omnium fidelium nomina, beatę prędestinationis liber ascripta retineat. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit, et regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen.

Pręfa. Qui corporali ieiunio. et c. f. 81.

Et dicitur quotidie vsque ad Dominicam Passionis, etiam in Missa de festo, quando propriam non habuerit.

Commu. Qui meditabitur in lege Domini die, ac nocte, dabit fructum suum in tempore suo. Ps 1. Postcommunio.

Percepta nobis Domine prębeant sacramenta subsidium: vt tibi grata sint nostra ieiunia, et nobis proficiant ad medelam. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit, et regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sęcula sęculorum.

Alię Postcommuniones vsque ad Dominicam Passionis.

Mundet, et muniat nos, quęsumus Domine, diuini sacramenti munus oblatum: et intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro et Paulo, atque beato N. et omnibus sanctis, a cunctis nos reddat et peruersitatibus expiatos, et aduersitatibus expeditos.

Purificent nos, quęsumus omnipotens ⁊ misericors Deus, sacramenta quę sumpsimus, ⁊ intercedentibus omnibus sanctis tuis, pręsta: vt hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad pęnã, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium: sit cõtra omnia mundi pericula firmamentum, sit viuorum atq; mortuorum fidelium remissio omnium delictorum. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium.

Deinde sacerdos absolute dicit. Oremus. Postea diaconus (si in officio diaconatus seruiat) dicit: Humiliate capita vestra Deo. Alioquin ipse sacerdos. Sequitur super populum. Oratio.

Inclinãtes se Domine maiestati tuę, propitiatus intende: vt qui diuino munere sunt refecti, cęlestibus semper nutriantur auxilijs. Per Dominum.

Et hic modus seruatur tantummodo in Missa de feria, vsque ad quartam feriam maioris hebdomadę.

Die 2. Quadr. FERIA QVINTA.

Statio ad sanctum Georgium. Introitus.

Ps. 54. Dum clamarem ad Dominum, exaudiuit vocem meam, ab his qui appropinquant mihi: ⁊ humiliauit eos, qui est ante sęcula, ⁊ manet in ęternũ: Iacta cogitatum tuum in Domino, ⁊ ipse te enutriet. Ps. Exaudi Deus orationem meam, ⁊ ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, ⁊ exaudi me. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Deus, qui culpa offenderis, pęnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice, ⁊ flagella tuę iracundię, quę pro peccatis nostris meremur, auerte. Per Dominum nostrum.

Ad poscenda suffragia sanctorum. Oratio.

A cunctis nos, quęsumus Dñe, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedente beata ⁊ gloriosa semperque virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus sanctis: salutem nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt destructis aduersitatibus ⁊ erroribus vniuersis, Ecclesia tua secura tibi seruiat libertate.

Pro viuis ⁊ defunctis. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui viuorum dominaris simul ⁊ mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide ⁊ opere futuros esse pręnoscis: te supplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus, quosq; vel pręsens sęculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit: intercedentibus omnibus sanctis tuis, pietatis tuę clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Lectio Isaię Prophetę.

In diebus illis: Ægrotauit Eze- Cap. 38.
chias vsque ad mortem: ⁊ introiuit ad eum Isaias filius Amos propheta, ⁊ dixit ei: Hęc dicit Dominus: Dispone domui tuę, quia morieris tu, ⁊ non viues. Et conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, ⁊ orauit ad Dominum, ⁊ dixit: Obsecro Domine, memento quęso quomodo ambulauerim coram te in veritate, ⁊ in corde perfecto, ⁊ quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno. Et factum est verbum Domini ad Isaiam, dicens: Vade, ⁊ dic Ezechię: Hęc dicit Dominus Deus Dauid patris tui: Audiui orationem tuam, ⁊ vidi lacrymas tuas: ecce ego adijciam super dies tuos quindecim annos, ⁊ de manu regis Assyriorum eruam te, ⁊ ciuitatem istam, ⁊ protegam eam. Ait Dominus omnipotens. Graduale. Iacta cogitatum tuum in Domino, ⁊ ipse te enutriet. ℣. Dum clamarem ad Dominum, exaudiuit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi.

Sequentia sancti Euang. sm Mattheum.

Cap. 8. 

In illo tempore: Cũ introisset Jesus Capharnaum accessit ad eum Cẽturio, rogans eum, et dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, et male torquetur. Et ait illi Jesus: Ego veniam, et curabo eum. Et respondens Centurio, ait: Dñe, non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tm̃ dic verbo, et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus, habẽs sub me milites, et dico huic Uade, et vadit, et alio, Ueni, et venit, et seruo meo: Fac hoc, et facit. Audiens autẽ Jesus miratus est, et sequentibus se dixit: Amen dico vobis, nõ inueni tantã fidem ĩ Jsrael. Dico autem vobis, quod multi ab Oriẽte, et Occidente venient, et recũbent cũ Abraham, Jsaac, et Jacob in regno celorum: filij autẽ regni eijcientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dẽtium. Et dixit Jesus Cẽturioni: Uade, et sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer ĩ illa hora. Offert.

Ps. 24. Ad te Dñe leuaui animam meam: Deus meus in te cõfido, nõ erubescã: neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectant, nõ confundentur. Secreta.

Sacrificijs presentibus Dñe, quesumus, intẽde placatus, vt et deuotioni nostre proficiant, et saluti. Per Dñm.

Alie secrete, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.

Ps. 50. Communio. Acceptabis sacrificium iustitie, oblationes, et holocausta, super altare tuum Domine. Postcommunio.

Celestis doni benedictione percepta, supplices te Deus omnipotẽs deprecamur: vt hoc idem nobis et sacramenti causa sit et salutis. Per Dominum.

Alie postcõ. vt sup. in fer. iiij. Ciner. f. 20.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Parce Domine, parce populo tuo: vt dignis flagellationibus castigatus, in tua miseratione respiret. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

FERIA SEXTA. Die 3. Quadr.

Statio ad sanctos Joannem et Paulum.

Introitus.

Ps. 20. Audiuit Dñs, et misertus est mihi: Dñs factus est adiutor meus. Ps. Exaltabo te Dñe, quoniã suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. V. Gloria Patri, et Filio. Oratio.

Inchoata ieiunia, qs Dñe, benigno fauore prosequere: vt obseruantiam, quã corporaliter exhibemus, mentibus etiã sinceris exercere valeamus. Per Dñm.

Alie orõnes, vt sup. in fer. iiij. Ciner. f. 19.

Lectio Jsaie prophete.

Cap. 58. Hec dicit Dominus Deus: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, et annuncia populo meo scelera eorum, et domui Jacob peccata eorum. Me etenim de die in diem querunt, et scire vias meas volunt: quasi gens, que iustitiam fecerit, et que iudicium Dei sui non dereliquerit: rogant me iudicia iustitie, et appropinquare Deo volunt. Quare ieiunauimus, et non aspexisti: humiliauimus aĩas nr̃as, et nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vr̃a, et omnes debitores vr̃os repetitis. Ecce ad lites et contentiones ieiunatis, et percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester. Nunquid tale est ieiuniũ, quod elegi, per diem affligere hoĩem aĩam suam? numquid contorquere quasi circulũ caput suũ, et saccũ et cineres sternere? Nũquid istud vocabis ieiunium, et diẽ acceptabilem Dño? Nonne hoc est magis ieiunium, quod elegi? Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimẽtes. Dimitte eos, qui cõfracti sunt, liberos: et omne onus disrumpe.

pe. Frange esurienti panem tuum, ⁊ egenos, vagosq; induc in domū tuam: cum videris nudum, operi eum, ⁊ carnem tuā ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, ⁊ sanitas tua citius orietur, ⁊ anteibit faciem tuam iustitia tua, ⁊ gloria Dñi colliget te. Tunc inuocabis, ⁊ Dñs exaudiet: clamabis, ⁊ dicet: Ecce adsum. quia misericors sum Dñs Deus tuus.

Ps 26. Graduale. Unam petij a Dño, hanc requiram: vt inhabitem in domo Domini. ℣. Ut videam voluntatē Domini, ⁊ protegar a templo sancto eius. Tractus.

Ps 102. Domine non secundum peccata nostra, quę fecimus nos: neq; secundum iniqui-
Ps 78. tates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster, ⁊ propter gloriam nominis tui Domine libera nos: ⁊ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Mattheum.

Cap. 5. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Audistis quia dictū est antiquis: Diliges proximū tuū, ⁊ odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, ⁊ orate pro persequentibus, ⁊ calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cęlis est: qui solē suū oriri facit super bonos, ⁊ malos, ⁊ pluit super iustos ⁊ iniustos. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quā mercedem habebitis? nonne ⁊ publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantū, quid amplius facitis? nōne ⁊ ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti, sicut
Cap. 6. ⁊ pater vester cęlestis perfectus est. Attēdite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedē non habebitis apud patrem vestrum, qui in cęlis est. Cū ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritę faciūt in synagogis, ⁊ in vicis, vt honorificentur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, vt sit eleemosyna tua in abscondito, ⁊ pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

Offert. Dñe viuifica me secundum elo- Ps 118.
quiū tuū, vt sciā testimonia tua. Secreta.

Sacrificium Dñe obseruantię quadragesimalis quod offerimus, pręsta quęsumus, vt tibi ⁊ mētes nostras reddat acceptas, ⁊ continentię promptioris nobis tribuat facultatem. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Alię secretę, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.

Cōmu. Seruite Dño in timore, ⁊ exultate Ps 2.
ei cum tremore: apprehendite disciplinā, ne pereatis de via iusta. Postcommu.

Spiritum nobis Domine tuę charitatis infunde, vt quos vno pane cęlesti satiasti, tua facias pietate concordes. Per Dñm nostrum Jesum Christum.

Alię postcom. vt in fer. iiij. Cineruȝ. f. 20.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Tuere Domine populum tuum, ⁊ ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit aduersitas, si nulla ei dominetur iniquitas. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

SABBATO. Die 4. Quadr.

Statio ad S. Triphonem. Introitus.

Audiuit Dñs, ⁊ misertus Ps 29.
est mihi: Dñs factus est
adiutor me⁹. Ps. Exalta- ibidem.
bo te Dñe, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. ℣. Gloria Patri. Oremus. Oratio.

Adesto Dñe supplicationibus nostris, ⁊ concede: vt hoc sollēne ieiunium, quod animis, corporibusq; curandis salubriter institutum est, deuoto seruitio

tio celebremus. Per Dominum nostrū.
Alię orationes, vt in fer. iiij. Cinerū. f.19.

Lectio Isaię prophetę.

Cap.58 HAec dicit Dominus Deus: Si ab-
stuleris de medio tui catenam, ꝛ de-
sieris digitum extendere, ꝛ loqui quod nō
prodest. Cum effuderis esurienti animaꝫ
tuam, ꝛ animam afflictam repleueris, tūc
Ps 118. orietur in tenebris lux tua, ꝛ tenebrę tuę e-
runt sicut meridies. Et requiem dabit ti-
bi Dominus Deus tuus semper, ꝛ im-
plebit splendoribus animam tuam, ꝛ ossa
tua liberabit. Et eris quasi hortus irriguꝰ
ꝛ sicut fons aquarum, cuius non deficiēt
aquę. Et ędificabuntur in te deserta sęcu-
lorum: fundamenta generationis ꝛ ge-
nerationis suscitabis: ꝛ vocaberis ędifi-
cator sepius, conuertens semitas in quie-
Ps 2. tem. Si auerteris a sabbato pedem tuum,
facere voluntateꝫ tuaꝫ in die sancto meo,
ꝛ vocaueris sabbatum delicatum, ꝛ san-
ctum Domini gloriosum, ꝛ glorificaue-
ris eum dum non facis vias tuas, ꝛ non
inuenitur voluntas tua, vt loquaris ser-
monem: Tunc delectaberis super Do-
mino, ꝛ sustollam te super altitudines ter-
rę, ꝛ cibabo te hereditate Jacob patris
tui. Os enim Domini locutum est.
Ps.26. Graduale. Unam petij a Domino, hanc
requiram, vt inhabitem in domo Domi-
ni. ℣. Ut videam voluntatem Domini: ꝛ
protegar a templo sancto eius.

Die 4. Quadr. Sequentia sancti Euangelij sm Marcū.



Ca.6. IN illo tpe: Cum
sero esset factū, e-
3 29. rat nauis in medio ma-
ri, ꝛ Jesus solus in ter-
idem. ra. Et vidit discipulos
suos laborantes in re-
migando, (erat enim
vētus contrarius eis)
ꝛ circa quartam vigi-
liam noctis venit ad
eos ambulans supra mare: ꝛ volebat prę-
terire eos. At illi vt viderunt eum ambu-
lantem supra mare, putauerunt phantas-
ma esse, ꝛ exclamauerunt. Omnes enim
eum viderunt, ꝛ conturbati sunt. Et sta-
tim locutus est cum eis, ꝛ dixit illis: Con-
fidite, ego sum, nolite timere. Et ascendit
ad illos in nauim, ꝛ cessauit ventus. Et
plus magis intra se stupebant: non enim
intellexerunt de panibus: erat enim cor
illorum obcęcatum. Et cum transfretas-
sent, venerunt in terraꝫ Genesareth, ꝛ ap-
plicuerunt. Cumque egressi essent de na-
ui, continuo cognouerūt eum: ꝛ percur-
rentes vniuersam regioneꝫ illā, cęperunt
in grabatis eos, qui se male habebant, cir-
cūferre, vbi audiebāt eū esse. Et quocūqꝫ
introibat, ī vicos, vel ī villas, aut in ciui-
tates, in plateis ponebant infirmos, ꝛ de-
precabantur eum, vt vel fimbriam vesti-
menti eius tangerent, ꝛ quotquot tange-
bant eum, salui fiebant. Offertorium.
Domine viuifica me secundum eloquiū Ps 18.
tuum, vt faciam testimonia tua. Secreta.
SUscipe Domine sacrificium, cuius
te voluisti dignāter immolatiōe pla-
cari: presta quęsumus: vt huius opera-
tione mysterij mundati, beneplacituꝫ tibi
nostrę mentis offeramus affectum. Per
Dominum nostrum Jesum Christum.
Alię secretę, vt in fer. iiij. Cinerum. f.20.
Exaudi nos Deus. Communio.
Seruite Domino in timore, ꝛ exultate ei Ps 2.
cum tremore: apprehendite disciplinam,
ne pereatis de via iusta. Postcōmunio.
CAElestis vitę munere vegetati, quę-
sumus Domine: vt quod est nobis
in presenti vita mysteriuꝫ, fiat ęternitatis
auxilium. Per Dominum nostrum.
Alię postcom. vt in fer. iiij. Cinerū. f.20.
Mundet, ꝛ muniat. Oremus. Humilia-
te capita vestra Deo. Oratio.
FIdeles tui Deus per tua dona fir-
mentur: vt eadem ꝛ percipiendo re
quirant, ꝛ quęrendo sine fine percipiant.
Per Dominū nostrum Jesum Christuꝫ
Filium tuum: Qui tecum viuit, ꝛ regnat.

Die 5. Quadr. DOMINICA PRIMA
Quadragesime.

Statio ad sanctum Joannem in Laterano. Introitus.

Ps 90. Nuocabit me, et ego exaudiam eum: eripiam eum, et glorificabo eum: longitudine dierum adimplebo eum. Ps. Qui habitat in adiutorio Altissimi: in protectione Dei celi commorabitur. V. Gloria Patri. Oratio.

Deus, qui Ecclesiam tuam annua quadragesimali obseruatione purificas: presta familie tue, vt quod a te obtinere abstinendo nititur, hoc bonis operibus exequatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Alias orationes quere supra in feria iiij. Cinerum. folio 19.

Lec. Epl'e B. Pauli Apli ad Corinth.

1. Cor. 6 Fratres: Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudiui te, et in die salutis adiuui te. Ecce nunc tẽpus acceptabile, ecce nunc dies salutis, nemini dantes vllaʒ offensionẽ, vt non vituperetur ministerium nostrum: sed in omnibusʒ exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia in tribulationib⁹, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribusʒ, in seditionibus, in laborib⁹, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in sciẽtia, in longanimitate, in suauitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iustitie a dextris, et a sinistris, per gloriam, et ignobilitateʒ, per infamiã, et bonam famã, vt seductores, et veraces, sicut qui ignoti, et cogniti: quasi moriẽteʒ, et ecce viuimusʒ: vt castigati, et nõ mortificati: quasi tristeʒ, semper aũt gaudentes: sicut egẽtes, multos autẽ locupletantes: tamquã nihil habentes, et omnia possidentes. Graduale.

Ps 90. Angelis suis De⁹ mãdauit de te, vt custodiant te in omnib⁹ vijʒ tuiʒ. V. In manibus portabunt te: ne vmquaʒ offendaʒ ad lapidem pedum tuum. Tractus.

Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei celi commorabitur.

Dicet Dño: Susceptor me⁹ es tu, et refugiũ meũ: Deus meus, sperabo in eum.

Quoniaʒ ipse liberauit me de laqueo venantium, et a verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi: et sub pennis eius sperabis.

Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno.

A sagitta volante per diem: a negotio perambulante in tenebris: a ruina, et demonio meridiano.

Cadent a latere tuo mille, et decẽ millia a dextris tuis: tibi aũt nõ appropinquabit.

Quoniam angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis.

In manibus portabunt te, ne vmquam offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem et basiliscum ambulabis: et conculcabis leonem et draconem.

Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.

Inuocabit me, et ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione.

Eripiam eum, et glorificabo eum: longitudine dierum adimplebo eum, et ostendam illi salutare meum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Mattheum.

In illo tẽpore: Ductus est Jesus in desertũ a Spiritu, vt tẽtaretur a diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus, et quadraginta noctibus, postea esuriit. Et accedẽs tẽtator dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respõdens dixit: Scriptũ est: Nõ in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, et statuit eum supra pinnaculum templi, et Cap. 4

dixit

dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidē pedē tuū. Ait illi Jesus: Rursus scriptum est: Non tentabis Dñm Deū tuū. Iterum assumpsit eū diabolus in montē excelsuʒ valde: & ostendit ei oīa regna mūdi, & gloriaʒ eoruʒ, & dixit illi: Hęc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tūc dicit ei Jesus: Vade Satana: Scriptuʒ est enim: Dñm Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Tunc reliquit eū diabolus: & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. Credo.

Ps. 90. Offert. Scapulis suis obumbrabit tibi Dñs, & sub pennis eius sperabis: scuto circumdabit te veritas eius. Secreta.

Sacrificium quadragesimalis initij sollemniter immolamus, te Domine deprecantes: vt cum epularuʒ restrictione carnalium, a noxijs quoque voluptatibus temperemur. Per Dominum.

Alię secretę, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.

Ps. 90. Comm. Scapulis suis obumbrabit tibi Dñs, & sub pennis eius sperabis: scuto circumdabit te veritas eius. Postcom.

Tui nos Domine sacramenti libatio sancta restauret: & a vetustate purgatos, in mysterij salutaris faciat transire consortium. Per Dominum nostrum.

Alię postcō. vt sup. in fer. iiij. Ciner. f. 20.

Die 6. Quadr. FERIA SECVNDA.

Statio ad sanctuʒ Petruʒ ad Vincula.

Introitus.

Ps. 122.



Sicut oculi seruoꝝ i manibus dominoꝝ suorū: ita oculi nr̄i ad Dominū Deū nostruʒ, donec misereatur nr̄i: miserere nostri Dñe, miserere nostri. Ps. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cęlis. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Conuerte nos Deus salutaris noster: & vt nobis ieiunij quadragesimale proficiat, mentes nostras cęlestibus instrue disciplinis. Per Dñm nostrum.

Alię orōnes, vt sup. in fer. iiij. Ciner. f. 19.

Lectio Ezechielis prophetę.

Hęc dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas. Sicut visitat pastor gregeʒ suū in die, quando fuerit in medio ouiuʒ suarum dissipatarum: sic visitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibꝰ dispersę fuerant in die nubis, & caliginis. Et educam eas de populis, & congregabo eas de terris, & inducam eas in terram suam: & pascam eas in montibus Israel, in riuis, & in cunctis sedibus terrę. In pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua earum: ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel. Ego pascam oues meas: & ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus. Quod perierat requiram, & quod abiectum erat reducam, & quod confractum fuerat alligabo, & quod infirmuʒ fuerat consolidabo, & quod pingue & forte custodiam: & pascam illas in iudicio, dicit Dominus omnipotens. Cap. 34

Grad. Protector noster aspice Deus, & respice super seruos tuos. ℣. Dñe Deꝰ virtutū, exaudi preces seruorum tuorum. Ps. 83.

Tractus. Domine non secunduʒ peccata nostra, quę fecimus nos: neqʒ secundū iniqtates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatuʒ nostraruʒ antiquarum: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Ps. 101. Ps. 78.

Sequentia sancti Euang. sm Mattheum.

In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis: Cum venerit Filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum Cap. 25.

eo, tunc sedebit super sedē maiestatis suę: & congregabuntur ante eum oēs gentes, & separabit eos ab inuicē, sicut pastor segregat oues ab hędis: & statuet oues quidem a dextris suis, hędos aūt a sinistris. Tūc dicet rex his, qui a dextris eius erūt: Venite benedicti Patris mei, possidete paratū vobis regnū a cōstitutione mūdi. esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nud⁹, & cooperuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me. Tunc respōdebunt ei iusti, dicētes: Dñe, quando te vidimus esurientē, & pauimus te: sitientē, & dedimus tibi potū? quādo aūt te vidimus hospitē, & collegimus te: aut nudū, & cooperuim⁹ te? aut quando te vidimus infirmū: aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens rex, dicet illis: Amen dico vobis, quā diu fecistis vni ex his fratrib⁹ meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet & his, qui a sinistris erunt: Discedite a me maledicti in ignem ęternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. esuriui enim, & nō dedistis mihi manducare: sitiui, & nō dedistis mihi potū: hospes erā, & nō collegistis me: nudus, & non operuistis me: infirmus, & in carcere, & non visitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientē, aut sitientē, aut hospitem, aut nudū, aut infirmum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico vobis: Quā diu non fecistis vni de minorib⁹ his, nec mihi fecistis. Et ibūt hi in supplicium ęternum: iusti aūt in vitam ęternam.

Ps. 118. Offertorium. Leuabo oculos meos, & considerabo mirabilia tua Domine, vt doceas me iustitias tuas: da mihi intellectū vt discam mandata tua. Secreta.

Munera tibi Domine oblata sanctifica, nosq; a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dñm nostrum.

Alię secretę, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.

Commu. Amen dico vobis, quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: venite benedicti Patris mei, possidete paratū vobis regnū ab initio sęculi. Postcom. Math. 25.

Salutaris tui Domine munere satiati, supplices exoramus: vt cuius lętamur gustu, renouemur effectu. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Alię postcom. vt in fer. iiij. Cinerū. f. 20.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Absolue, quęsumus Domine, nostrorum vincula peccatorū: & quidquid pro eis meremur, propitiatus auerte. Per Dominum nostrum Jesum.

FERIA TERTIA. Die 7. Quadr.

Statio ad S. Anastasiam. Introitus.

Domine, refugiū factus es nobis, a generatione in generationem: a sęculo, & in sęculum tu es. Ps. 89. Ps. Priusquam mōtes fierent, aut formaretur terra & orbis, a sęculo, & vsq; in sęculū tu es Deus. ℣. Gloria Patri. Oratio. ibid.

Respice Domine familiam tuam, & presta: vt apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat, quę se carnis maceratione castigat. Per Dominum nostrum.

Alię orōnes, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 19.

Lectio Isaię prophetę.

In diebus illis: Locutus est Isaias propheta, dicēs: Quęrite Dominū, dum inueniri potest: inuocate eum, dum prope est. Derelinquat impius viā suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius, & ad Deum nostrum: quoniam multus est ad ignoscendum. Nō enim cogitationes meę, cogitationes vestrę: neq; vię vestrę, vię meę, dicit Dñs. Quia sicut exaltantur cęli a terra, sic exaltatę sunt vię meę a vijs vestris, & cogitationes meę a cogita- Cap. 55.

tionibus

tionibus vestris. Et quõ descendit imber, Mat. 25 & nix de cęlo, & illuc vltra nõ reuertit, sed inebriat terrã, & infundit eã, & germinare eã facit, & dat semẽ serẽti, & panẽ comedẽti. Sic erit verbũ meũ, qđ egredietur de ore meo: nõ reuertetur ad me vacuum, sed faciet quęcumqz volui, & prosperabitur in his, ad quę misi illud, ait Dñs oĩpotens.

ps. 140. Grad. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo Dñe. ℣. Eleuatio manuũ mearum, sacrificium vespertinum.

Sequentia sancti Euang. sm Mattheum.

Cap. 21. 

In illo tpe: Cum intrasset Jes⁹ Jerosolymã, cõmota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? Populi aũt dicebãt: Hic est Jesus pphetã a Nazareth Galilęę. Et intrauit Jesus in tẽplũ Dei, & eijciebat oẽs vendentes, & ementes in tẽplo, & mẽsas nũmulariorũ, & cathedras vendentiũ colũbas euertit: & dicit eis: Scriptum est: Domus mea domus orõnis vocabitur: Isa. 56. vos aũt fecistis illã speluncam latronum. Et accesserunt ad eũ cęci, & claudi in templo: & sanauit eos. Videtes aũt principes sacerdotũ, & Scribę mirabilia, quę fecit, & pueros clamantes in tẽplo, & dicentes: Hosanna filio Dauid: indignati sunt, & dixerunt ei: Audis quid isti dicũt? Jesus aũt dixit eis: Utique. numquam legistis: ps. 8. Quia ex ore infantium, & lactentiũ perfecisti laudem? Et relictis illis, abijt foras extra ciuitatem in Bethaniã: ibiqz mansit.

ps. 39. Offerto. In te speraui Dñe: dixi, tu es De⁹ me⁹, in manib⁹ tuis tpa mea. Secr.

Oblatis, quęsumus Domine placare muneribus: & a cunctis nos defende periculis. Per Dominũ nostrum.

Alię secretę, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.

ps. 4. Cõm. Cũ inuocarẽ te, exaudisti me De⁹ iustitię meę: i tribulatiõe dilatasti me: miserere mei Dñe, & exaudi orõnẽ meã. Postc.

Presta, qs oĩps De⁹: vt illius salutaris capiamus effectũ, cuius per hęc mysteria pignus accepimus. Per Dñm.

Alię postcom. vt in fer. iiij. Cinerum. f. 19.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Ascendant ad te Dñe preces nřę: & ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Per Dominum nostrum.

FERIA QVARTA Die 8. Quadr.

Quattuor temporum.

Statio ad S. Mariã Maiorẽ. Introitus.

Reminiscere miserationũ tuarũ Dñe, & misericordię tuę, quę a sęculo sũt: ne vmquã dominẽtur nobis inimici nři: libera nos De⁹ Israel, ex oib⁹ angustijs nostris. ps. 24. Ps. Ad te Dñe leuaui aĩam meam: Deus me⁹ in te cõfido, nõ erubescã. ℣. Gloria Patri. post Kyrie eleison. dicitur Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. ibid. Oremus. Oratio.

Preces nostras, quęsumus Domine, clementer exaudi: & contra cuncta nobis aduersantia, dexteram tuę maiestatis extende. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Exodi.

Cap 24 In diebus illis: Dixit Dñs ad Moysen: Ascende ad me in montem, & esto ibi: daboqz tibi tabulas lapideas, & legem, ac mandata quę scripsi: vt doceas filios Israel. Surrexerunt Moyses, & Josue minister eius: ascendensque Moyses in montem Dei, senioribus ait: Expectate hic donec reuertamur ad vos. habetis Aaron & Hur vobiscũ: si quid natũ fuerit quęstionis, referetis ad eos. Cũqz ascendisset Moyses, operuit nubes montem, & habitauit gloria Dñi super Sinai, tegẽs illũ nube sex diebus: septimo aũt die vocauit eum de medio caliginis. Erat autem

species glorię Domini, quasi ignis ardēs super verticem montis in cōspectu filiorum Israel. Ingressusq; Moyses mediū nebulę, ascendit in montē: ⁊ fuit ibi quadraginta diebus, ⁊ quadraginta noctib⁹.

Ps. 24. Grad. Tribulationes cordis mei dilatatę sunt: de necessitatibus meis erue me Dñe. ℣. Vide humilitatē meā, ⁊ laborē meum: ⁊ dimitte oīa peccata mea. Hic dr Dominus vobiscū. Oremus. Oratio.

Devotionem populi tui, quęsumus Domine, benignus intende: vt qui per abstinentiam macerantur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mente. Per Dominum nostrum.

Alię secretę, vt in fer. iiij Cinerum. f. 19.

Lectio libri Regum.

3. Reg. Cap. 19. In diebus illis: Venit Elias in Bersabee Juda, ⁊ dimisit ibi puerū suū, ⁊ perrexit in desertum, viam vnius diei. Cumque venisset, ⁊ sederet subter vnam iuniperum, petiuit animę suę vt moreretur, ⁊ ait: Sufficit mihi Dñe, tolle animam meam: neq; enim melior sum, quam patres mei. Proiecitq; se, ⁊ obdormiuit in vmbra iuniperi: ⁊ ecce Angelus Dñi tetigit eum, ⁊ dixit illi: Surge, ⁊ comede. Respexit, ⁊ ecce ad caput suum subcinericius panis, ⁊ vas aquę: comedit ergo, ⁊ bibit, ⁊ rursum obdormiuit. Reuersusque est Angelus Dñi secundo, ⁊ tetigit eum, dixitq; illi: Surge, comede: grādis enim tibi restat via. Qui cū surrexisset, comedit ⁊ bibit, ⁊ ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, ⁊ quadraginta noctibus, vsque ad montem Dei Horeb.

Ps. 24. Tractus. De necessitatibus meis eripe me Dñe: vide humilitatem meam, ⁊ laborem meum, ⁊ dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te Dñe leuaui animā meā: Deus meus in te confido, non erubescam: neq; irrideant me inimici mei. ℣. Etenim vniuersi, qui te expectant, nō confundentur: confundantur omnes facientes vana.

Sequentia sancti Euang. scdm Mattheū.

In illo tpe: Accesserūt ad Jesū qdā Cap. 12.
de Scribis ⁊ Phariseis, dicentes: Magister, volum⁹ a te signū videre. Qui respōdēs ait illis: Generatio mala, ⁊ adultera signū qrit: ⁊ signū non dabit ei, nisi signū Jonę prophetę. Sicut enim fuit Jonas in vētre ceti trib⁹ dieb⁹, ⁊ trib⁹ noctibus: sic erit Fili⁹ hoīs in corde terrę tribus dieb⁹, ⁊ trib⁹ noctibus. Viri Niniuitę surgēt in iudicio cū generatione ista, ⁊ cōdēnabūt eā: qa pęnitētiā egerūt in prędicatione Jonę. Et ecce plus quā Jonas hic. Regina Austri surget in iudicio cū generatione ista, ⁊ condemnabit eā: qa venit a finib⁹ terrę audire sapientiā Salomonis, ⁊ ecce plus quā Salomon hic. Cū autem immundus spiritus exierit ab hoīe, ambulat per loca arida, qrens requiē, ⁊ nō inuenit. Tūc dicit: Reuertar in domū meā, vnde exiui. Et veniens inuenit eā vacantem, scopis mundatā, ⁊ ornatā. Tunc vadit, ⁊ assumit septē alios spiritus secū nequiores se, ⁊ intrātes habitāt ibi: ⁊ fiūt nouissima hoīs illius peiora prioribus. Sic erit ⁊ generationi huic pessimę. Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius, ⁊ fratres stabant foris, quęrentes loqui ei. Dixit autem ei quidā: Ecce mater tua, ⁊ fratres tui foris stāt quęrētes te. At ipse respōdēs dicēti sibi, ait: Quę est mater mea, ⁊ qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea, ⁊ fratres mei. Quicūq; enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cęlis est: ipse meus frater, ⁊ soror, ⁊ mater est.

Offert. Meditabor in mandatis tuis, quę Ps. 118.
dilexi valde: ⁊ leuabo manus meas ad mandata tua, quę dilexi. Secreta.

Hostias tibi Domine placationis offerimus: vt ⁊ delicta nostra miseratus absoluas, ⁊ nutantia corda tu dirigas. Per Dominum nostrum.

Alię secretę, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.

ps.5. Communio. Intellige clamorem meuz
intẽde voci orõnis meę, rex meus, ⁊ De⁹
meus, qm̃ ad te orabo Dñe. Postcõm.
Tui Dñe perceptione sacramenti, ⁊
a nostris mundemur occultis, ⁊ ab
hostium liberemur insidijs. Per Dñm.
Alię postcom. vt in fer. iiij. Cinerũ. f. 20.
Super populum. Oremus. Humilia-
te capita vestra Deo. Oratio.
Mentes nostras, quęsumus Dñe, lu
mine tuę claritatis illustra: vt vide-
re possimus, quę agenda sunt: ⁊ quę recta
sunt agere valeamus. Per Dominum.

Die 9. Quadr. FERIA QVINTA.

Statio ad sanctum Laurentium in Pa-
nisperna. Introitus.



ps.95. Confessio, ⁊ pulchritu-
do in conspectu eius:
sanctitas, ⁊ magnificen
tia in sanctificatione ei⁹.
Ibid. Ps. Cantate Domino
canticum nouum: can-
tate Domino omnis terra. ℣. Gloria
Patri, ⁊ Filio. ⁊c. Oratio.
Deuotionem populi tui quęsumus
Domine benignus intende: vt qui
per abstinentiam macerantur in corpore,
per fructũ boni operis reficiantur in men
te. Per Dominum nostrum Jesum.
Alię orõnes, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 19.

Lectio Ezechielis prophetę.

Cap.18. In diebus illis. Factus est sermo Do
mini ad me, dicens: Quid est q̃ inter
vos parabolaz vertitis in prouerbiũ istud
in terra Israel, dicẽtes: Patres comede-
runt vuam acerbã, ⁊ dentes filiorũ obstu-
pescunt? Viuo ego, dicit Dñs Deus, si
erit vltra vobis parabola hęc in prouer-
bium in Israel. Ecce omnes animę, meę
sunt: vt anima patris, ita ⁊ anima filij mea
est: aĩa, quę peccauerit, ipsa morietur. Et
vir si fuerit iustus, ⁊ fecerit iudiciuz, ⁊ iu-
stitiaz, in mõtibus non comederit, ⁊ ocu-
los suos non leuauerit ad idola domus
Israel: ⁊ vxorez proximi sui non violaue-
rit, ⁊ ad mulierẽ menstruatã non accesse-
rit: ⁊ hominez non contristauerit: pignus
debitori reddiderit, per vim nihil rapue-
rit: panem suum esurienti dederit, ⁊ nudũ
cooperuerit vestimento: ad vsuram non
cõmodauerit, ⁊ amplius nõ acceperit: ab
iniquitate auerterit manum suam, ⁊ iudi-
cium veruz fecerit inter virum ⁊ viruz: in
preceptis meis ambulauerit, ⁊ iudicia
mea custodierit vt faciat veritatem: hic iu
stus est, vita viuet, ait Dominus Deus.
Graduale. Custodi me Domine vt pu- ps.16.
pillam oculi: sub vmbra alarum tuarum
protege me. ℣. De vultu tuo iudicium
meuz prodeat: oculi tui videant ęquitatẽ.

Sequentia sancti Euang. sm̃ Matthęũ.

In illo tempore. Egressus Jesus se- Cap.15.
cessit in partes Tyri ⁊ Sidonis. Et
ecce mulier Cananęa a finib⁹ illis egres-
sa clamauit, dicẽs ei: Miserere mei Dñe
fili Dauid: filia mea male a dęmonio vexa
tur. Qui non respondit ei verbũ. Et acce
dẽtes discipuli eius rogabãt eũ dicẽtes:
Dimitte eã: qa clamat post nos. Ipse au-
tẽ respondens, ait: Nõ sum missus nisi ad
oues, q̃ perierũt domus Israel. At illa ve
nit, ⁊ adorauit eũ, dicẽs: Dñe, adiuua me.
Qui respondẽs ait: Nõ est bonũ sumere
panẽ filiorũ, ⁊ mittere canib⁹. At illa dixit:
Etiã Dñe: nã ⁊ catelli edũt de micis, quę
cadũt de mẽsa dominorũ suorũ. Tunc re
spõdens Jesus, ait illi: O mulier, magna
est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata
est filia eius ex illa hora. Offertorium.
Immittet angelus Dñi in circuitu ti- ps.33.
mentiũ euz, ⁊ eripiet eos: gustate, ⁊ vide-
te, quoniam suauis est Dñs. Secreta.
Sacrificia Domine quęsumus, ista
nos saluẽt, quę medicinalibus sunt
instituta ieiunijs. Per Dominum nost.
Alię secretę, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.
Cõmunio. Panis quem ego dedero, ca- Joã.6.
ro mea est ꝓ sęculi vita. Postcõmunio.

T Uorũ nos Domine largitate dono-rum, & tẽporalibus attolle pręsidijs, & renoua sempiternis. Per Dominum. Alię postcom. vt in fer. iiij. Cinerũ. f. 20. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

D A, q̃s Dñe, populis Chrianis, & q̃ profitentur agnoscere: & cęleste mu nus diligere, quod frequentant. Per D.

Die 10. Quadr. FERIA SEXTA.

Statio ad sanctos duodecim Apostolos.

Introitus.

Ps. 24. DE necessitatib⁹ meis eri-pe me Dñe: vide humi-litatem meam, & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea. Ps. Ad te Ibid. Domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non eru bescam. ℣. Gloria Patri. Oratio.

E Sto Domine propitius plebi tuę: & quam tibi facis esse deuotam, beni-gno refoue miseratus auxilio. Per Do. Alię orones, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 19.

Lectio Ezechielis prophetę.

Cap. 18. H Æc dicit Dñs Deus. Anima, quę peccauerit, ipsa morietur: filius nõ portabit iniquitatẽ patris, & pater nõ por-tabit iniquitatẽ filij: iustitia iusti super eum erit, & impietas impij erit super eũ. Si au tem impius egerit pęnitentiã ab omnibus peccatis suis, quę operatus est, & custodie rit omnia pręcepta mea, & fecerit iudiciũ, & iustitiã: vita viuet, & non morietur. Om-nium iniquitatũ eius, quas operatus est, nõ recordabor: in iustitia sua, quã opera-tus est, viuet. Nũquid voluntatis meę est mors impij, dicit Dñs Deus, & nõ vt cõ uertatur a vijs suis, & viuat? Si autẽ auer terit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniqui tatẽ secũdũ omnes abominationes, quas operari solet impius, numquid viuet: om nes iustitię eius, quas fecerat, nõ recorda-buntur: in pręuaricatione sua, qua pręua-ricatus est, & in peccato suo, quod pec-cauit, in ipsis morietur. Et dixistis: Non est ęqua via Domini. Audite ergo domus Israel: Nũquid via mea non est ęqua, & non magis vię vestrę prauę sunt? Cũ enim auerterit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatẽ, morietur in eis: in iniusti-tia, quã operatus est, morietur. Et cũ auer terit se impius ab impietate sua, quã ope-ratus est, & fecerit iudicium, & iustitiam: ip se animam suam viuificabit. Considerans enim, & auertẽs se ab omnibus iniquitati-bus suis, quas operatus est, vita viuet, & non morietur, ait Dominus omnipotẽs.

Graduale. Saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te. ℣. Auribus percipe Domine orationem meam.

Tractus. Domine, non secundum pec- Ps. 102. cata nostra, quę fecimus nos: neque secun dum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatũ no Ps. 78. strarum antiquarum: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti su-mus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salu-taris noster, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euang. sm Joannem.

I N illo tempore. Erat dies festus Ju Cap. 5. deorum, & ascendit Jesus Jerosoly mam. Est autem Jerosolymis Probatica piscina, q̃ cognominatur Hebraice Beth-saida, quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentiũ, cę-corum, claudorum, aridorum expectan-tium aquę motum. Angelus autem Domi ni secundum tẽpus descendebat in pisci nam: & mouebatur aqua. Et qui prior de-scendisset in piscinam post motionẽ aquę, sanus fiebat a quacũque detinebatur infir-mitate. Erat autem quidam homo ibi tri-ginta & octo annos habens in infirmita-te sua. Hunc cum vidisset Jesus iacentẽ, & cognouisset quia iam multum tempus

haberet

haberet, dixit ei: Uis sanus fieri? Respondit ei languidus: Dñe, hominem non habeo, vt cũ turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Jesus: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autẽ sabbatum in illa die. Dicebant ergo Judęi, illi, q sanus fact' fuerat: Sabbatũ est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatũ tuum, & ambula. Interrogauerunt ergo eum: Quis est ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula? Js autem, qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Jesus autẽ declinauit a turba constituta in loco. Postea inuenit eum Jesus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid cõtingat. Abijt ille homo, & nunciauit Judęis quia Jesus

ps 102. esset, qui fecit eum sanum. Offer. Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius: & renouabitur sicut aquilę iuuentus tua. Secreta.

SUscipe, quęsumus Domine, munera nostris oblata seruitijs: & tua propitius dona sanctifica. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Alię secretę, vt in fer. iiij. Cinerum. f.20.

ps 6. Cõmu. Erubescant, & conturbentur oẽs inimici mei: auertãtur retrorsum, & erubescant valde velociter. Postcommunio.

PEr huius Domine operationẽ mysterij, & vitia nostra purgentur: & iusta desideria compleãtur. Per Dominũ nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Alię postcõmu. vt in fer. iiij. Ciner. f.20.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

EXaudi nos misericors De': & mentibus nostris gratię tuę lumen ostende. Per Dominum nostrũ Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit.

S A B B A T O. Die 11. Quadr.

Statio ad sanctũ Petrum. Introitus.

INtret oratio mea in conspectu tuo: inclina aurẽ tuã ad precem meã Domine. ps. Dñe Deus salutis meę: in die clamaui, & nocte corã te. ỽ. Gloria. post Kyrie eleis. dĩ Oremus Flectamus genua. R. Leuate. Oratio. ps 87. ibid.

POpulum tuum, quęsumus Domine, propitius respice: atque ab eo flagella tuę iracundię clementer auerte. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Deuteronomij.

IN diebus illis: Locutus est Moyses ad Dominum, dicens: Respice Domine de sanctuario tuo, & de excelso celorũ habitaculo, & benedic populo tuo Jsrael, & Terrę, quã dedisti nobis, sicut iurasti patribus nostris, terrę lacte & melle manãti. Hodie Dominus Deus tuus pręcepit tibi vt facias mandata eius atque iudicia: vt custodias & impleas ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Dominum elegisti hodie, vt sit tibi Deus, & ambules in vijs eius, & custodias ceremonias illius, & mandata atque iudicia, & obedias eius imperio. En, Dominus elegit te hodie vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, & custodias omnia pręcepta illius: & faciet te excelsiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudem, & nomen, & gloriam suam: vt sis populus sanctus Dñi Dei tui, sicut locutus est tibi. Cap. 26.

Graduale. Propitius esto Domine peccatis nostris: ne quando dicant Gentes, Ubi est Deus eorum? ỽ. Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter honorẽ nominis tui Dñe libera nos. Oremus. Flectamus genua. R. Leuate. Oratio. ps 78.

PRotector noster aspice De': vt qui malorũ nostrorum pondere premimur, percepta misericordia tua, libera tibi mente famulemur. Per Dominum.

Lectio libri Deuteronomij.

Cap. 11 IN diebus illis: Dixit Moyses filijs Israel: Si custodieritis mandata q̃ ego precipio vobis, ⁊ feceritis ea, vt diligatis Dominum Deum vestrũ, ⁊ ambuletis in omnibus vijs eius, adherentes ei, disperdet Dominus omnes gentes istas ante faciem vestram, ⁊ possidebitis eas, q̃ maiores ⁊ fortiores vobis sunt. Omnis locus, quẽ calcauerit pes vester, vester erit. A deserto, ⁊ Libano, ⁊ flumine magno Euphrate vsq; ad mare occidentale erũt termini vestri. Nullus stabit contra vos: terrorem vestrum ⁊ formidinẽ dabit Dominus Deus vester super omnem terrã quam calcaturi estis, sicut locutus est vobis Dominus Deus vester. Graduale.

Ps 83. Protector noster aspice Deus, ⁊ respice super seruos tuos. ℣. Dñe Deus virtutũ exaudi p̃ces seruorũ tuorũ. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

ADesto, quesumus Dñe supplicationibus nostris: vt esse, te largiente mereamur, ⁊ inter prospera humiles, ⁊ inter aduersa securi. Per Dominum.

Lectio libri Machabeorum.

2. Cap. 1 IN diebus illis: Orationem faciebãt sacerdotes, dum offerrent sacrificiũ pro populo Israel, Jonatha inchoante, ceteris autem respondentibus, ⁊ dicentibus: Benefaciat vobis Deus, ⁊ meminerit testamenti sui, quod locutus est ad Abraham, Isaac, ⁊ Jacob seruorum suorum fidelium: ⁊ det vobis cor omnibus vt colatis eũ, ⁊ faciatis eius voluntatẽ corde magno, ⁊ animo volenti. Adaperiat cor vestrũ in lege sua, ⁊ in preceptis suis, ⁊ faciat pacẽ. Exaudiat orationes vestras, ⁊ reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo, Dominus Deus vester.

Ps 89. Grad. Conuertere Dñe aliquantulũ, ⁊ deprecare super seruos tuos. ℣. Domine, refugiũ factus es nobis a generatione in generationẽ. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

PReces populi tui, q̃s Dñe, clementer exaudi: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per Dñm.

Lectio libri Sapientie.

MIserere nostri Deus omnium, ⁊ re- Eccl. 36
spice nos, ⁊ ostẽde nobis lucem miserationum tuarum: ⁊ immitte timorẽ tuũ super Gẽtes, que nõ exquisierũt te, vt cognoscant quia non est Deus nisi tu, vt enarrent magnalia tua. Alleua manum tuam super Gentes alienas, vt videãt potentiam tuam. Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, sic in cõspectu nostro magnificaberis in illis, vt cognoscant te, sicut ⁊ nos cognouimus quoniam non est Deus preter te Domine. Innoua signa, ⁊ immuta mirabilia. Glorifica manũ, ⁊ brachiũ dextrũ. Excita furorẽ, ⁊ effunde irã. Tolle aduersariũ, ⁊ afflige inimicũ. Festina tẽpus, ⁊ memẽto finis, vt enarrẽt mirabilia tua, Dñe Deus
noster. Grad. Dirigatur oratio mea, sicut i- Ps 140.
cẽsũ, i cõspectu tuo Dñe. ℣. Eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ vespertinũ. Orem⁹. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

ACtiones nostras, quesumus Domine, aspirando preueni, ⁊ adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio, ⁊ operatio, a te semper incipiat, ⁊ per te cepta finiatur. Per Dominum nostrum.

Lectio Danielis prophete.

IN diebus illis: Angelus Domini Cap. 3.
descendit cum Azaria ⁊ socijs eius in fornacem: ⁊ excussit flammam ignis de fornace, ⁊ fecit mediũ fornacis quasi ventum roris flantem. Flamma autẽ diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouem: ⁊ incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldeis ministros regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neque contristauit, nec quicquam molestie intulit. Tunc hi tres, quasi ex vno ore laudabãt, ⁊ glorificabãt, ⁊ benedicebant Deũ in fornace, dicẽtes.

Hymnus.

Dan.3. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorũ. Et laudabilis, ⁊ gloriosus in secula.

Et benedictũ nomẽ glorię tuę, qđ est sanctum. Et laudabile, ⁊ gloriosũ in secula. Eccl.36.

Benedictus es in templo sancto glorię tuę. Et laudabilis, ⁊ gloriosus in secula.

Benedictus es super thronũ sanctũ regni tui. Et laudabilis, ⁊ gloriosus i scl'a.

Benedictus es super sceptrũ diuinitatis tuę. Et laudabilis, ⁊ gloriosus in secula.

Benedictus es, qui sedes super cherubim, intuẽs abyssos. Et laudabilis, ⁊ gloriosus in secula.

Benedictus es, qui ambulas super pennas ventorum, ⁊ super vndas maris. Et laudabilis, ⁊ gloriosus in secula.

Benedicant te oẽs Angeli, ⁊ sancti tui. Et laudent te, ⁊ glorificent in secula.

Benedicãt te cęli, terra, mare, ⁊ oĩa, q̃ in eis sunt. Et laudẽt te, ⁊ glorificẽt in scl'a.

Ps.140. Gloria Patri, ⁊ Filio, ⁊ Spiritui sancto. Et laudabili, ⁊ glorioso in secula.

Sicut erat in principio, ⁊ nũc, ⁊ semper, ⁊ in secula seculorum. Amen. Et laudabili, ⁊ glorioso in secula.

Benedictus es Dñe Deus patrum nostrorũ. Et laudabilis, ⁊ gloriosus in scl'a.

Dic dñ ℣. Dñs vobiscum. Non dicitur Flectamus genua. Oremus. Oratio.

Cap.3. Deus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: concede propitius: vt nos famulos tuos nõ exurat flamma vitiorum. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tec.

Alię orationes, vt in fer. iiij. Cinerũ. f. 19.

Lect. Epl'ę B. Pauli Apl'i ad Thessa.

1. Thess. Cap.5. Fratres: Rogamus vos, corripite inquietos, cõsolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patiẽtes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini in inuicem, ⁊ in omnes. Semper gaudete. Sine intermissione orate. In omnibus gratias agite: hęc est enim voluntas Dei in Christo Jesu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere. Prophetias nolite spernere. Omnia autem probate: quod bonum est tenete. Ab omni specie mala abstinete vos: Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia: vt integer spiritus vester, ⁊ anima, ⁊ corpus sine querela in aduentu Domini nostri Jesu Christi seruetur. Tractus.

Laudate Dominum omnes gentes: ⁊ collaudate eum oẽs populi. ℣. Quoniã cõfirmata est super nos misericordia ei⁹: ⁊ veritas Domini manet in eternum. Ps.116.

Euangelium. In illo tempore Assumit Jesus Petrum ⁊ Jacobum.

Quęre in sequenti Dominica.

Offert. Domine De⁹ salutis meę, in die clamaui ⁊ nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo Domine. Ps.87. Secreta.

Presentibus sacrificijs, quęsumus Domine, ieiunia nostra sanctifica: vt quod obseruantia nostra profitetur exterius, interius operetur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium.

Alię secretę, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.

Communio. Domine Deus in te speraui, libera me ab omnibus persequentibus me, ⁊ eripe me. Ps.7. Postcommunio.

Sanctificationibus tuis omnipotẽs Deus, ⁊ vitia nostra curentur, ⁊ remedia nobis eterna proueniãt. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit, ⁊ regnat. ⁊c.

Alię postcom. vt in fer. iiij. Cineruã. f. 20.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Fideles tuos Deus benedictio desiderata confirmet: quę eos ⁊ a tua voluntate numquam faciat discrepare, ⁊ tuis semper indulgeat beneficijs gratulari. Per Dominum nostrũ Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit.

Dic 12. Quadr. DOMINICA SECVNDA Quadragesimę.

Statio ad S. Mariã Maiorẽ. Introitus.

ps. 24. 
Eminiscere miseratio- nũ tuarũ Dñe, & miseri cordię tuę, quę a sęculo sũt: ne vnquã dominẽ- tur nobis inimici nři: li- bera nos De⁹ Israel, ex
ibid. oib⁹ angustijs nostris. ps. Ad te Dñe le- uaui aĩam meam: Deus me⁹ in te cõfido, nõ erubescã. ℣. Glřia P. Orem⁹. Oro.

Deus, qui conspicis omni nos vir- tute destitui: interius, exteriusq; cu stodi: vt ab omnibus aduersitatibus mu- niamur in corpore, & a prauis cogitatio- nibus mundemur in mente. Per Dñm.

Alię orationes, vt in fer. iiij. Cinerũ. f. 19.

Lect. Epřę B. Pauli Apři ad Thessa.

1. Thess. Cap. 4. Fratres: Rogamus vos & obsecra- mus in Domino Iesu, vt quemad- modũ accepistis a nobis quomodo opor teat vos ambulare, & placere Deo, sic & ambuletis vt abundetis magis. Scitis eniz quę pręcepta dederiz vobis per Do minum Iesum. Hęc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatione, vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctifica- tione, & honore: non in passione desiderij, sicut & Gentes, quę ignorant Deuz: & ne quis supergrediatur, neq; circumueniat in negotio fratrẽ suuz: qm vindex est Do minus de his omnibus, sicut prędiximus vobis, & testificati sumus. non enim voca- uit nos Deus in immunditiã, sed in san- ctificationez. In Christo Iesu Dño nřo.

ps. 22. Grad. Tribulationes cordis mei dilata- tę sunt: de necessitatibus meis eripe me Dñe. ℣. Uide humilitatem meaz, & labo- rem meuz: & dimitte omnia peccata mea.

ps. 105. Tractus. Cõfitemini Dño, qm bonus: quoniam in sęculum misericordia eius. ℣. Quis loquetur potẽtias Dñi, auditas faciet oẽs laudes eius? ℣. Beati qui custo diũt iudiciũ, & faciũt iustitiã in oĩ tẽpore. ℣. Memento nostri Domine in benepla- cito populi tui, visita nos in salutari tuo.

Sequentia sancti Euang. s̃m Mattheũ.



In illo tempore: Assumit Iesus Petrum, & Iacobũ, & Ioannem fratrem eius, & ducit illos in montem excelsuz seor sum: & transfiguratus est ante eos. Et resplẽ duit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce ap- paruerunt illis Moyses & Elias cum eo loquentes. Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum: Domine, bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria taber- nacula, tibi vnum, Moysi vnum, & Elię vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lu cida obumbrauit eos. Et ecce vox de nu- be, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsuz audi- te. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. Et ac- cessit Iesus, & tetigit eos: dixitq; eis: Sur gite, & nolite timere. Leuantes autem ocu los suos, neminem viderunt, nisi solum Iesum. Et descendentibus illis de mon- te, pręcepit eis Iesus, dicens: Nemi- ni dixeritis visionem, donec Filius ho- minis a mortuis resurgat. Credo.

Offertoriũ. Meditabor in mãdatis tuis, ps. 118 quę dilexi valde: & leuabo manus meas ad mandata tua, quę dilexi. Secreta.

Sacrificijs pręsentibus Dñe, quęsu- mus, intẽde placatus: vt & deuotio- ni nostrę proficiant, & saluti. Per Dñm.

Alię secretę, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.

Commu. Intellige clamorez meũ: inten ps. 5. de voci orationis meę rex meus, & Deus meus: qm ad te orabo Dñe. Postcõmu.

Suppli-

SUpplices te rogamus omnipotens De⁹: vt quos tuis reficis sacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per Dominum.

Aliȩ postcom. vt in fer. iiij. Cinerū. f. 20.

Die 13. Quadr. FERIA SECVNDA.

Statio ad S. Clementem. Introitus.

Ps. 25. 
Redime me Dñe, ꝛ miserere mei: pes enim me⁹ stetit in via recta: in ecclesijs benedicā Dñm.
Ibid. Ps. Judica me Domine, qm̃ ego in innocẽtia mea ingressus sū: ꝛ in Dño sperans, nõ infirmabor. ℣. Gloria Patri. Oratio.

PRȩsta, quȩsumus, omnipotẽs De⁹: vt familia tua, quȩ se, affligendo carnem, ab alimentis abstinet: sectando iustitiam, a culpa ieiunet. Per Dominum.

Aliȩ orationes, vt in fer. iiij. Cinerū. f. 19.

Lectio Danielis prophetȩ.

Cap. 9. IN diebus illis: Orauit Daniel Dominum, dicẽs: Domine Deus noster, qui eduxisti populum tuū de Terra Ægypti in manu forti, ꝛ fecisti tibi nomẽ secundum diẽ hanc: peccauimus, iniquitatem fecimus Domine in omnem iustitiam tuam: auertatur obsecro ira tua, ꝛ furor tuus a ciuitate tua Jerusalē, ꝛ a monte sancto tuo. Propter peccata enī nostra, ꝛ iniquitates patrum nostrorum, Jerusalem, ꝛ populus tuus in opprobrium sunt oĩb⁹ per circuitū nostrū. Nunc ergo exaudi Deus noster orationem serui tui, ꝛ preces eius: ꝛ ostende faciẽ tuam super sanctuarium tuū, qđ desertū est, propter temetipsū. Inclina De⁹ meus aurẽ tuā, ꝛ audi: aperi oculos tuos, ꝛ vide desolationē nr̃am, ꝛ ciuitatẽ, super quā inuocatū est nomen tuū: neq; enī in iustificationib⁹ nr̃is prosternimus preces ante facieē tuā, sed in miserationib⁹ tuis multis. Exaudi Dñe, placare Dñe: attende ꝛ fac: ne moreris propter temetipsum Deus me⁹: quia nomen tuū inuocatū est super ciuitatẽ, ꝛ sup populū tuū, Dñe De⁹ noster.

Grad. Adiutor me⁹, ꝛ liberator me⁹ esto, Dñe ne tardaueris. ℣. Cõfundant, ꝛ revereãtur inimici mei, q quȩrũt aĩam meā. Ps. 69.

Tractus. Domine, non secundum peccata nostra, quȩ fecimus nos: neq; secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatū nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordiȩ tuȩ, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster, ꝛ propter gloriam nominis tui Domine libera nos, ꝛ propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum. Ps. 102. Ps. 78.

Sequentia sancti Euang. ſm Joannem.

Cap. 8. IN illo tempore: Dixit Jesus turbis Judȩorū: Ego vado, ꝛ quȩretis me, ꝛ in peccato vestro moriemini. Quo ego vado, vos non potestis venire. Dicebant ergo Judei: Nũquid interficiet semetipsum, quia dixit: Quo ego vado, vos non potestis venire? Et dicebat eis: Vos de deorsū estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis: ego non sum de hoc mundo: Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris: si enim non credideritis quia ego sū, moriemini in peccato vestro. Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Jesus: Principium, qui ꝛ loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui, ꝛ iudicare. sed qui misit me, verax est: ꝛ ego q̃ audiui ab eo, hȩc loquor in mũdo. Et non cognouerũt qa Patrẽ ei⁹ dicebat Deū. Dixit ergo eis Jesus: Cum exaltaueritis Filium hoĩs, tunc cognoscetis quia ego sū, ꝛ a meipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hȩc loquor: ꝛ qui me misit, mecum est: ꝛ non reliquit me solum: quia ego quȩ placita sunt ei, facio semper.

Offertorium. Benedicam Dñm, qui tribuit mihi intellectum, prouidebam Dñm in cõspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi, ne commouear. Secreta. Ps. 25.

HAec hostia Domine placationis & laudis, tua nos protectione dignos efficiat. Per Dominum nostrum Jesum.
Alię secretę, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.
Ps. 8. Cōm. O ñe Dñs noster, quā admirabile est nomē tuū in vniuersa terra? Postcō.
HAec nos communio Domine purget a crimine: & cęlestis remedij faciat esse consortes. Per Dominum nost.
Alię postcōmu. vt in fer. iiij. Ciner. f. 20.
Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.
ADesto supplicationib[9] nostris omnipotens Deus: & quibus fiduciam sperandę pietatis indulges, consuetę misericordię tribue benignus effectum. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Die 14. Quadr. FERIA TERTIA.
Statio ad S. Balbinam. Introitus.

Ps. 26. 
Tibi dixit cor meū: quęsiui vultum tuū, vultum tuū Domine requiram: ne auertas faciem tuam a me. Ps. Dñs illuminatio mea, & salus mea: quem timebo? ℣. Gloria Patri. Oratio.
PErfice, quęsumus Dñe, benign[9] in nobis obseruantię sanctę subsidium: vt quę te auctore facienda cognouimus, te operante impleamus. Per Dominum.
Alię orōnes, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 19.

Lectio libri Regum.

3. Reg. Cap. 17 IN diebus illis: Factus est sermo Domini ad Eliam Thesbytem, dicens: Surge, & vade in Sarephta Sidoniorū, & manebis ibi: pręcepi enim ibi mulieri viduę vt pascat te. Surrexit, & abijt in Sarephta. Cumque venisset ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna, & vocauit eam, dixitque ei: Da mihi paululū aquę in vase, vt bibam. Cumque illa pergeret vt afferret, clamauit post tergum eius, dicens: Affer mihi, obsecro, & buccellā panis in manu tua. Quę respondit: Viuit Dñs Deus tuus, quia nō habeo panē, nisi quātū pugillus capere potest farinę in hydria, & paululū olei in lecytho: en colligo duo ligna vt ingrediar & faciam illum mihi & filio meo, vt comedamus, & moriamur. Ad quam Elias ait: Noli timere, sed vade, & fac sicut dixisti: verūtamen mihi primū fac de ipsa farinula subcinericiū panē paruulū, & affer ad me: tibi autē & filio tuo facies postea. Hęc autē dicit Dñs Deus Israel: Hydria farinę nō deficiet, nec lecythus olei minuetur vsque ad diē, in qua Dñs daturus est pluuiā super faciem terrę. Quę abijt, & fecit iuxta verbum Elię: & comedit ipse, & illa, & domus eius: & ex illa die hydria farinę nō defecit, & lecyth[9] olei non est imminutus, iuxta verbū Domini, quod locutus fuerat in manu Elię.
Graduale. Iacta cogitatum tuū in Domino, & ipse te enutriet. Ps. 54 ℣. Dum clamarem ad Dominum, exaudiuit vocē meam ab his, qui appropinquant mihi.

Sequentia sancti Euang. sm Mattheum.

IN illo tēpore: Locutus est Jesus ad turbas, & ad discipulos suos, dicēs: Cap. 23 Super Cathedram Moysi sederūt Scribę, & Pharisęi. Omnia ergo quęcūque dixerint vobis, seruate, & facite, secūdū opera vero eorū nolite facere: dicūt enim, & nō faciūt. Alligāt enim onera grauia, & importabilia, & imponūt in humeros hominū: digito autē suo nolunt ea mouere. Omnia vero opera sua faciunt vt videātur ab hoībus: dilatāt enim phylacteria sua, & magnificāt fimbrias. Amant aūt primos recubitus in cęnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominib[9] Rabbi. Vos aūt nolite vocari Rabbi. vnus est enim Magister vester, oēs autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis sup terrā: vn[9] est enim Pater vester, qui est in cęlis. Nec vocemini magistri: quia Magister vester vnus est, Christus. Qui maior est vestrum, erit minister vester. Qui

autem

autẽ se exaltauerit, humiliabitur: ⁊ qui se humiliauerit, exaltabitur. Offertorium.
ps.50. Miserere mei Dñe ẽm magnã misericordiã tuã: dele Dñe iniquitatẽ meã. Secr.
Sanctificationẽ tuã nobis Dñe his mysterijs operare placatus: quę nos ⁊ a terrenis purget vitijs, ⁊ ad cęlestia dona perducat. Per Dominum nostrum.
Alię secretę, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.
ps.9. Communio. Narrabo omnia mirabilia tua: lętabor, ⁊ exultabo in te psallam nomini tuo Altissime. Postcommunio.
Ut sacris Dñe reddamur digni muneribus, fac nos tuis, quęsumus, semper obedire mandatis. Per Dñm.
Alię postcom. vt in fer. iiij. Cinerũ. f. 20.
Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.
Propitiare Dñe supplicationib⁹ nostris, ⁊ animarũ nostrarũ medere languoribus: vt remissione percepta, in tua semper benedictione lętemur. Per Do.
Die 25. Quadr. FERIA QVARTA.
Statio ad sanctã Cęciliam. Introitus.
ps.37. Ne derelinquas me Dñe Deus me⁹, ne discedas a me: intende in adiutorium meũ, Dñe virtus
ibid. salutis meę. ps. Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.
℣. Gloria Patri, ⁊ Filio. Oratio.
Populum tuum Domine propitius respice: ⁊ quos ab escis carnalibus pręcipis abstinere a noxijs quoque vitijs cessare concede. Per Dominũ nostrũ.
Alię orõnes, vt sup. in fer. iiij. Ciner. f. 19.
Lectio libri Hester.
Cap.13. In dieb⁹ illis: Orauit Mardochęus ad Dominũ, dicens: Dñe Dñe rex omnipotẽs, in ditione enĩ tua cuncta sunt posita, ⁊ non est qui possit tuę resistere voluntati, si decreueris saluare Israel. Tu fecisti cęlum ⁊ terrã, ⁊ quidquid cęli ambitu continetur. Dominus omnium es, nec est qui resistat maiestati tuę. Et nunc Dñe rex Deus Abrahã miserere populi tui, quia volunt nos inimici nostri perdere, ⁊ hereditatem tuã delere. Ne despicias partem tuam, quam redemisti tibi de Ægypto. Exaudi deprecationem meam, ⁊ propitius esto sorti ⁊ funiculo tuo, ⁊ cõuerte luctũ nostrũ in gaudiũ, vt viuentes laudemus nomen tuũ Dñe, ⁊ ne claudas ora te canentium, Domine Deus noster.
Grad. Saluum fac populũ tuũ Dñe, ps.27.
⁊ benedic hereditati tuę. ℣. Ad te Domine clamaui, Deus meus ne sileas a me: ⁊ ero similis descendentibus in lacum.
Tractus. Domine, non secundum pec- ps.102.
cata nostra, quę fecimus nos: neq̃ secundum iniquitates nostras retribuas nobis.
℣. Domine ne memineris iniquitatũ no- ps.78.
strarum antiquarum: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster, ⁊ propter gloriam nominis tui Domine libera nos, ⁊ propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.
Sequentia sancti Euang. ẽm Matthęũ.
In illo tempore: Ascendens Jesus Cap.20.
Jerosolymam, assumpsit duodecim discipulos secreto, ⁊ ait illis: Ecce ascendimus Jerosolymam, ⁊ filius hominis tradetur principibus sacerdotũ, ⁊ Scribis, ⁊ condemnabunt eum morte, ⁊ tradent eum Gentibus ad illudendum, ⁊ flagellandum, ⁊ crucifigendum, ⁊ tertia die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedęi cum filijs suis, adorans ⁊ petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic vt sedeãt hi duo filij mei, vnus ad dexterã tuam, ⁊ vnus ad sinistrã in regno tuo. Respõdens autẽ Jesus, dixit: Nescitis qd petatis. Potestis bibere calicẽ, quẽ ego bibiturus sum? Dicũt ei: Possumus. Ait illis: Calicẽ quidẽ meũ bibetis: sedere autẽ ad dexteram meã vel sini-

sinistram nō est meū dare vobis, sed quib⁹ paratū est a Patre meo. Et audiētes decē, indignati sunt de duob⁹ fratrib⁹. Jesus autē vocauit eos ad se, ⁊ ait: Scitis quia principes gentiū dn̄antur eorū: ⁊ qui maiores sunt, potestatē exercent in eos. Non ita erit inter vos: sed quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: ⁊ qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. sicut filius hoīs non venit ministrari, sed ministrare, ⁊ dare animā suā, redemptionem pro multis. Offertorium.

ps. 23. Ad te Dn̄e leuaui aīam meā: De⁹ meus in te cōfido, nō erubescam: neq; irrideāt me inimici mei: etenim vniuersi, qui te expectant, non confundentur. Secreta.

Hostias, quesumus Dn̄e, quas tibi offerimus: propitius respice: ⁊ per hec sancta commercia, vincula peccatorum nostrorū absolue. Per Dominum.

Alie secrete, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.

ps. 10. Commu. Justus Dn̄s, ⁊ iustitias dilexit: equitatem vidit vultus eius. Postcom.

Sumptis Dn̄e sacramētis, ad redemptionis eterne, quesumus, proficiamus augmentum. Per Dn̄m nostrum.

Alie postcōmu. vt in fer. iiij. Ciner. f. 20.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Deus innocētie restitutor, ⁊ amator, dirige ad te tuorum corda seruorū: vt spiritus tui seruore concepto, ⁊ in fide inueniantur stabiles, ⁊ in opere efficaces. Per Dn̄m nostrū. In vnitate eiusdem.

Die 16. Quadr. FERIA QVINTA.

Statio ad s. Mariā trās Tiberiz. Introi.

ps. 69. Deus in adiutoriū meuz intende, Dn̄e ad adiuuandū me festina: cōfundātur, ⁊ reuereātur omnes inimici mei, q̄ querunt animam meaz. ps.

ibid. Auertantur retrorsuz, ⁊ erubescāt, q̄ volūt mihi mala. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Presta nobis, quesumus Domine, auxiliuz gratie tue: vt ieiunijs ⁊ orationibus conuenienter intenti, liberemur ab hostibus mētis ⁊ corporis. Per Dominum nostrum Jesum Christum. ⁊c.

Alie orōnes, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 19.

Lectio Jeremie Prophete.

Hec dicit Dominus: Maledictus homo, qui confidit in homine, ⁊ ponit carnem brachium suum, ⁊ a Domino recedit cor eius. Erit enim quasi myrice in deserto, ⁊ non videbit cum venerit bonum: sed habitabit in siccitate in deserto, in terra salsuginis, ⁊ inhabitabili. Benedictus vir, qui cōfidit in Domino, ⁊ erit Dominus fiducia ei⁹. Et erit quasi lignū quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas: ⁊ non timebit cum venerit estus. Et erit folium eius viride, ⁊ in tempore siccitatis non erit solicitum, nec aliquando desinet facere fructum. Prauum est cor omniū, ⁊ inscrutabile: quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor, ⁊ probans renes: qui do vnicuique iuxta viam suam, ⁊ iuxta fructum adinuentionum suarum. Dicit Dominus omnipotens. Cap. 17.

Graduale. Propitius esto peccatis nostris Domine, nequando dicant Gentes, Ubi est Deus eorum? ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster, ⁊ propter gloriaz nominis tui Domine libera nos. ps. 78.

Sequentia sancti Euangelij sm Lucam.

In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis: Homo quidam erat diues, q̄ induebatur purpura, ⁊ bysso: ⁊ epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus, cupiens saturari de micis, que cadebant de mensa diuitis, ⁊ nemo illi dabat: sed ⁊ canes veniebant, ⁊ lingebant vlcera eius. Factum est autem vt moreretur mendicus, ⁊ portaretur ab Angelis in sinum Cap. 16

Abrahe

Abrahe. Mortuus est autem et diues, et sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos, cũ esset in tormẽtis, vidit Abraham a longe, et Lazarum in sinu eius: et ipse clamans dixit: Pater Abrahã, miserere mei, et mitte Lazarum vt intingat extremũ digiti sui in aquã vt refrigeret linguã meã, qa crucior in hac flãma. Et dixit illi Abrahã: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala: nũc aũt hic cõsolatur, tu vero cruciaris. et in his oĩbus inter nos, et vos chaos magnũ firmatũ est, vt hi, qui volũt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare. Et ait: Rogo ergo te pater vt mittas eum in domum patris mei. habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne et ipsi veniant in hunc locũ tormentorũ. Et ait illi Abrahã: Habent Moysen et prophetas: audiant illos. At ille dixit: Non, pater Abrahã: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, penitentiã agent. Ait autẽ illi: Si Moysen, et prophetas nõ audiũt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Exo.32. Offert. Precatus est Moyses in cõspectu Dñi Dei sui, et dixit: Quare Domine irasceris in populo tuo? parce ire animę tuę: memento Abraham, Isaac, et Jacob: quib⁹ iurasti dare terram fluentẽ lac, et mel: et placatus est Dñs de malignitate, quam dixit facere populo suo. Secreta.

Presenti sacrificio nomini tuo nos Dñe ieiunia dicata sanctificẽt: vt qđ obseruãtia nostra profitetur exterius, interius operetur effectu. Per Dominum.

Alię secretę, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.

Joã.6. Commu. Qui manducat meam carnẽ, et bibit meum sanguinem: in me manet, et ego in eo, dicit Dominus. Postcommunio.

Gratia tua nos, quęsumus Domine, nõ derelinquat: quę et sacrę nos deditos faciat seruituti, et tuam nobis opem semper acquirat. Per Dominũ nostrũ.

Alię postcom. vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Adesto Domine famulis tuis, et perpetuam benignitatem largire poscentibus: vt his, qui te auctore et gubernatore gloriantur, et cõgregata restaures, et restaurata conserues. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

FERIA SEXTA. Die 17. Quadr.

Statio ad sanctum Uitalem. Introitus.



Ps.16. Ego autem cũ iustitia apparebo i cõspectu tuo: satiabor, dum manifestabit gloria tua. Ps. Exaudi Dñe iustitiam meam: intende deprecationem meam. ℣. Gloria Patri. Oratio. Ibid.

Da, quęsumus, omnipotens De⁹: vt sacro nos purificante ieiunio, sinceris mentibus ad sancta ventura facias peruenire. Per Dominum nostrum.

Alię oñones, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 19.

Lectio libri Genesis.

In diebus illis: Dixit Joseph fratribus suis: Audite somnium meum quod vidi: Putabam nos ligare manipulos in agro: et quasi consurgere manipulum meũ, et stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum. Responderunt fratres eius: Numquid rex noster eris? aut subijciemur ditioni tuę? Hęc ergo causa somniorum atque sermonum, inuidię et odij fomitem ministrauit. Aliud quoque vidit somnium, quod narrãs fratribus, ait: Uidi per somnium, quasi solem, et lunã, et stellas vndecim adorare me. Quod cũ patri suo, et fratrib⁹ retulisset, increpauit eũ pater suus, et dixit: Quid sibi vult hoc somnium quod vidisti? Num ego et mater tua, et fratres tui adorabimus te super terram? Inuidebant igitur ei fratres sui: pater vero rẽ tacitus considerabat. Cũque fratres illius in pascendis gregibus patris morarẽtur in Cap.37

Sichem,

Sichem, dixit ad eum Iſrael: Fratres tui paſcunt oues in Sichimis: veni, mittam te ad eos. Quo reſpōdente Preſto ſum, ait ei: Vade, ⁊ vide ſi cuncta proſpera ſint erga fratres tuos, ⁊ pecora: ⁊ renuncia mihi quid agat. Miſſus de valle Hebron, venit in Sichem: inuenitq; eū vir erran- tē in agro, ⁊ interrogauit quid quęreret. At ille reſpōdit: Fratres meos quęro, in- dica mihi vbi paſcāt greges. Dixit ei vir: Receſſerūt de loco iſto: audiui autem eos dicentes: Eamus in Dothain. Perrexit ergo Ioſeph poſt fratres ſuos, ⁊ inuenit eos in Dothain. Qui cum vidiſſent eum procul, antequam accederet ad eos, cogi tauerunt illum occidere: ⁊ mutuo loque- bantur: Ecce ſomniator venit: venite, oc- cidamus eum, ⁊ mittamus in ciſternā ve terem: dicemuſque Fera peſſima deuora- uit eum: ⁊ tunc apparebit quid illi pro- ſint ſomnia ſua. Audiens autem hoc Ru- ben, nitebatur liberare eum de manibus eorum, ⁊ dicebat: Non interficiatis aīam eius, nec effundatis ſanguinem: ſed proij- cite eum in ciſternā hanc, quę eſt in ſoli- tudine, manuſq; veſtras ſeruate innoxias: hoc autem dicebat, volens eripere eum de manibus eorum, ⁊ reddere patri ſuo.

Pſ.119. Grad. Ad Dn̄m cū tribularer clamaui, ⁊ exaudiuit me. ℣. Dn̄e libera animam meam a labijs iniquis, ⁊ a lingua doloſa.

Pſ. 102. Tractus. Domine non ſecundū pecca ta noſtra, quę fecimus nos: neq; ſecundū

Pſ.78. inigtates noſtras retribuas nobis. ℣. Do mine ne memineris iniquitatū noſtrarū antiquarum: cito anticipent nos miſeri- cordię tuę, quia pauperes facti ſumus ni mis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris no- ſter, ⁊ propter gloriam nominis tui Do- mine libera nos: ⁊ propitius eſto pecca- tis noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti Euang. ſm Matthęū.

Cap.21. In illo tempore: Dixit Ieſus turbis Iudęorū parabolam hanc: Homo erat pater familias, qui plantauit vineam, ⁊ ſepē circūdedit ei, ⁊ fodit in ea torcular, ⁊ ędificauit turrim, ⁊ locauit eam agrico- lis, ⁊ peregre profectus eſt. Cū autē tem pus fructuū appropinquaſſet, miſit ſer- uos ſuos ad agricolas, vt acciperent fru ctus eius. Et agricolę, apprehenſis ſeruis eius aliū ceciderunt, alium occiderunt, aliū vero lapidauerūt. Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus, ⁊ fecerunt illis ſimiliter. Nouiſſime autem miſit ad eos fi- lium ſuum, dicens: Verebuntur forte filiū meū. Agricolę autem videntes filiū, di- xerūt intra ſe: Hic eſt heres, venite, occi- damus eū, ⁊ habebimus hereditatē eius. Et apprehenſum eum eiecerunt extra vi- neam, ⁊ occiderunt. Cū ergo venerit do- minus vineę, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi: Malos male perdet: ⁊ vineam ſuā locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructū tēporibus ſuis. Dicit illis Ieſus:
Nūquā legiſtis in Scripturis: Lapidē, Pſ. 117.
quem reprobauerunt ędificantes, hic fa- ctus eſt in caput anguli? A Dn̄o factum eſt iſtud, ⁊ eſt mirabile in oculis nr̄is: ideo dico vobis, quia auferetur a vobis regnū Dei, ⁊ dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtū, con- fringetur: ſuper quē vero ceciderit, con- teret eum. Et cum audiſſent principes ſacerdotum, ⁊ Phariſęi parabolas eius, cognouerunt quod de ipſis diceret. Et quęrentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam ſicut prophetam eum habebant.

Offert. Domine, in auxiliū meū reſpice, Pſ.39.
confundantur, ⁊ reuereantur qui quęrūt animam meam, vt auferant eam: Domine in auxilium meum reſpice. Secreta.

Hæc in nobis ſacrificia Deus ⁊ actione permaneant, ⁊ operatione firmentur. Per Dominum noſtrum.

Alię ſecretę, vt in fer. iiij. Cinerum. f.20.

Cōm. Tu Dn̄e ſeruabis nos: ⁊ cuſtodies Pſ. 11.
nos a gn̄atione hac in ęternū. Poſtcom.

Hac

F Ac nos, quęsumus Domine, accepto pignore salutis ęternę, sic tendere congruenter: vt ad eam peruenire possimus. Per Dominum nostrum.

Alię postcōmu. vt in fer. iiij. Ciner. f.20.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

O A, q̄s Dñe populo tuo salutē mentis ⁊ corporis: vt bonis operibus inhęrendo, tuę semper virtutis mereatur protectione defendi. Per Dominum.

SABBATO.

Statio ad sanctos Marcellinum ⁊ Petrum. Introitus.

Ps 18. 
L Ex Domini irreprehensibilis, conuertens animas: testimonium Dñi fidele, sapientiā pręstās
ibid. paruulis. ps. Cęli enarrant gloriā Dei, ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentū.

℣. Gloria Patri, ⁊ Filio. Oratio.

D A, quęsumus Domine, nostris effectum ieiunijs salutarem: vt castigatio carnis assumpta, ad nostrarum vegetationē transeat animarū. Per Dñm.

Alię orationes, vt in fer. iiij. Cinerū. f.19.

Lectio libri Genesis.

Cap. 27. I N diebus illis: Dixit Rebecca filio suo Jacob: Audiui patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo, ⁊ dicentem ei: Affer mihi de venatione tua, ⁊ fac cibos vt comedam, ⁊ benedicam tibi corā Domino antequam moriar. Nunc ergo fili mi, acquiesce consilijs meis: ⁊ pergens ad gregem, affer mihi duos hędos optimos, vt faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur: quas cum intuleris, ⁊ comederit, benedicat tibi priusquā moriatur. Cui ille respondit: Nosti quod Esau frater meus homo pilosus sit, ⁊ ego lęuis: si attrectauerit me pater meus, ⁊ senserit, timeo ne putet me voluisse sibi illudere, ⁊ inducam super me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater: In me sit, ait, ista maledictio, fili mi: tantum audi vocem meam, ⁊ pergens, affer quę dixi. Abijt, ⁊ attulit, deditque matri suę. Parauit illa cibos, sicut nouerat velle patrem illius. Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum: pelliculasque hędorum circumdedit manibus, ⁊ colli nuda protexit. Deditque pulmentum, ⁊ panes, quos coxerat, tradidit. Quibus illatis, dixit: Pater mi? At ille respondit: Audio. Quis es fili mi? Dixitque Jacob: Ego sum Esau primogenitus tuus, feci sicut pręcepisti mihi: surge, sede, ⁊ comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. Rursumque Isaac ad filium suum: Quomodo, inquit, tam cito inuenire potuisti, fili mi? Qui respondit: Voluntas Dei fuit vt cito mihi occurreret quod volebam. Dixitque Isaac: Accede huc, vt tangam te fili mi, ⁊ probem vtrū tu sis filius meus Esau, an non? Accessit ille ad patrem, ⁊ palpato eo, dixit Isaac: Vox quidem, vox Jacob est: sed manus, manus sunt Esau. Et non cognouit eum, quia pilosę manus similitudinem maioris expresserant. Benedicens ergo illi, ait: Tu es filius meus Esau? Respondit, Ego sum. At ille: Affer inquit, mihi, cibos de venatione tua, fili mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos cū oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinū. quo hausto, dixit ad eum: Accede ad me, ⁊ da mihi osculum, fili mi. Accessit, ⁊ osculatus est eum. Statimq; vt sensit vestimētorū illius fragrantiā, benedicens ait: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dñs. Det tibi Deus de rore cęli, ⁊ de pinguedine terrę abundantiā frumenti vini ⁊ olei. Et seruiant tibi populi, ⁊ adorent te tribus: esto dñs fratrū tuorū, ⁊ incuruentur ante te filij matris tuę, qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: ⁊ q̄ benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Vix Isaac sermones impleuerat: ⁊ egresso Jacob foras, venit Esau, coctosq; de vena-

venatione cibos intulit patri, dicēs: Surge pater mi, τ comede de venatione filij tui: vt benedicat mihi anima tua. Dixitqз illi Jsaac: Quis enim es tu? Qui respondit: Ego sum filius tuus primogenitus Esau. Expauit Jsaac stupore vehementi: τ vltra quam credi potest, admirans, ait: Quis ergo ille est qui dudum captam venationem attulit mihi, τ comedi ex omnibus prius quam tu venires? benedixique ei, τ erit benedictus. Auditis Esau sermonibus patris, irrugijt clamore magno: τ consternatus, ait: Benedic etiam τ mihi, pater mi. Qui ait: Uenit germanus tuus fraudulenter, τ accepit benedictionem tuam. At ille subiunxit: Juste vocatum est nomen eius Jacob: supplātauit enim me en altera vice: primogenita mea ante tulit, τ nunc secundo surripuit benedictionem meaз. Rursumque ad patrem: Numquid non reseruasti, ait, τ mihi benedictionem? Respondit Jsaac: Dominum tuum illum constitui, τ omnes fratres eius seruituti illius subiugaui: frumento vino τ oleo stabiliui euз, τ tibi post hęc, fili mi, vltra quid faciam? Cui Esau: Num vnam, inquit, tantum benedictionem habes, pater? mihi quoque obsecro vt benedicas. Cumque eiulatu magno fleret, motus Jsaac, dixit ad eum: Jn pinguedine terrę, τ in rore cęli desuper erit benedictio tua.

fo 91. Graduale. Bonum est confiteri Domino, τ psallere nomini tuo Altissime.

℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuaз, τ veritatem tuam per noctem.

Sequentia sancti Euangelij sm Lucam.

Ca. 15. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam habuit duos filios, τ dixit adolescentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem substantię, quę me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies, congregatis omnibus, adolescentior filiuς peregre profectuς est in regionem longinquam, τ ibi dissipauit substantiaз suam viuendo luxuriose. Et postquā consummasset omnia, facta est fameς valida in regione illa, τ ipse cępit egere. Et abijt, τ adhesit vni ciuium regionis illius. Et misit illum in villam suam vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem suū de siliquis, quas porci māducabant: τ nemo illi dabat. Jn se autem reuersus, dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autē hic fame pereo? Surgam, τ ibo ad patrē meū τ dicā ei: Pater, peccaui in cęlū, τ coraз te: iam nō sum dignus vocari filius tuuς: fac me sicut vnuз de mercenarijs tuis. Et surgens venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset, vidit illū pater ipsius, τ misericordia motus est, τ accurrēs cecidit super collū ei⁹, τ osculatus est eū: Dixitqз ei filius: Pater, peccaui in cęlū, τ coram te, iam non suз dignus vocari filius tuus. Dixit aūt pater ad seruos suoς: Cito proferte stolam primaз, τ induite illuз, τ date annulū in manu eius, τ calceamēta in pedes eius: τ adducite vitulū saginatū, τ occidite, τ māducemus, τ epulemur: qa hic filius meus mortuus erat, τ reuixit: perierat, τ inuētus est. Et cęperūt epulari. Erat autem filius eius senior in agro: τ cum veniret, τ appropinquaret domui, audiuit symphoniam, τ chorum: τ vocauit vnum de seruis: τ interrogauit quę hęc essent. Jsqз dixit illi: Frater tuus venit, τ occidit pater tuus vitulū saginatum, quia saluum illum recepit. Jndignatus est autem, τ nolebat introire. Pater ergo illiuς egressuς, cępit rogare eum. At ille respondens, dixit patri suo: Ecce tot annis seruio tibi, τ nūquam mandatū tuū pręteriui, τ numquaз dedisti mihi hędum vt cū amicis meis epularer: sed postquaз filius tuus hic, qui deuorauit substantiaз suam cuз meretricibus, venit, occidisti illi vituluз saginatuз. At ipse dixit illi: Filij tu semper mecum es, τ oīa mea tua sunt.

Epulari

epulari autẽ, & gaudere oportebat, quia frater tuus hic, mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Offertorium.

Ps. 21. Illumina oculos meos, ne vnquã obdormiã in morte: nequãdo dicat inimicus meus, preualui aduersus eum. Secreta.

His sacrificijs Dñe concede placatus: vt qui proprijs oramus absolui delictis, nõ grauemur externis. Per D. Aliæ secretæ, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.

Cõmunio. Oportet te fili gaudere: quia frater tu᷒ mortuus fuerat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Postcommunio.

Sacramenti tui Dñe diuina libatio penetralia nostri cordis infundat: & sui nos participes potẽter efficiat. Per. Aliæ postcom. vt in fer. iiij. Cinerũ. f. 20.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Familiam tuam, quæsumus Domine, continua pietate custodi: vt quæ in sola spe gratiæ cælestis innititur, cælesti etiã protectione muniatur. Per Dñm.

Die 19. Quadr. DOMINICA TERTIA in Quadragesima.

Statio ad sanctum Laurentiũ extra muros. Introitus.



Ps. 24. Oculi mei semper ad Dominum: quia ipse euellet de laqueo pedes meos: respice in me, & miserere mei, quoniam vnicus, & pauper sum ego. Ps. Ad te Domine leuaui animam meam Deus meus in te confido, non erubescam. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui. Oratio.

Ibid.

Quæsumus, omnipotens Deus, vota humilium respice: atq; ad defensionem nostram, dexteram tuæ maiestatis extende. Per Dominum nostrum. Aliæ orõnes, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 19.

Lect. Epłæ B. Pauli Apłi ad Ephes.

Fratres. Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos: aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet: sed magis gratiarũ actio. Hoc enim scitote intelligentes: quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi, & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hęc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorũ. Eratis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino. Ut filij lucis ambulate: fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate. Graduale. Cap. 5.

Exurge Domine, non præualeat homo: iudicentur gentes in cõspectu tuo. ℣. In conuertendo inimicum meum retrorsũ: infirmabuntur, & peribunt a facie tua. Ps. 9.

Tractus. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. ℣. Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum. ℣. Et sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. ℣. Miserere nostri Dñe, miserere nostri. Ps. 122.

Sequentia sancti Euangelij scdm Lucam.

In illo tempore. Erat Iesus eijciens dæmonium, & illud erat mutum. Et cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Quidam autẽ ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorũ eijcit dæmonia. Et alij tentantes, signũ de cælo quærebant ab eo. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnũ in seipsum diuisũ desolabitur, & domus supra domum cadet. Cap. 11.

Si

Si autem & Satanas in seipsum diuisus est: quomodo stabit regnum eius? quia dicitis in Beelzebub eijcere me demonia. Si autem ego in Beelzebub eijcio demonia: filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro si in digito Dei eijcio demonia: profecto peruenit in vos regnum Dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea que possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, querens requiem: & non inueniens dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam scopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Factum est autem, cum hec diceret: extollens vocem quedam mulier de turba dixit illi: Beatus venter, qui te portauit, & vbera, que suxisti. At ille dixit: Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Et dr. Credo.

ps.18. Offertorium. Iustitie Domini recte, letificantes corda: & iudicia eius dulciora super mel & fauum: nam & seruus tuus custodit ea. Secreta.

Hec hostia, quesumus Domine emundet nostra delicta, & ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per Dominum nostr.

Alie secrete, vt in fer. iiij. Cinerum. f.20.

ps.83. Commu. Passer inuenit sibi domum, & turtur nidum sibi, vbi ponat pullos suos: altaria tua Domine virtutum, rex meus & Deus meus: beati qui habitant in domo tua, in seculum seculi laudabunt te. Postcomm.

A Cunctis nos, quesumus Domine, reatibus & periculis propitiatus absolue, quos tanti mysterij tribuis esse participes. Per Dominum nostrum.

Alie postcom. vt in fer. iiij. Cinerum. f.20.

FERIA SECVNDA. Die 10. Quadr.

Statio ad sanctum Marcum. Introitus.



In Deo laudabo verbum: in Domino laudabo sermonem: in Deo sperabo: non timebo, quid faciat mihi homo. ps.55. Ps. Miserere mei Deus quoniam conculcauit me homo, tota die bellans tribulauit me. ibid. V. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Oratio.

Cordibus nostris, quesumus Domine, gratiam tuam benignus infunde, vt sicut ab escis carnalibus abstinemus, ita sensus quoque nostros a noxijs retrahamus excessibus. Per Dominum.

Alie orones, vt in fer. iiij. Cinerum. f.19.

Lectio libri Regum.

In diebus illis. Naaman princeps 4.Cap. militie regis Syrie, erat vir magnus apud dominum suum, & honoratus: per illum enim dedit Dominus salutem Syrie: erat autem vir fortis & diues, sed leprosus. Porro de Syria egressi fuerant latrunculi, & captiuam duxerant de Terra Israel puellam paruulam, que erat in obsequio vxoris Naaman, que ait ad dominam suam: Utinam fuisset dominus meus ad prophetam, qui est in Samaria: profecto curasset eum a lepra, quam habet. Ingressus est itaque Naaman ad dominum suum, & nunciauit ei, dicens: Sic & sic locuta est puella de Terra Israel. Dixitque ei rex Syrie: Uade, & mittam litteras ad regem Israel. Qui cum profectus esset, & tulisset secum decem talenta argenti, & sex millia aureos, & decem mutatoria vestimentorum, detulit litteras ad regem Israel, in hec verba: Cum acceperis epistolam hanc, scito quod miserim ad te Naaman seruum meum, vt cures eum a lepra sua. Cumque legisset rex Israel litteras, scidit

dit vestimenta sua, ꝛ ait: Nunquid Deus ego sum, vt occidere possim, ꝛ viuificare, quia iste misit ad me; vt curem hominem a lepra sua? animaduertite, ꝛ videte ꝙ occasiones quærat aduersum me. Quod cū audisset Eliseus vir Dei, scidisse videlicet regem Jsrael vestimenta sua, misit ad eum, dicens: Cur scidisti vestimenta tua? veniat ad me, ꝛ sciat prophetā esse in Jsrael. Uenit ergo Naaman cum equis, ꝛ curribus, ꝛ stetit ad ostium domus Elisei: misitqꝫ ad eum Eliseus nuncium, dicens: Uade, ꝛ lauare septies in Jordane, ꝛ recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. Jratus Naaman recedebat, dicens: Putabam quod egrederetur ad me, ꝛ stās inuocaret nomen Domini Dei sui, ꝛ tangeret manu sua locum lepræ, ꝛ curaret me. Nunquid non meliores sunt Abana, ꝛ Pharphar fluuij Damasci omnibus aquis Jsrael, vt lauer in eis, ꝛ munder? Cum ergo vertisset se, ꝛ abiret indignans, accesserunt ad eū serui sui ꝛ locuti sunt ei: Pater, ꝛ si rem grandem dixisset tibi propheta, certe facere debueras: quāto magis quia nunc dixit tibi: Lauare, ꝛ mundaberis? Descendit, ꝛ lauit in Jordane septies iuxta sermonē viri Dei, ꝛ restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli, ꝛ mūdat⁹ est. Reuersusqꝫ ad virū Dei cū vniuerso comitatu suo, venit, ꝛ stetit corā eo, ꝛ ait: Uere scio ꝙ nō sit alius De⁹ in vniuersa terra, nisi tantū in Jsrael.

fo.55. Grad. Deus vitā meam annunciaui tibi: posuisti lacrymas meas in cōspectu tuo. ℣. Miserere mei Dñe, qm̄ cōculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me.

fo.102. Tractus. Domine, non secundum peccata nostra, quæ fecimus nos: neqꝫ secūdū iniquitates nostras retribuas nobis. fo.78. ℣. Domine ne memineris iniquitatū nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster, ꝛ propter gloriam nominis tui Dñe libera nos: ꝛ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euangelij sm̄ Lucam.

In illo tempore: Dixerūt Pharisæi ad Jesum: Quāta audiuimus facta in Capharnaum, fac ꝛ hic in patria tua. Cap. 4. Ait autem: Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. Jn veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Jsrael, quando clausum est cælum annis tribus, ꝛ mensibus sex: cū facta esset fames magna in omni terra: ꝛ ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in Jsrael sub Eliseo propheta: ꝛ nemo eorū mundatus est nisi Naaman Syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc audientes. Et surrexerunt, ꝛ eiecerunt eum extra ciuitatē: ꝛ duxerūt illū vsqꝫ ad supercilium mōtis, super quē ciuitas eorū erat ædificata vt præcipitarent eum. Jpse autē transiens per medium illorum, ibat.

Offert. Exaudi Deus orationem meā: fo.54. ꝛ ne despexeris deprecationē meam: intende in me, ꝛ exaudi me. Secreta.

Munus, quod tibi Dñe nostræ seruitutis offerimus, tu salutare nobis perfice sacramentum. Per Dominum.

Aliæ secretæ, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.

Communio. Quis dabit ex Sion saluta- fo.13. re Jsrael? cū auerterit Dominus captiuitatem plebis suæ: exultabit Jacob, ꝛ lætabitur Jsrael. Postcommunio.

Præsta, q̄s, omnipotens ꝛ misericors Deus: vt quod ore cōtingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

Aliæ postcō. vt sup. in fer. iiij. Ciner. f. 20.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Subueniat nobis Dñe misericordia tua: vt ab imminentibus peccatorū nrōrū periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante saluari. Per Dñm nostrum Jesum Christum filium tuum.

Quadr. Die 21. FERIA TERTIA.

Statio ad S. Pudentianam. Introitus.



Ps 16. Ego clamaui, quoniam exaudisti me Deus: inclina aurem tuam, et exaudi verba mea: custodi me Domine vt pupillam oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me.

Ibidem. Ps. Exaudi Domine iustitiam meam: intende deprecationẽ meã. ℣. Gloria Patri, et Filio. Oro.

Exaudi nos omnipotens, et misericors Deus: et continentię salutaris propitius nobis dona concede. Per Dominum nostrum.

Alię orationes, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 19.

Lectio libri Regum.

4. cap. 4. In diebus illis: Mulier quędam clamabat ad Eliseum prophetã, dicens: Seruus tuus vir meus mortuus est, et tu nosti qa seruus tuus fuit timens Deum: et ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Cui dixit Eliseus: Quid vis, vt faciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respondit: Non habeo ancilla tua quidquam in domo mea, nisi parum olei, quo vngar. Cui ait: Vade, pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca. Et ingredere, et claude ostium tuum, cum intrinsecus fueris tu, et filij tui: et mitte inde in omnia vasa hęc: et cum plena fuerint, tolles. Iuit itaque mulier, et clausit ostium super se, et super filios suos: illi offerebant vasa, et illa infundebat. Cumque plena fuissent vasa, dixit ad filium suum: Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit: Non habeo. Stetitque oleũ. Venit autem illa, et indicauit homini Dei. Et ille: Vade, inquit, vende oleum, et redde creditori tuo: tu autem, et filij tui viuite de reliquo.

Ps 18. Grad. Ab occultis meis mũda me Dñe: et ab alienis parce seruo tuo. ℣. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, et emundabor a delicto maximo.

Sequentia sancti Euang. secundum Mattheum.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Si peccauerit in te frater tuus, vade, et corripe eum inter te, et ipsum solũ. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum, si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos: dic ecclesię, si autem ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus, et publicanus. Amen dico vobis, quęcumque alligaueritis super terram, erunt ligata et in cęlo: et quęcumque solueritis super terram, erunt soluta et in cęlo. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis cõsenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis a patre meo, qui in cęlis est. Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Tunc accedens ad eum Petrus dixit: Dñe quoties peccabit in me frater meus, et dimittam ei: vsque septies? Dixit illi Iesus: Nõ dico tibi vsque septies: sed vsque septuagies septies. Cap. 18

Offert. Dextera Dñi fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem: non moriar, sed viuam, et narrabo opera Domini. Ps 117.

Secreta.

Per hęc veniat, quęsumus Dñe, sacramenta, nostrę redẽptionis effectus, qui nos et ab humanis retrahat semper excessibus, et ad salutaria dona perducat. Per Dñm.

Alię secretę, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.

Commu. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo: aut qs requiescet in monte sancto tuo? qui ingreditur sine macula, et operatur iustitiam. Ps 14.

Postcommunio.

Sacris Domine mysterijs expiati, et veniam, quęsumus, consequamur, et gratiam. Per Dominum nostrum.

Alię postcom. vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Tua nos Dñe protectione defende: et ab omni semper iniquitate custodi. Per.

FE-

Die 22. Quadr. FERIA QVARTA.

Statio ad sanctum Sixtum. Introitus.

Ps 30. Go autem in Dño sperabo: exultabo, et lętabor in tua misericordia, qa respexisti humilitatē meā. Ps. In te Domine spe- Ibidem. raui, non confundar in ęternum: in iustitia tua libera me, et eripe me. ℣. Gloria Patri. Oratio.

PRęsta nobis, quęsumus Domine, vt salutaribus ieiunijs eruditi, a noxijs quoque vitijs abstinentes, propitiationē tuam facilius impetremus. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium.

Alię orōnes, vt sup. in fer. iiij. Ciner. f. 19.

Lectio libri Exodi.

Cap. 20 HÆc dicit Dominus Deus: Honora patrem tuum et matrem tuam, vt sis longęuus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Non occides. Non męchaberis. Non furtum facies. Nō loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces domum proximi tui: nec desiderabis vxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouē, nō asinum, nec omnia quę illius sunt. Cunctus autem populus videbat voces et lāpades, et sonitum buccinę, montemque fumigantem: et perterriti ac pauore concussi, steterunt procul, dicentes Moysi: Loquere tu nobis, et audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Et ait Moyses ad populum: Nolite timere, vt enim probaret vos venit Deus, et vt terror illius esset in vobis, et non peccaretis. Stetitque populus de longe. Moyses autem accessit ad caliginem in qua erat Deus. Dixitque preterea Dominus ad Moysen: Hęc dices filijs Jsrael: Vos vidistis quod de cęlo locutus sum vobis. Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi, et offeretis super illud holocausta et pacifica vestra, oues vestras et boues in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei.

Grad. Miserere mei, Dñe, qm̄ infirmus Ps 6. sum: sana me Dñe. ℣. Cōturbata sunt oīa ossa mea, et anima mea turbata est valde.

Tractus. Domine, non secundum pec- Ps 102. cata nostra, quę fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatū no- Ps 78. strarum antiquarum: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster, et propter gloriam nominis tui Domine libera nos, et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euang. sm̄ Mattheum.

IN illo tempore: Accesserunt ad Je- Cap. 15 sum ab Jerosolymis, Scribę, et Pharisęi, dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? non enī lauant manus suas cum panem manducant. Jpse autē respondens ait illis: Quare et vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Nā Deus Exo. 20. dixit: Honora patrem, et matrem. Et: Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. Vos aūt dicitis: Quicumque dixerit patri, vel matri, munus quodcumque est ex me, tibi proderit, et non honorificabit patrē suū, aut matrem suam, et irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestrā. Hypocritę, bene prophetauit de vobis Jsaias, dicens: Populus hic labijs Cap. 29. me honorat, cor autē eorū longe est a me. Sine causa aūt colūt me, docētes doctrinas, et mādata hoīum. Et cōuocatis ad se turbis, dixit eis: Audite, et intelligite. Nō quod itrat ī os, coinquinat hoīem, sed qd procedit ex ore, hoc coinquinat hominē. Tunc accedētes discipuli eius, dixerunt ei: Scis qa Pharisęi audito hoc verbo, scandalizati sunt? At ille respondens ait: Omnis plātatio, quā nō plātauit Pater meus cęlestis, eradicabitur. Sinite illos: cęci sunt, et duces cęcorū. Cęcus aūt si cęco ducatū pręstet, ambo in foueā cadunt.

Respondẽs autem Petrus dixit ei: Edisſere nobis parabolam iſtam. At ille dixit: Adhuc ⁊ vos ſine intellectu eſtis? Non intelligitis q̃a omne, quod in os intrat, in ventrem vadit, ⁊ in ſeceſſum emittitur? Quę autem procedunt de ore, de corde exeunt, ⁊ ea coinquinãt hominem: de corde enim exeunt cogitationes malę, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemię: hęc ſunt, quę coinquinant hoĩem. Nõ lotis autẽ manibus manducare, non coinquinat hominem.

Ps. 108. Offertorium. Domine fac mecum miſericordiam tuam, propter nomen tuũ: q̃a ſuauis eſt miſericordia tua. Secreta.

SUſcipe, quęſumus Domine, preces populi tui cum oblationibus hoſtiarum: ⁊ tua myſteria celebrantes, ab omnibus nos defende periculis. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. ⁊c.

Alię ſecretę, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.

Ps 15. Communio. Notas mihi feciſti vias vitę: adimplebis me lętitia cum vultu tuo Domine. Poſtcommunio.

SAnctificet nos Domine, qua paſti ſumus, menſa cęleſtis: ⁊ a cũctis erroribus expiatos, ſupernis promiſſionibus reddat acceptos. Per Dominum.

Alię poſtcom. vt in fer. iiij. Cinerũ. f. 20.

Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra Deo. Oratio.

COncede, quęſumus omnipotens Deus: vt qui protectionis tuę gratiam quęrimus, liberati a malis omnibus, ſecura tibi mente ſeruiamus. Per Dñm.

Die 23. Quadr. FERIA QVINTA.

Statio ad ſanctos Coſmã ⁊ Damianũ.

Introitus.

Ps 77. 

SAlus populi ego ſum, dicit Dominus: de quacumq; tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos: ⁊ ero illorum Dominus in perpetuũ.

Ibidẽ. Ps. Attendite popule meus legem meã: inclinate aurem veſtrã in verba oris mei. ℣. Gloria Patri, ⁊ Filio. Oratio.

MAgnificet te Dñe ſanctorũ tuorum Coſmę ⁊ Damiani beata ſollemnitas: quã ⁊ illis gloriã ſẽpiternã, ⁊ opẽ nobis, ineffabili prouidẽtia contuliſti. Per.

Alię orationes, vt in fer. iiij. Cinerũ. f. 19.

Lectio Jeremię prophetę.

IN diebus illis: Factum eſt verbum Domini ad me, dicens: Sta in porta domus Domini, ⁊ prędica ibi verbum iſtud, ⁊ dic: Audite verbum Domini omnis Juda, qui ingredimini per portas has vt adoretis Dominũ. Hęc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael. Bonas facite vias veſtras, ⁊ ſtudia veſtra: ⁊ habitabo vobiſcũ in loco iſto. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templũ Domini, templũ Domini, templũ Domini eſt. Quoniã ſi bene direxeritis vias veſtras, ⁊ ſtudia veſtra: ſi feceritis iudiciũ inter virum ⁊ proximum eius, aduenę, ⁊ pupillo, ⁊ viduę non feceritis calumniã, nec ſanguinem innocentem effuderitis in loco iſto, ⁊ poſt deos alienos non ambulaueritis in malum vobiſmetipſis: habitabo vobiſcum in loco iſto: in terra, quam dedi patribus veſtris a ſeculo vſque in ſeculum. Ait Dñs omnipotens. Grad. Cap. 7.

Oculi oĩũ ĩ te ſperãt Dñe: ⁊ tu das illis eſcã in tpe opportuno. ℣. Aperis tu manũ tuã, ⁊ imples oẽ animal benedictione. Ps. 144.

Sequentia ſancti Euangelij ſm Lucam.

IN illo tempore: Surgens Jeſus de ſynagoga, introiuit in domũ Simonis. Socrus autẽ Simonis tenebat magnis febribus: ⁊ rogauerũt illũ pro ea. Et ſtãs ſup illã, imperauit febri: ⁊ dimiſit illã. Et cõtinuo ſurgens, miniſtrabat illis. Cũ ſol autem occidiſſet, omnes, qui habebãt infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad Jeſum. At ille ſingulis manus imponens, curabat eos. Exibant autem dęmonia a multis clamantia, ⁊ dicentia: Quia tu es filius Dei: ⁊ increpans non Cap. 4.

ſinebat

sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse Christum. Facta autem die egressus ibat in desertum locum, et turbe requirebāt eū, et venerunt vsque ad ipsum: et detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Quia et alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ideo missus sum. Et erat predicans in synagogis Ga-
ps 137. lilee. Offert. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me Dñe: et super iram inimicorum meorū extendes manus tuam, et saluum me fecit dextera tua. Sec.

Ista tuorum Domine pretiosa morte iustorum, sacrificiū illud offerimus, de quo martyrium sumpsit omne principium. Per Dominum nostrum Jesum.

Alie secrete, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.

ps 118. Cōm. Tu mādasti mādata tua custodiri nimis: vtinam dirigantur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Postcōm.

Sit nobis Domine sacramēti tui certa saluatio: que cum beatorum martyrum tuorum Cosme et Damiani meritis imploratur. Per Dominum.

Alie postcōm. vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Subiectum tibi populū, qs Dñe, propitiatio celestis amplificet: et tuis semper faciat seruire mandatis. Per Dñm.

Die 14. Quadr. FERIA SEXTA.

Statio ad S. Laurētiū in Lucina. Intr.

ps 85. Fac mecū Dñe signū in bonū: vt videāt qui me oderūt, et cōfundantur: qm̄ tu Domine adiuuisti me, et cōsolatus es me.
Ibidem. Ps. Inclina Dñe aurem tuam, et exaudi me: qm̄ inops, et pauper sum ego. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Ieiunia nostra, quesumus Domine, benigno fauore prosequere, vt sicut ab alimentis abstinemus in corpore: ita a vitijs ieiunemus in mente. Per Dñm.

Alie orōnes, vt sup. in fer. iiij. Ciner. f. 19.

Lectio libri Numeri.

In diebus illis: Conuenerunt filij Ca. 20.
Israel aduersus Moysen et Aaron: et versi in seditionem, dixerunt: Date nobis aquā, vt bibamus. Ingressique Moyses et Aaron, dimissa multitudine, in tabernaculum federis, corruerunt proni in terram, clamaueruntque ad Dominum, atque dixerunt: Domine Deus exaudi clamorem populi huius, et aperi eis thesaurum tuum fontem aque viue, vt satiatis cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria Domini super eos. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Tolle virgā, et congrega populum, tu et Aaron frater tuus, et loquimini ad petram coram eis, et illa dabit aquas. Cumque eduxeris aquā de petra, bibet omnis multitudo et iumenta eius. Tulit igitur Moyses virgam, q̄ erat in conspectu Domini, sicut preceperat ei, congregata multitudine ante petram, dixitque eis: Audite rebelles et increduli: Num de petra hac vobis aquam poterim⁹ eijcere? Cumque eleuasset Moyses manum, percutiens virga bis silicem, egresse sunt aque largissime, ita vt populus biberet et iumenta. Dixitque Dominus ad Moysen et Aaron: Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filijs Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. Hec est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israel contra Dominum, et sanctificatus est in eis. Grad. In Deo sperauit ps 27.
cor meum, et adiutus sum, et refloruit caro mea, et ex voluntate mea confitebor illi. ℣. Ad te Domine clamaui: De⁹ meus ne sileas, ne discedas a me. Tractus.
Domine non secundum peccata nostra, ps 102.
que fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Do- ps 78.
mine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris

noster, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euang. secundum Joannem.

Cap. 4. In illo tempore: Venit Jesus in ciuitatem Samarię, quę dicitur Sichar: iuxta prędium, quod dedit Jacob Joseph filio suo. Erat autem ibi fons Jacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem. Hora erat quasi sexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Jesus: Da mihi bibere. Discipuli autem eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent. Dixit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Judęus cum sis, bibere a me poscis, quę sum mulier Samaritana? non enim coutuntur Judęi Samaritanis. Respondit Jesus, & dixit ei: Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquā viuam. Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: vnde ergo habes aquam viuam? Numquid tu maior es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum istum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Respondit Jesus, & dixit ei: Omnis, qui biberit ex aqua hac sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in ęternum: sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquę salientis in vitam ęternam. Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam: neque veniam huc haurire. Dicit ei Jesus: Vade, voca virum tuum, & veni huc. Respondit mulier, & dixit: Non habeo virum. Dicit ei Jesus: Bene dixisti, quia non habeo virum: quinque enim viros habuisti, & hunc, quem habes, non est tuus vir: hoc vere dixisti. Dicit ei mulier: Domine, vt video Propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Jerosolymis est locus, vbi adorare oportet. Dicit ei Jesus: Mulier crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Jerosolymis adorabitis Patrem. Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus, quia salus ex Judęis est. Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu, & veritate. Nam & Pater tales quęrit, qui adorent eum. Spiritus est Deus: & eos, qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier: Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus. Cum ergo venerit ille, nobis annunciabit omnia. Dicit ei Jesus: Ego sum, qui loquor tecum. Et continuo venerunt discipuli eius: & mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit: Quid quęris, aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abijt in ciuitatem, & dicit illis hominibus: Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quęcumque feci: nūquid ipse est Christus? Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum. Interea rogabāt eum discipuli, dicētes: Rabbi, manduca. Ille aūt dixit eis: Ego cibū habeo manducare, quē vos nescitis. Dicebāt ergo discipuli ei⁹ adinuicē: Nūquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Jesus: Meus cibus est vt faciam voluntatē eius, q misit me, vt perficiā op⁹ ei⁹. Nonne vos dicitis, q adhuc quatuor mēses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis: Leuate oculos vestros, & videte regiones, q albę sunt iam ad messem. Et q metit, mercedē accipit, & congregat fructū in vitā ęternā: vt, & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. In hoc enim est verbū verum: q alius est qui seminat, & alius est qui metit. Ego misi vos metere qd vos nō laborastis: alij laborauerūt, & vos in labores eorū introistis. Ex ciuitate autē illa multi crediderūt in eū Samaritanorū, propter verbū mulieris testimoniū perhibentis: Quia dixit mihi oīa quęcūq feci. Cum venissent ergo ad illum Samaritani,

rogaue-

rogauerunt eū vt ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt in eum propter sermonem eius. Et mulieri dicebant: Quia nō iam pp tuā loquelā credim⁹: ipsi em̄ audiuim⁹, et scimus qa hic est vere Saluator mundi. Offert.
Ps. 5. Intende voci orationis meę, rex meus, et Deus meus: quoniam ad te orabo Domine. Secreta.

Respice, q̄s Dn̄e, ppitius ad munera quę sacramus: vt tibi grata sint, et nobis salutaria semper existant. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Alię secrete, vt in fer. iiij. Cinerum. f.20.

Joan. 4. Cōmu. Qui biberit aquā, quam ego dabo ei, dicit Dominus: fiet in eo fons aquę salientis in vitam ęternam. Postcōmu.

Huius nos Domine perceptio sacramenti mundet a crimine, et ad cęlestia regna perducat. Per Dominum.

Alię postcom. vt in fer. iiij. Cinerū. f.20.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Presta, quęsumus omnipotēs De⁹, vt qui in tua ptectione cōfidimus, cuncta nobis aduersantia, te adiuuante, vincamus. Per Dominum nostrum.

Die 25. Quadr. SABBATO.

Statio ad sanctam Susannā. Introitus.

Ps. 5. Verba mea auribus percipe Domine: itellige clamorē meum: intende voci orationis meę, rex me⁹ et Deus meus. Ps. Dn̄ Ibidem. ad te orabo Dn̄e: mane exaudies vocē meā. ℣. Gloria. Oratio.

Presta, quęsumus omnipotens De⁹: vt qui se, affligendo carnem, ab alimentis abstinent: sectando iustitiam, a culpa ieiunent. Per Dominum nostrū Jesum Christum Filium tuum.

Alię orones, vt sup. in fer. iiij. Cin. f.19.

Lectio Danielis prophetę.

Cap. 13. In diebus illis: Erat vir in Babylone, et nomen eius Joakim: Et accepit vxorem nomine Susannā, filiā Helcię pulchram nimis, et timentem Deum: parentes enī illius, cum essent iusti, erudierunt filiam suā secundū legē Moysi. Erat autem Joakim diues valde, et erat ei pomerium vicinum domui suę: et ad ipsum confluebant Judęi, eo q̄ esset honorabilior omnium. Et constituti sunt duo senes iudices in anno illo: de quibus locutus est Dominus: Quia egressa est iniquitas de Babylone a senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. Isti frequentabant domū Joakim, et veniebant ad eos omnes, qui habebant iudicia. Cū autem populus reuertisset per meridiem, ingrediebatur Susanna, et deambulabat in pomerio viri sui. Et videbant eā senes quotidie ingredientem, et deambulantē: et exarserūt in cōcupiscentiā eius: et euerterunt sensum suū, et declinauerunt oculos suos vt non viderent cęlum, neque recordarentur iudiciorum iustorum. Factū est autem, cum obseruarent diem aptū, quādo eā possent inuenire solā, ingressa est aliquando sicut heri et nudiustertius, cū duab⁹ solis puellis, voluitq̄ lauari in pomerio: ęstus quippe erat: et nō erat ibi q̄squam, pręter duos senes absconditos, et contemplantes eam. Dixit ergo puellis: Afferte mihi oleum, et smigmata, et ostia pomerij claudite, vt lauer. Cum autē egressę essent puellę, surrexerūt duo senes, et accurrerunt ad eam, et dixerunt: Ecce ostia pomerij clausa sunt, et nemo nos videt: et in concupiscentia tui sumus: quam ob rem assentire nobis, et cōmiscere nobiscum, quod si nolueris, dicemus testimoniū contra te, quod fuerit tecū iuuenis, et ob hāc causam emiseris puellas a te. Ingemuit Susanna, et ait: Angustię mihi sūt vndiq̄: si em̄ hoc egero, mors mihi est: si aūt nō egero, nō effugiā manus vestras. Sed melius est mihi absq̄ opere incidere in manus vestras, quā peccare in conspectu Domini. Et exclamauit voce

magna Susanna: exclamauerunt aũt ⁊ se
nes aduersus eam. Et cucurrit vnus, ⁊ a-
peruit ostia pomerij. Cum autem audis-
sent clamorem in pomerio famuli domus
irruerunt per posticum, vt viderent quid-
nam esset. Postquam autem senes locu-
ti sunt, erubuerunt serui vehementer: quia
numquam dictus fuerat sermo huiusce-
modi de Susanna. Et facta est dies crasti
na. Cumque venisset populus ad virum
eius Joakim, venerunt ⁊ duo seniores ple
ni iniqua cogitatione aduersus Susannã
vt interficerent eã. Et dixerunt corã po
pulo: Mittite ad Susannam filiam Hel-
cię vxorem Joakim. Et statim miserũt. Et
venit cum parentibus, ⁊ filijs, ⁊ vniuersis
cognatis suis. Flebant igitur sui, ⁊ omnes
qui nouerant eã. Consurgentes aũt duo
seniores in medio populi, posuerunt ma-
nus suas super caput eius. Quę flens su-
spexit ad cęlum: erat enĩ cor eius fiduciã
habẽs in Domino. Et dixerunt seniores:
Cum deambularemus in pomerio soli, in
gressa est hęc cũ duabus solis puellis, ⁊
clausit ostia pomerij, ⁊ dimisit a se puel-
las. Venitque adolescens ad eam, qui erat
absconditus, ⁊ concubuit cũ ea. Porro
nos cum essemus in angulo pomerij, vi-
dentes iniquitatem, cucurrimus ad eos, ⁊
vidimus eos pariter commisceri. Et illũ
quidem nequiuimus comprehendere, q̃a
fortior nobis erat, ⁊ aperto ostio exiliuit:
hanc autem cum apprehendissemus, iter-
rogauimus quisnam esset adolescẽs, ⁊ no
luit indicare nobis: huius rei testes sum⁹.
Credidit eis multitudo quasi senioribus ⁊
iudicibus populi, ⁊ condemnauerunt eã
ad mortẽ. Exclamauit autẽ voce magna
Susanna, ⁊ dixit: Deus ęterne, qui abscõ-
ditorum es cognitor, qui nosti omnia an-
tequam fiant, tu scis quoniam falsum testi
moniũ tulerunt contra me: ⁊ ecce morior,
cũ nihil horum fecerim, quę isti malitio-
se composuerunt aduersũ me. Exaudiuit
autem Dominus vocem eius. Cumq; du
ceretur ad mortem, suscitauit Dominus
spiritum sanctum pueri iunioris, cui no-
men Daniel. Et exclamauit voce magna
⁊ dixit: Mundus ego sũ a sanguine hui⁹.
Et conuersus omnis populus ad eum, di
xit: Quis est sermo iste, quem tu locutus
es? Qui cum staret in medio eorum, ait:
Sic fatui filij Jsrael, non iudicantes, ne-
que quod verum est cognoscentes, con-
demnastis filiam Jsrael? Reuertimini ad
iudicium, quia falsum testimonium locuti
sunt aduersus eam. Reuersus est ergo po-
pulus cũ festinatione. Et dixit ad eos Da
niel: Separate eos ab inuicem procul, ⁊
dijudicabo eos. Cum ergo diuisi essent al
ter ab altero, vocauit vnum ex eis, ⁊ dixit
ad eum: Inueterate dierum malorũ, nũc
venerunt peccata tua, quę prius operaba-
ris, iudicans iudicia iniusta, innocentes
opprimens, ⁊ dimittens noxios, dicente
Domino: Innocentem ⁊ iustum non in-
terficies. Nunc ergo si vidisti eam, dic sub
qua arbore videris eos colloquentes sibi.
Qui ait: Sub schino. Dixit autẽ Daniel:
Recte mentitus es in caput tuum: Ecce
enim Angelus Dñi accepta sententia ab
eo, scindet te medium. Et amoto eo, iussit
venire alium, ⁊ dixit ei: Semen Chanaã,
⁊ non Juda, species decepit te, ⁊ concupi
scentia subuertit cor tuum: sic faciebatis
filiabus Jsrael, ⁊ illę timentes loqueban-
tur vobis: sed non filia Juda sustinuit ini
quitatem vestram. Nunc ergo dic mihi,
sub qua arbore comprehenderis eos lo-
quentes sibi? Qui ait: Sub prino. Di-
xit autem ei Daniel: Recte mentitus es ⁊
tu in caput tuum: manet enim Angelus
Domini, gladium habens, vt secet te
medium, ⁊ interficiat vos. Exclamauit
itaque omnis cętus voce magna, ⁊ be-
nedixerunt Deum, qui saluat speran-
tes in se. Et consurrexerunt aduersus
duos seniores (conuicerat enim eos Da
niel ex ore suo falsum dixisse testimo-
nium) feceruntque eis sicut male ege-

rãt aduersus proximũ: ⁊ interfecerint eos, ⁊ saluatus est sanguis innocius ĩ die illa.

Ps 22. **Graduale.** Si ambulem in medio vmbrę mortis, non timebo mala, quoniã tu mecum es Domine. ℣. Uirga tua, ⁊ baculus tuus, ipsa me consolata sunt.

Sequentia sancti Euangelij secundum Joannem.

Cap. 8. IN illo tempore: Perrexit Jesus in montem Oliueti: ⁊ diluculo iterum venit in templum, ⁊ omnis populus venit ad eum, ⁊ sedens docebat eos. Adducunt autem Scribę, ⁊ Pharisęi mulierem deprehensã in adulterio: ⁊ statuerunt eã in medio, ⁊ dixerunt ei: Magister, hęc mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum, vt possent accusare eum. Jesus autem inclinans se deorsũ, digito scribebat in terra. Cum autem perseuerarent interrogantes eum, erexit se, ⁊ dixit eis: Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum inclinans se, scribebat in terra. Audientes aũt hęc, vnus post vnũ exibant, incipientes a senioribus: ⁊ remansit Jesus solus, ⁊ mulier in medio stans. Erigens autem se Jesus, dixit ei: Mulier, vbi sunt, qui te accusabant? nemo te condemnauit? Quę dixit: Nemo Domine. Dixit autem Jesus: Nec ego te condemnabo: Uade, ⁊ iam amplius noli peccare.

Ps 118. **Offertoriũ.** Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, vt non dominetur mei omnis iniustitia, Domine. **Secreta.**

COncede, quęsumus omnipotens Deus: vt huius sacrificij munus oblatum, fragilitatem nostrã ab omni malo purget semper, ⁊ muniat. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Alię secretę, vt in fer. iiij. Cinerum. f.20.

Joan. 8. **Cõm.** Nemo te cõdemnauit mulier? nemo Domine: nec ego te condemnabo: iam amplius noli peccare. **Postcõmu.**

QUęsumus omnipotens Deus: vt inter eius membra numeremur, cuius corpori communicamus, ⁊ sanguini. Qui tecum viuit, ⁊ regnat in vnitate ⁊c.

Alię postcom. vt in fer. iiij. Cinerũ. f.20.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. **Oratio.**

PRętende Domine fidelibus tuis dexteram cęlestis auxilij: vt te toto corde perquirant, ⁊ quę digne postulant, cõsequi mereantur. Per Dominum.

DOMINICA QVARTA Die 26. Quadr.
Quadragesimę.

Statio ad sanctam Crucẽ in Jerusalem.

Introitus.



LÆtare Jerusalem, ⁊ con Isa. 66.
uẽtum facite omnes qui diligitis eam: gaudete cum letitia, qui in tristitia fuistis: vt exultetis, ⁊ satiemini ab vberibus cõ
solationis vestrę. **Ps.** Lętatus sum ĩ his, Ps 121.
quę dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. ℣. Gloria Patri. **Oratio.**

COncede, q̃s om̃s Deus: vt qui ex merito nostrę actionis affligimur: tuę gratię cõsolatione respiremus. Per.

Alię orõnes, vt in fer. iiij. Cinerum. f.19.

Lec. Epl'ę B. Pauli Apl'i ad Galat.

FRatres: Scriptũ est: Qm̃ Abrahã Cap. 4.
duos filios habuit: vnũ de ancilla, ⁊ vnum de libera. Sed qui de ancilla, secundũ carnẽ natus est: qui autem de libera, per repromissionem: quę sunt per allegoriã dicta. Hęc enim sunt duo testamenta. Unũ quidem in mõte Sina, in seruitutem generãs: q̃ est Agar: Sina enĩ mõs est in Arabia, q coniũctus est ei, quę nunc est Jerusalẽ, ⁊ seruit cũ filijs suis. Illa autẽ, quę sursum est Jerusalẽ, libera est, quę
est mater nostra. Scriptum est enim: Lę Isa. 8.
tare sterilis, quę nõ paris: erũpe, ⁊ clama, quę non parturis: quia multi filij desertę, magis quã eius, quę habet virũ. Nos autem fratres secundũ Isaac promissionis

filij sumus. Sed quomodo tunc is, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundũ spiritum: ita & nunc.
Cap. 21 Sed quid dicit Scriptura? Eijce ancillam, & filium eius: non enim heres erit filius ancillę cum filio liberę. Itaque, fratres, non sumus ancillę filij, sed liberę: qua libertate Christus nos liberauit.
Ps. 121. Grad. Letatus sum in his, q̃ dicta sunt mihi: in domum Dñi ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua: & abũdãtia in turribus tuis.
Ps. 124. Tractus. Qui confidunt in Domino sicut mons Sion: nõ cõmouebitur in ęternum, qui habitat in Jerusalem. ℣. Montes in circuitu eiꝰ: & Dñs in circuitu populi sui, ex hoc nunc, & vsque in sęculum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Joannem.

Cap. 6. 

In illo tempore: Abijt Jesus trãs mare Galilęę, qđ est Tiberiadis: & sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quę faciebat super his, qui infirmabantur. Subijt ergo in montem Jesus: & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximũ Pascha dies festus Judęorum. Cum subleuasset ergo oculos Jesus, & vidisset qa multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippũ: Unde ememꝰ panes, vt manducent hi? Hoc aũt dicebat tẽtans eũ: ipse enim sciebat, quid esset facturus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisq; modicũ quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eiꝰ, Andreas frater Simonis Petri: Est puer vnus hic, qui habet quinq; panes hordeaceos, & duos pisces, sed hęc quid sunt inter tãtos? Dixit ergo Jesus: Facite homines discumbere. Erat autem fęnum multum in loco. Discubuerũt ergo viri, numero quasi quinque millia. Accepit ergo Jesus panes: & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus: similiter & ex piscibus quantum volebant. Ut autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quę superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quę superfuerunt his, qui manducauerant. Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat Jesus signum, dicebant: Quia hic est vere propheta, qui vẽturus est in mundum. Jesus ergo cum cognouisset quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus. Credo.
Offert. Laudate Dñm, qa benignus est: psallite nomini eiꝰ, qm̃ suaue est: oĩa quęcũq; voluit, fecit in cęlo & in terra. Ps. 134.
Secr. Sacrificijs pręsentibus Dñe, quęsumus, intẽde placatus: vt & deuotioni nostrę proficiant, & saluti. Per Dñm.
Alię secretę, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.
Cõmu. Jerusalem, quę ędificatur vt ciuitas, cuiꝰ participatio eius in idipsũ: illuc enim ascenderunt tribus tribus Dñi, ad confitendũ nomini tuo Dñe. Ps. 121.
Postcõ. Da nobis, q̃s misericors Deꝰ: vt sancta tua, qbus incessanter explemur, sinceris tractemus obsequijs, & fideli semper mente sumamus. Per Dominum.
Alię postcõm. vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.

FERIA SECVNDA. Die 27. Quadr.

Statio ad S. quatuor Coronatos. Intr.
Deus in noĩe tuo saluum me fac, & in virtute tua libera me. Ps. 53.
Ps. Deꝰ exaudi orõnem meam, auribus percipe verba oris mei. Ibidem.
℣. Gloria Patri. Or.
Presta, quęsumus omnipotẽs Deꝰ: vt obseruationes sacras, annua deuotione recolentes, & corpore tibi placeamus, & mente. Per Dominum nostrum.
Alię orationes, vt in fer. iiij. Cinerũ. f. 19.

Lectio libri Regum.

3.cap.3. IN diebus illis: Venerunt duę mulieres meretrices ad regem Salomonem, steteruntq; coram eo: quarum vna ait: Obsecro, mi domine: ego ⁊ mulier hęc habitabamus in domo vna, ⁊ peperi apud eã in cubiculo. Tertia vero die postquam ego peperi, peperit ⁊ hęc: ⁊ eramus simul, nullusque alius in domo nobiscu; exceptis nobis duabus. Mortuus est autem filius mulieris huius nocte: dormiens quippe oppressit eum. Et consurgens intempestę noctis silentio, tulit filium meu; de latere meo ancillę tuę dormientis, ⁊ collocauit in sinu suo: suu; autem filium, qui erat mortuus, posuit in sinu meo. Cumque surrexisse; mane vt darem lac filio meo, apparuit mortuus: quem diligentius intuens clara luce, deprehendi non esse meu; quem genuera;. Responditque altera mulier: Non est ita sed filius tuus mortuus est, meus autem viuit. E contrario illa dicebat: Mentiris: filius quippe meus viuit, ⁊ filius tuus mortuus est. Atque in hunc modu; contendebant cora; rege. Tunc rex ait: Hęc dicit, Filius meus viuit, ⁊ filius tuu; mortuus est. Et ista respondet, Non, sed filiꝰ tuus mortuus est, ⁊ filiu; meꝰ viuit. Dixit ergo rex: Afferte mihi gladiũ. Cumq; attulissent gladium coram rege, Diuidite, inquit, infantem viuum in duas partes, ⁊ date dimidiam partem vni, ⁊ dimidiam partem alteri. Dixit autem mulier, cuius filius erat viuus, ad regem: cõmota sunt quippe viscera eius super filio suo. Obsecro Domine, date illi infantem viuum, ⁊ nolite interficere eum. E contrario illa dicebat: Nec mihi, nec tibi, sed diuidatur. Respondit rex ⁊ ait: Date huic infantem viuum, ⁊ non occidatur: hęc est enim mater eius. Audiuit itaque omnis Israel iudicium quod iudicasset rex, ⁊ timuerunt regem, videntes sapientia; Dei esse in eo ad faciendum iudicium.

Graduale. Esto mihi in Deum prote- Ps 30.
ctorem, ⁊ in locum refugij: vt saluum me facias. ℣. Deus in te speraui Domine, non confundar in ęternum.

Tractus. Domine non secundum pec- Ps 102.
cata nostra, quę fecimus nos: neq; secũdum iniquitates nostras retribua; nobis.
℣. Domine ne memineris iniquitatũ no- Ps 78.
strarum antiquarum: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster, ⁊ propter gloriam nominis tui Domine libera nos, ⁊ propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euang. scḋm Joannem.

IN illo tempore: Prope erat Pa- Cap. 2.
scha Judęoru;, ⁊ ascendit Jesus Jerosolymam: ⁊ inuenit in templo vendentes oues, ⁊ boues, ⁊ columbas, ⁊ nummularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de tẽplo, oues quoque ⁊ boues, ⁊ numulariorum effudit ęs, ⁊ mensas subuertit. Et hi; qui columbas vendebant, dixit: Auferte ista hinc, ⁊ nolite facere domum patris mei, domum negotiationis. Recordati vero sunt discipuli eius quia scriptu; est: Zelus domus tuę comedit me. Responderunt ergo Judęi, ⁊ dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis quia hęc facis? Respondit Jesus, ⁊ dixit eis: Soluite templum hoc, ⁊ in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Judęi: Quadraginta ⁊ sex annis ędificatum est templum hoc, ⁊ tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat de corpore suo, ⁊ crediderunt scripturę, ⁊ sermoni, quẽ dixit Jesus. Cum aute; esset Jerosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes eius signa, quę faciebat. Ipse autem Jesus non credebat semetipsu; eis, eo qꝫ ipse nosset omnes, ⁊ quia opus ei nõ erat

vt quis testimonium perhiberet de hoie: ipse enim sciebat quid esset in homine.
Ps 99. Offert. Iubilate Deo omnis terra, seruite Domino in letitia: intrate in conspectu eius in exultatione, quia Dominus ipse est Deus. Secreta.

OBlatum tibi Domine sacrificiuz viuificet nos semper, & muniat. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Alie secrete, vt in feria iiij. Cinerum. f.20.

Ps 18. Com. Ab occultis meis mūda me Dñe, & ab alienis parce seruo tuo. Postcom.

SUmptis Dñe salutaribus sacramentis, ad redemptionis eterne, q̃s, proficiamus augmentum. Per Dominum.

Alie postcom. vt in fer. iiij. Cineruz. f.20.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

DEprecationem nostram, quesumus Dñe, benign⁹ exaudi, & quibus supplicandi prestas affectuz, tribue defensionis auxilium. Per Dominum nostrum.

Die 28. Quadr. FERIA TERTIA.

Statio ad sanctum Laurentium in Damaso. Introitus.



Ps 54. Exaudi orationem meā, & ne despereris deprecationē meā: intende ī me,
Ibidez. & exaudi me. Ps. Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum a voce inimici, & a tribulatione peccatoris. ℣. Gloria Patri. Oratio.

SAcre nobis, quesumus Dñe, obseruationis ieiunia: & pie conuersationis augmentum, & tue propitiationis cōtinuum prestent auxiliū. Per Dominū.

Alie orationes vt in fer. iiij. Cineruz. f.19.

Lectio libri Exodi.

Cap. 32. IN diebus illis: Locutus est Dñs ad Moysen, dicens: Descende de mōte quia peccauit populus tuus, quē eduxisti de Terra Ægypti. Recesserunt cito de via, quā ostendisti eis: feceruntque sibi vitulū conflatilem, & adorauerunt, atque immolantes ei hostias, dixerunt: Isti sūt dij tui Israel, qui te eduxerunt de Terra Ægypti. Rursumque ait Dominus ad Moysen: Cerno quod populus iste dure ceruicis sit: dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam. Moyses autem orabat Dominum Deum suum, dicēs: Cur, Domine, irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de Terra Ægypti, in fortitudine magna, & in manu robusta? Ne queso dicant Ægyptij: Callide eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret de terra: quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abraham, Isaac, & Israel seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum, dicens: Multiplicabo semen vestrum sicut stellas celi, & vniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro, & possidebitis eam semper. Placatusque est Dominus ne faceret malum quod locutus fuerat aduersus populum suum. Et misertus est populo suo Dñs Deus noster. Graduale.

Exurge Domine, fer opem nobis, & libera nos propter nomen tuum. ℣. Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annūciauerūt nobis opus, quod operatus es in dieb⁹ eorū, & in dieb⁹ antiquis. Ps 43.

Sequentia sancti Euangelij secundum Joannem.

IN illo tēpore: Jam die festo mediante, ascendit Jesus in templum, & docebat. Et mirabant̄ Judei, dicētes: Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit? Respōdit eis Jesus, & dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere: cognoscet de doctrina, vtruz ex Deo sit, an ego a meipso loquar. Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam querit, qui autē querit gloriam eius, qui misit eum, hic verax est, & iniustitia in illo non est. Nonne Moyses dedit vobis legē, & nemo ex vobis Cap. 7.

bis facit legem? Quid me quęritis interficere? Respondit turba, & dixit: Demonium habes: quis te quęrit interficere? Respondit Jesus, & dixit eis: Unum opus feci, & oẽs miramini. Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem: nõ quia ex Moyse est, sed ex patribus. Et in sabbato circumciditis hominem. Si circumcisionem accipit homo in sabbato, vt nõ soluatur lex Moysi: mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato? Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam ex Jerosolymis: Nõne hic est, quem quęrunt interficere? Et ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Numquid vere cognouerunt principes quia hic est Christus? Sed hunc scimus vnde sit. Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit. Clamabat ergo docens in templo Jesus, & dicens: Et me scitis, & vnde sim scitis: & a meipso non veni, sed est verus, qui misit me, quem vos nescitis. Ego scio eum: & si dixero quia nescio eum, ero similis vobis mendax, sed scio eum quia ab ipso sum, & ipse me misit. Quęrebant ergo eũ apprehendere: & nemo misit in illum manus, qa nondũ venerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum.

Ps. 39. Offert. Expectans expectaui Dominũ, & respexit me: & exaudiuit deprecationem meam: & immisit in os meũ canticum nouum, hymnum Deo nostro. Secreta.

Cap. 7. HÆc hostia, quęsumus Dñe, emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per Dominum.

Alię secretę, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.

Ps. 19. Commu. Letabimur in salutari tuo: & in noĩe Dei nr̃i magnificabimur. Postcõ.

HUius nos Dñe perceptio sacramenti mundet a crimine: & ad cęlestia regna perducat. Per Dominum.

Alię postcõm. vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

MIserere Dñe populo tuo: & continuis tribulationibus laborantem, propitius respirare concede. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium.

FERIA QVARTA. Die 29. Quadr.

Statio ad sanctum Paulum. Introitus.



CUm sanctificatus fuero in vobis, congregabo vos de vniuersis terris: & effundam super vos aquam mundam, & mũdabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & dabo vobis spiritum nouum. Ezec. 36 Psalmus. Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Ps. 33. ℣. Gloria Patri, & Filio. post Kyrie eleison. dicitur Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

DEus, qui & iustis pręmia meritorum & peccatoribus per ieiunium veniã prębes: miserere supplicibus tuis: vt reatus nostri confessio indulgentiam valeat percipere delictorum. Per Dominum.

Lectio Ezechielis prophetę.

HÆc dicit Dominus Deus: Sanctificabo nomen meum magnum: vt sciant Gentes quia ego Dominus. Cũ sanctificatus fuero in vobis coram eis: Tollam quippe vos de Gẽtibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & adducam vos in terram vestram. Et effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mũdabo vos. Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri: & auferã cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. Et spiritum meum ponam in medio vestri: & faciam vt in pręceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini. Et habitabitis in terra, quam dedi patribus vestris: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deũ: dicit Dominus omnipotens. Cap. 36

Ps 33. Graduale. Venite filij, audite me: timorẽ Domini docebo vos. ℣. Accedite ad eum, ⁊ illuminamini: ⁊ facies vestrę non confundẽtur. Hic dr̃ Dominus vobiscũ. sine Flectamus genua. Oremus. Oratio.

Præsta, quęsumus omnipotens Deus: vt quos ieiunia votiua castigant, ipsa quoqꝫ deuotio sancta lętificet: vt terrenis affectibus mitigatis, facilius cęlestia capiamus. Per Dominum nostrum.

Alię orationes, vt in fer. iiij. Cinerũ. f. 19.

Lectio Isaię prophete.

Cap. 1. HÆc dicit Dominus: Lauamini, mundi estote, auferte maluꝫ cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere peruerse, discite benefacere: quęrite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite, ⁊ arguite me, dicit Dominus: Si fuerint peccata vestra vt coccinuꝫ, quasi nix dealbabuntur, ⁊ si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Si volueritis, ⁊ audieritis me, bona terrę comedetis, dicit Dominus omnipotens. Graduale.

Ps 32. Beata gens, cuius Dominus est Deus eorũ, populus quẽ elegit Dñs in hereditatẽ sibi. ℣. Verbo Dñi cęli firmati sunt, ⁊ spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Ps 102. Tractus. Domine, non secundum peccata nostra, quę fecimus nos: neqꝫ secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

Ps 78. ℣. Domine ne memineris iniquitatuꝫ nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster, ⁊ propter gloriam nominis tui Domine libera nos, ⁊ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Joannem.

Cap. 9. IN illo tempore: Præteriens Jesus vidit hominem cęcum a natiuitate, ⁊ interrogauerunt eum discipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cęcus nasceretur? Respondit Jesus: Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestẽtur opera Dei in illo. Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est: venit nox, quando nemo potest operari. quandiu in mundo sum, lux sum mundi. Hęc cum dixisset, expuit i terram, ⁊ fecit lutum ex sputo, ⁊ liniuit lutum super oculos eius, ⁊ dixit ei: Vade, laua in natatoria Siloe, quod interpretatur Missus. Abijt ergo, ⁊ lauit, ⁊ venit videns. Itaqꝫ vicini, ⁊ qui viderãt euꝫ prius quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic est, qui sedebat, ⁊ mendicabat? Alij dicebãt: Quia hic est. Alij auteꝫ: Nequaquã, sed similis ei⁹ est. Ille vero dicebat: Quia ego sum. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit: Ille homo, qui dicitur Jesus, lutum fecit, ⁊ vnxit oculos meos, ⁊ dixit mihi: Vade ad natatoriam Siloe, ⁊ laua. Et abij, ⁊ laui, ⁊ vidi. Dixerũt ergo ei: Vbi est ille? Ait: Nescio. Adducunt euꝫ ad Phariseos, qui cęcus fuerat. Erat autem sabbatum quando lutuꝫ fecit Jesus, ⁊ aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum Pharisei quomodo vidisset. Ille auteꝫ dixit eis: Lutũ posuit mihi sup oculos, ⁊ laui, ⁊ video. Dicebant ergo ex Phariseis quidã: Nõ est hic homo a Deo, qui sabbatum nõ custodit. Alij autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hęc signa facere? Et scisma erat inter eos. Dicunt ergo cęco iterũ: Tu quid dicis de eo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia propheta est. Non crediderunt ergo Judęi de illo, quia cęcus fuisset ⁊ vidisset, donec vocauerunt parentes eius, qui viderat, ⁊ interrogauerunt eos, dicentes: Hic est filius vester, quem vos dicitis quia cęcus natus est? Quomodo ergo nunc videt? Respõderunt eis parẽtes eius, ⁊ dixerũt: Scimus quia hic est filius noster, ⁊ quia cęcus natus est: quomodo auteꝫ nunc videat, nescimus, aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus, ipsum interrogate,

ętatem

ętatem habet, ipse de se loquatur. Hęc dixerunt parentes eius, quia timebant Judęos: iam enim conspirauerant Judęi, vt si quis eũ confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt: Quia ętatem habet, ipsum interrogate. Uocauerunt ergo rursum hominem, qui fuerat cęcus, & dixerũt ei: Da gloriam Deo. nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille: Si peccator est, nescio: vnuꝫ scio, quia cuꝫ cęcus essem, modo video. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis: Dixi vobis iã, & audistis: quid iterum vultis audire? nũquid & vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus eius sis: nos autem Moysi discipuli sumus. Nos scimus quia Moysi locutus est Deus: hunc autem nescimus vnde sit. Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile est quia vos nescitis vnde sit, & aperuit oculos meos: scimus autem quia peccatores Deus non audit: sed si quis cultor Dei est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. A sęculo non est auditum quia aperuit quis oculos cęci nati. Nisi esset hic a Deo, non poterat facere quidquam. Responderunt & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit autẽ Jesus qa eiecerũt eũ foras: & cũ inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in Filium Dei? Respondit ille, & dixit: Quis est, Domine, vt credam in eum? Dixit ei Jesus: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait: Credo Domine. Et procidens adorauit eum.

Hic genuflectitur. Offertorium. Benedicite gentes Dominum Deum nostrum, & obaudite vocem Ps 65.
laudis eius: qui posuit animam meam ad vitaꝫ, & non dedit cõmoueri pedes meos: benedictus Dominus, qui non amouit deprecationem meam, & misericordiam suam a me. Secreta.

Supplices te rogamus omnipotens Deus: vt his sacrificijs peccata nostra mundentur: quia tunc veram nobis tribuis & mentis & corporis sanitatem. Per Dominum nostrũ Jesum Christũ.

Alię secretę, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.

Communio. Lutuꝫ fecit ex sputo Dñs, & Joan. 9.
liniuit oculos meos: & abij, & laui, & vidi, & credidi Deo. Postcommunio.

Sacramenta, quę sumpsimus Domine Deus noster, & spiritualibus nos repleant alimentis, & corporalibus tueantur auxilijs. Per Dominum nostrum.

Alię postcõ. vt sup. in fer. iiij. Ciner. f. 20.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Pateant aures misericordię tuę Dñe precibus supplicantium: & vt petentibus desiderata concedas: fac eos, quę tibi sunt placita, postulare. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

FERIA QVINTA. Die 30. Quadr.

Statio ad sanctum Siluestrum & Martinum. Introitus.

Lętetur cor quęrentium Ps 104. & 1. Paralip.
Dominum: quęrite Dominum, & confirmamini, quęrite faciem eius semper. Ps. Confitemini Ibid.
Domino, & inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Presta, quęsumus omnipotens Deus: vt quos ieiunia votiua castigant, ipsa quoque deuotio sancta lętificet: vt terrenis affectibus mitigatis, facilius cęlestia capiamus. Per Dominum nostruꝫ.

Alię orationes, vt in fer. iiij. Cinerũ. f. 19.

Lectio libri Regum.

In diebus illis: Uenit mulier Sunamitis ad Eliseuꝫ in montẽ Carmeli: 4. cap. 4.
cumqꝫ vidisset eam vir Dei econtra, ait ad Giezi puerũ suum: Ecce Sunamitis illa. Uade ergo in occursum eius, & dic ei: Recte ne agitur circa te, & circa virũ tuuꝫ,

⁊ circa filium tuum? Quę respondit: Re-
cte. Cumq; venisset ad virum Dei in mõ
tem, apprehendit pedes eius: ⁊ accessit
Giezi vt amoueret eã. Et ait homo Dei:
Dimitte illam: anima enim eius in amari-
tudine est, ⁊ Dominus celauit a me, ⁊ nõ
indicauit mihi. Quę dixit illi: Numquid
petiui filium a Domino meo? numquid
non dixi tibi: Ne illudas me? Et ille ait ad
Giezi: Accinge lumbos tuos, ⁊ tolle ba-
culum meum in manu tua, ⁊ vade. Si oc-
currerit tibi homo, non salutes eum: ⁊ si
salutauerit te quispiam, non respondeas
illi: ⁊ pones baculum meum super faciem
pueri. Porro mater pueri ait: Viuit Do-
minus, ⁊ viuit anima tua, non dimittam
te. Surrexit ergo, ⁊ secutus est eam. Gie-
zi autem pręcesserat ante eos, ⁊ posuerat
baculum super faciem pueri, ⁊ non erat
vox, neq; sensus: reuersusq; est Giezi in
occursum eius, ⁊ nũciauit ei, dicens: Nõ
surrexit puer. Ingressus est ergo Eliseus
domum, ⁊ ecce puer mortuus iacebat in
lectulo eius: ingressusque clausit ostium
super se, ⁊ super puerum: ⁊ orauit ad Do-
minũ. Et ascendit, ⁊ incubuit super pue-
rum: posuitque os suum super os eius, ⁊
oculos suos super oculos eius, ⁊ manus
suas super manus eius: ⁊ incuruauit se su
per eum, ⁊ calefacta est caro pueri. At ille
reuersus deambulauit ĩ domo, semel huc
atque illuc: ⁊ ascendit, ⁊ incubuit super
eum: ⁊ oscitauit puer septies, aperuitque
oculos. At ille vocauit Giezi, ⁊ dixit ei:
Voca Sunamitidem hanc. Quę vocata,
ingressa est ad eum. Cui ait: Tolle filiũ
tuũ. Venit autẽ illa, ⁊ corruit ad pedes ei⁹,
⁊ adorauit super terram: tulitque filium
suũ, ⁊ egressa est. Eliseus vero reuersus
est in Galgala. Graduale.

Ps. 7. Respice Domine in testamentum tuum,
⁊ animas pauperum tuorum ne obliuisca-
ris in finem. ℣. Exurge Domine, ⁊ iu-
dica causam meam: memor esto oppro-
brij seruorum tuorum.

Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Lucam.

In illo tempore: Ibat Jesus in ci- Cap. 7.
uitatem, quę vocatur Naim: ⁊ ibant
cum illo discipuli eius, ⁊ turba copiosa.
Cum autem appropinquaret portę ciui-
tatis, ecce defunctus efferebatur filius
vnicus matri suę: ⁊ hęc vidua erat: ⁊ tur-
ba ciuitatis multa cum illa. Quam cum
vidisset Dominus, misericordia motus
super eam, dixit illi: Noli flere. Et acces-
sit, ⁊ tetigit loculum. (Hi autem, qui por-
tabant, steterunt) Et ait: Adolescens,
tibi dico, surge. Et resedit qui erat mor-
tuus, ⁊ cępit loqui. Et dedit illum matri
suę. Accepit autem omnes timor: ⁊ ma-
gnificabant Deum, dicentes: Quia pro-
pheta magnus surrexit in nobis: ⁊ quia
Deus visitauit plebem suam.

Offert. Domine ad adiuuandũ me festi- Ps. 70.
na: confundantur omnes aduersum me,
qui cogitant seruis tuis mala. Secreta.

Purifica nos misericors Deus: vt
Ecclesię tuę preces, quę tibi gratę
sunt, pia munera deferentes, fiant expia-
tis mentibus gratiores. Per Dominum
nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Alię secretę, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.

Cõmu. Domine memorabor iustitię tuę Ps. 69.
solius: De⁹ docuisti me a iuuentute mea:
⁊ vsque in senectam, ⁊ senium: Deus ne
derelinquas me. Postcommunio.

Cælestia dona capientibus, quęsu-
mus Domine, non ad iudiciũ pro-
uenire patiaris, quę fidelibus tuis ad re-
medium prouidisti. Per Dominum no-
strum Jesum Christum Filium tuum.

Alię postcõm. vt in fer. iiij. Cinerũ. f. 20.

Super populum. Oremus. Humiliate
capita vestra Deo. Oratio.

Populi tui Deus institutor ⁊ rector:
peccata, quibus impugnatur, expel
le: vt semper tibi placitus, ⁊ tuo munimi-
ne sit securus. Per Dominum nostrum
Jesum Christum Filium tuum.

Die 31. Quadr. FERIA SEXTA.

Statio ad sanctum Eusebium. Introitus.

ps. 18. Editatio cordis mei in conspectu tuo semper: Domine adiutor meus, & redemptor meus.
Ibidem. ps. Celi enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum.
℣. Gloria Patri, & Filio. Oratio.

Deus, qui ineffabilibus mundum renouas sacramentis: presta quesumus: vt Ecclesia tua & eternis proficiat institutis, & temporalibus non destituatur auxilijs. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum.

Alie orationes, vt in fe. iiij. Cinerum f. 19.

Lectio libri Regum.

3. Reg. Cap. 17. In diebus illis: Ægrotauit filius mulieris matris familias, & erat languor fortissimus ita vt non remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad Eliam: Quid mihi & tibi vir Dei? ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates mee, & interficeres filium meum? Et ait ad eam Elias: Da mihi filium tuum. Tulitque eum de sinu eius, & portauit in cenaculum vbi ipse manebat, & posuit super lectulum suum. Et clamauit ad Dominum, & dixit: Domine Deus meus, etiam ne viduam, apud quam ego vtcumque sustentor, afflixisti vt interficeres filium eius? Et expandit se atque mensus est super puerum tribus vicibus, clamauitque ad Dominum, & ait: Domine Deus meus, reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius. Et exaudiuit Dominus vocem Elie: & reuersa est anima pueri intra eum, & reuixit. Tulitque Elias puerum, & deposuit eum de cenaculo in inferiorem domum, & tradidit matri sue, et ait illi: En viuit filius tuus. Dixitque mulier ad Eliam: Nunc, in isto cognoui quoniam vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum est.

Grad. Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine. ℣. Bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus. ps. 117.

Tractus. Domine, non secundum peccata nostra, que fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ps. 102.
℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue, quia pauperes facti sumus nimis. ps. 87. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euang. secundum Joannem.

Joan. 11. In illo tempore. Erat quidam languens Lazarus a Bethania, de castello Marie, & Marthe sororis eius. (Maria autem erat, que vnxit Dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur.) Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes: Domine, ecce quem amas infirmatur. Audiens autem Jesus dixit eis: Infirmitas hec non est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur Filius Dei per eam. Diligebat autem Jesus Martham, & sororem eius Mariam, & Lazarum. Ut ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. deinde post hec dixit discipulis suis: Eamus in Judeam iterum. Dicunt ei discipuli: Rabbi, nunc querebant te Judei lapidare, & iterum vadis illuc? Respondit Jesus: Nonne duodecim sunt hore diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt: si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. Hec ait, & post hec dixit eis: Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt a somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius: Domine, si dormit, saluus erit. Dixerat autem Jesus de morte eius: illi autem putauerunt quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo Jesus dixit eis manifeste: Lazarus

mortuus est: & gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam non eram ibi. sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiscipulos: Eamus & nos, vt moriamur cum eo. Venit itaque Jesus: & inuenit eum quattuor dies iam in monumēto habētē. (Erat autem Bethania iuxta Jerosolymam quasi stadijs quindecim.) Multi autem ex Judęis venerant ad Martham, & Mariam, vt cōsolarētur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit quia Jesus venit, occurrit illi: Maria autem domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Jesum: Dñe, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus: sed & nunc scio quia quęcumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Jesus: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dixit ei Jesus: Ego sum resurrectio, & vita: qui credit in me, etiam si mortu[9] fuerit, viuet: & omnis, qui viuit, & credit in me, non morietur in ęternum. Credis hoc? Ait illi: Vtique Domine, ego credidi, quia tu es Christus fili[9] Dei viui, qui in hunc mundū venisti. Et cū hęc dixisset, abijt, & vocauit Mariam sororem suam silentio, dicens: Magister adest, & vocat te. Jlla vt audiuit, surgit cito, & venit ad eum: nondum enim venerat Jesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco, vbi occurrerat ei Martha. Judęi ergo, qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, cum vidissent Mariam quia cito surrexit, & exijt, secuti sunt eam dicentes: Quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi. Maria ergo, cum venisset vbi erat Jesus, videns eum, cecidit ad pedes eius, & dixit ei: Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus. Jesus ergo, vt vidit eam plorantem, & Judęos, q venerant cum ea, plorantes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit: Vbi posuistis eum? Dicunt ei: Domine, veni, & vide. Et lacrymatus est Jesus. Dixerunt ergo Judęi: Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt: Nō poterat hic, qui aperuit oculos cęci nati, facere vt hic non moreretur? Jesus ergo rursum fremēs in semetipso, venit ad monumentum. erat autem spelunca: & lapis superpositus erat ei. Ait Jesus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror eius, qui mortuus fuerat: Domine, iam fętet, quatriduanus est enim. Dicit ei Jesus: Nonne dixi tibi quoniam si credideris, videbis gloriam Dei? Tulerunt ergo lapidem: Jesus autem eleuatis sursum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi quoniam audisti me. ego autem sciebam quia semper me audis, sed propter populum, qui circumstat, dixi: vt credant quia tu me misisti. Hęc cum dixisset, voce magna clamauit: Lazare veni foras. Et statim prodijt q fuerat mortuus, ligatus pedes, & manus institis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Jesus: Soluite eum, & sinite abire. Multi ergo ex Judęis, qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant quę fecit Jesus, crediderunt in eum.

Offertorium. Populum humilem saluum facies Domine, & oculos superborum humiliabis: quoniam quis Deus pręter te Domine? Ps. 13.

Secreta.

Munera nos Dñe, quęsum[9], oblata purificēt: & te nobis iugiter faciant esse placatum. Per Dominum nostrum.

Alię secretę, vt in feria iiij. Cinerum. f. 20.

Communio. Videns Dominus flentes sorores Lazari ad monumentum, lacrymatus est corā Judęis, & exclamauit: Lazare veni foras: & prodijt ligatus pedes, & man[9] institis, qui fuerat quatriduanus mortuus. Joā. 11.

Postcommunio.

Hæc nos, quęsumus Domine, participatio sacramenti, & a proprijs reatibus indesinēter expediat, & ab omnibus tueatur aduersis. Per Dñm nostrum.

Alię

Alię postcom. vt in fer. iiij Cinerũ. f. 20.
Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

O Da nobis, quęsumus omnipotens Deus: vt qui infirmitatis nostrę conscij, de tua virtute cõfidimus, sub tua semper pietate gaudeamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Die 32. Quadr. SABBATO.

Statio ad sanctũ Nicolaum in carcere.

Introitus.

Isa. 55. Sitiẽtes venite ad aquas, dicit Dominus: ꝛ qui non habetis pretiũ, venite, ꝛ bibite cum lętitia. Ps. 77. Ps. Attendite popule meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Gloria Patri, ꝛ Filio. Oratio.

Fiat, quęsumus Domine, per gratiam tuam fructuosus nostrę deuotionis affectus: quia tunc nobis proderunt suscepta ieiunia, si tuę sint placita pietati. Per Dominum nostrum Jesũ.

Alię orões, vt sup. in fer. iiij. Ciner. f. 19.

Lectio Isaię prophetę.

Cap. 49. Hęc dicit Dominus: In tẽpore placito exaudiui te, ꝛ in die salutis auxiliatus sũ tui: ꝛ seruaui te, ꝛ dedi te in fędus populi, vt suscitares terram, ꝛ possideres hereditates dissipatas: vt diceres his, qui vincti sunt: Exite: ꝛ his, qui in tenebris: Reuelamini. Super vias pascentur, ꝛ in omnibus planis pascua eorum. Non esurient, neq; sitient, ꝛ non percutiet eos ęstus ꝛ sol: quia miserator eorum reget eos, ꝛ ad fontes aquarum potabit eos. Et ponam omnes montes meos in viam, ꝛ semitę meę exaltabuntur. Ecce isti de longe venient, ꝛ ecce illi ab Aquilone ꝛ mari, ꝛ isti de terra australi. Laudate cęli, ꝛ exultet terra, iubilate montes laudem: quia consolatus est Dominus populum suum, ꝛ pauperum suorum miserebitur. Et dixit Sion: Dereliquit me Dominus, ꝛ Dominus oblitus est mei. Numquid obliuisci potest mulier infantẽ suum, vt non misereatur filio vteri sui? ꝛ si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui, dicit Dominus omnipotens.

Graduale. Tibi Domine derelictus est pauper: pupillo tu eris adiutor. ℣. Ut quid Domine recessisti longe, despicis in opportunitatibus, in tribulatione? dum superbit impius, incenditur pauper. Ps. 9.

Sequentia sancti Euangelij sm Joãnẽ.

In illo tempore: Dicebat Jesus turbis Judęorum: Ego sum lux mũdi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitę. Dixerunt ergo ei Pharisęi: Tu de teipso testimoniũ phibes: testimoniũ tuum non est verum. Respõdit Jesus, ꝛ dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meũ: quia scio vnde veni, ꝛ quo vado: vos autem nescitis vnde venio, aut quo vado. Uos secundum carnem iudicatis: ego nõ iudico quemquã: ꝛ si iudico ego, iudicium meum verũ est, quia solus nõ sũ: sed ego, ꝛ qui misit me, Pater. Et in lege vestra scriptũ est, quia duorũ hominũ testimoniũ verum est. Ego sum, qui testimoniũ perhibeo de meipso: ꝛ testimoniũ perhibet de me, q misit me, Pater. Dicebãt ergo ei: Ubi est Pater tuus? Respondit Jesus: Neq; me scitis, neq; Patrem meum: si me sciretis, forsitan ꝛ Patrem meum sciretis. Hęc verba locutus est Jesus in gazophylatio, docens in templo: ꝛ nemo apprehendit eũ, quia necdum venerat hora eius. Cap. 8.

Offertorium.

Factus est Dominus firmamẽtũ meũ, ꝛ refugium meum, ꝛ liberator meus: sperabo in eum. Secreta.

Oblationibus nostris, quęsumus Domine, placare susceptis: ꝛ ad te nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates. Per Dominum nostrum. Ps. 17.

Aliç secretç, vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.

Ps. 12. Communio. Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuç ibi me collocauit: super aquam refectionis educauit me. Postcommunio.

Tua nos, quçsumus Domine, sancta purificent: & operationis suç remedio, tibi faciant esse placatos. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat.

Aliç postcõm. vt in fer. iiij. Cinerum. f. 20.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Deus, qui sperantibus in te misereri potius eligis, quam irasci: da nobis digne flere mala, quç fecimus: vt tuç consolationis gratiam inuenire mereamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum.

Die 33. Quadr. DOMINICA PASSIONIS.

Statio ad sanctum Petrum.

Ab hac Dominica Passionis, vsque ad Sabbatum sanctum exclusiue, in Missis de tempore omittitur Psal. Judica me Deus. cum Gloria Patri. sed dicto In nomine Patris. & Adiutorium. fit Confessio.

Introitus.

Ps. 42.



Judica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo, & doloso erue me: quia tu es Deus meus fortitudo mea.

Ibid. Ps. Emitte lucẽ tuam, & veritatem tuam: ipsa me deduxerũt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua. Judica me Deus. Non dicitur Gloria Patri. ad introitum vsque ad Pascha, nisi in Missa de festo si occurrerit: sed finito psalmo, absolute repetitur Introit⁹. vsque ad Psalmum. Oratio.

Quçsumus omnipotens Deus, familiam tuam propitius respice: vt te largiente regatur in corpore: & te seruante custodiatur in mente. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat.

Ab hac die vsque ad fer. v. cenç Domini, post Orationem diei dicitur, vel contra persecutores Ecclesiç Oratio. Oremus.

Ecclesiç tuç, quçsumus Domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat.

Vel pro Papa.

Deus omnium fidelium pastor & rector: famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiç tuç prçesse voluisti, propitius respice: da ei, quçsumus, verbo & exemplo, quibus prçest, proficere: vt ad vitam vna cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuũ: Qui tecum viuit. Tertia oratio non dicitur.

Lect. Ep̃lç beati Pauli Ap̃li ad Hebr.

Fratres: Christus assistens pontifex futurorum bonorum, peramplius & perfectius tabernaculum non manu factum, idest, non huius creationis: neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in Sancta, çterna redẽptione inuẽta. Si enim sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulç aspersus inquinatos sanctificat ad emũdationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritũ sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emũdabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendũ Deo viuenti? Et ideo noui testamenti mediator est: vt morte intercedẽte, in redemptionem earũ prçuaricationum, quç erant sub priori testamento, repromissionem accipiant qui vocati sunt çternç hereditatis. In Christo Jesu Dño nostro. Capi. 9. Graduale.

Eripe me Domine de inimicis meis: do- Ps. 142.

ce me facere voluntatem tuam. ℣. Liberator meus Domine de gentibus iracundis: ꝛ ab insurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me.

Ps. 128. Tractus. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. ℣. Dicat nunc Israel, sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. ℣. Etenim non potuerunt mihi: supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. ℣. Prolongauerunt iniquitates suas: Dñs iustus concidit ceruices peccatorum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Joannem.

Cap. 8.



In illo tpe: Dicebat Jesus turbis Judeorum, ꝛ principibus sacerdotum: Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos nõ auditis, quia ex Deo non estis. Responderũt ergo Judei, ꝛ dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, ꝛ demonium habes: Respõdit Jesus: Ego demoniuꝫ non habeo: sed honorifico Patreꝫ meum, ꝛ vos inhonorastis me. Ego autem non quero gloriam meam: est qui querat, ꝛ iudicet. Amen, amen dico vobis: siquis sermoneꝫ meum seruauerit, mortem non videbit in eternum. Dixerunt ergo Judei: Nũc cognouimus quia demonium habes. Abraham mortuuꝫ est, ꝛ Prophete: ꝛ tu dicis: Siquis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in eternum. Numquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuꝰ est? ꝛ ꝓphete mortui sunt. Quem teipsum facis? Respondit Jesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est: est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis quia Deuꝫ vester est, ꝛ nõ cognouistis eum: ego autem noui eum: Et si dixero quia non scio eum, ero similis vobis, mendax. Sed scio eum, ꝛ sermonem eius seruo. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meuꝫ: vidit, ꝛ gauisus est. Dixerunt ergo Judei ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, ꝛ Abraham vidisti? Dixit eis Jesus: Amẽ amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum: Jesus autem abscondit se, ꝛ exiuit de templo. Credo.

Offertorium. Confitebor tibi Domine in toto corde meo: retribue seruo tuo: vt viuam, ꝛ custodiam sermones tuos: viuifica me secunduꝫ verbum tuum Domine. Ps. 118.

Secreta.

Hec munera, quesumus Domine, ꝛ vincula nostre prauitatis absoluãt: ꝛ tue nobis misericordie dona cõcilient. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate Spiritus sancti. Alie sec. Cõtra persecutores Ecclesie. Oremus.

Protege nos Domine tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inherentes, ꝛ corpore tibi famulemur, ꝛ mente. Per Dominum nostrum Jesuꝫ Christum filium tuum: Qui tecum viuit, ꝛ regnat in vnitate Spiritus sancti Deus.

Vel pro Papa.

Oblatis, quesumus Domine, placare muneribus: ꝛ famulum tuum N. quem pastoreꝫ Ecclesie tue preesse voluisti, assidua ꝓtectione guberna. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate Spiritus sancti Deus.

Prefatio. Qui salutem. folio 82.

Et dicitur vsque ad feriam v. in cena Domini inclusiue, etiam in festis.

Communio. Hoc corpus quod pro vobis tradetur, hic calix noui testamenti est in meo sanguine, dicit Dominꝰ: hoc faci- Lu. 22. 2. Cor. 11

te, quotiescumque sumitis, in meam commemorationem. Postcommunio.

Adesto nobis Domine Deus noster: et quos tuis mysterijs recreasti, perpetuis defende subsidijs. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit, et regnat in vnitate Spiritus sancti Deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Altera Postcommunio. Vel Contra persecutores Ecclesie. Oremus.

Quesumus Domine Deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit, et regnat in vnitate Spiritus sancti Deus: Per omnia secula seculorum. Amen.

Vel pro Papa.

Haec nos, quesumus Domine, diuini sacramenti perceptio protegat: et famulum tuum N. quem pastorem ecclesie tue preesse voluisti, vna cum commisso sibi grege, saluet semp. et muniat. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit, et regnat in vnitate Spiritus sancti Deus.

Post Dominus vobiscum. dicitur Benedicamus Domino.

Dies 24 Quadr. FERIA SECVNDA.

Statio ad sanctum Chrysogonum. Non dicitur Judica me Deus. Introitus.

pa. 55. 

Miserere mei Domine, quoniam conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. Psalm.

Ibidem Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me. Miserere mei Domine. Oratio.

Sanctifica, quesumus Domine, nostra ieiunia: et cunctarum nobis indulgentiam propitius largire culparum. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum.

Postea Ecclesie. vel Deus omnium. vt supra in Dominica Passionis.

Lectio Jone prophete.

In diebus illis. Factum est verbum Domini ad Jonam prophetam secundo, dicens: Surge, et vade in Niniuen ciuitatem magnam: et predica in ea predicationem, quam ego loquor ad te. Et surrexit Jonas, et abijt in Niniuen iuxta verbum Domini: et Niniue erat ciuitas magna itinere trium dierum. Et cepit Jonas introire in ciuitatem itinere diei vnius: et clamauit, et dixit: Adhuc quadraginta dies, et Niniue subuertetur. Et crediderunt viri Niniuite in Deum: et predicauerunt ieiunium, et vestiti sunt saccis a maiore vsque ad minorem. Et peruenit verbum ad regem Niniue: et surrexit de solio suo, et abiecit vestimentum suum a se, et indutus est sacco, et sedit in cinere. Et clamauit, et dixit in Niniue ex ore regis, et principum eius, dicens: Homines, et iumenta, et boues, et pecora non gustent quidquam: nec pascantur, et aquam non bibant. Et operiantur saccis homines, et iumenta, et clament ad Dominum in fortitudine, et conuertatur vir a via sua mala, et ab iniquitate, que est in manibus eorum. Quis scit si conuertatur, et ignoscat Deus: et reuertatur a furore ire sue, et non peribimus? Et vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala: et misertus est populo suo Dominus Deus noster. Cap. 3.

Graduale. Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei. ℣. Deus in nomine tuo saluum me fac: et in virtute tua libera me. Tractus. pa. 53.

Domine non secundum peccata nostra, que fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus pa. 102. pa. 78.

ce me facere voluntatem tuam. ℣. Liberator meus Domine de gentibus iracūdis: & ab insurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me.

Ps 128. **Tractus.** Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. ℣. Dicat nunc Israel, sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. ℣. Etenim non potuerunt mihi: supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. ℣. Prolongauerunt iniquitates suas: Dñs iustus concidit ceruices peccatorum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Joannem.

Cap. 8.



In illo tempore: Dicebat Jesus turbis Judeorum, & principibus sacerdotum: Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico quare non creditis mihi? Qui ex Deo est verba Dei audit. Propterea vos nō auditis, quia ex Deo non estis. Responderunt igit̃ Judei, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & demonium habes? Respondit Jesus: Ego demonium non habeo: sed honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me. Ego autem non quero gloriam meā: est qui querat, & iudicet. Amen, amen dico vobis: siquis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in eternum. Dixerunt ergo Judei: Nunc cognouimus quia demonium habes. Abraham mortuus est, & Prophete: & tu dicis: Siquis sermonem meū seruauerit, non gustabit mortem in eternum. Numquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? & prophete mortui sunt. Quem teipsum facis? Respondit Jesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis quia Deus vester est, & non cognouistis eum: ego autem noui eum. Et si dixero quia non scio eum, ero similis vobis, mendax. Sed scio eum, & sermonem eius seruo. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum: vidit, & gauisus est. Dixerunt ergo Judei ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis Jesus: Amen amē dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum: Jesus autem abscondit se, & exiuit de templo. Credo.

Offertorium. Confitebor tibi Domine in toto corde meo: retribue seruo tuo: vt viuam, & custodiam sermones tuos: viuifica me secundum verbū tuum Domine. Ps 10.

Secreta.

Hec munera, quesumus Domine, & vincula nostre prauitatis absoluant: & tue nobis misericordie dona concilient. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia. **Alie secrete.**

Contra persecutores Ecclesie. Oremus.

Protege nos Domine tuis mysterijs seruiētes: vt diuinis rebus inherentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per Dominum nostrū Jesū Christum filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus.

Vel pro Papa.

Oblatis, quesumus Domine, placare muneribus: & famulum tuum N. quem pastorē Ecclesie tue preesse voluisti, assidua ꝓtectione guberna. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus.

Prefatio. Qui salutem. folio 82.

Et dicitur vsque ad feriam v. in cena Domini inclusiue.

Communio. Hoc corpus quod pro vobis tradetur, hic calix noui testamenti est in meo sanguine, dicit Domin⁹: hoc facite, Luc. 22. 1. Cor. 11.

te, quotiescumque sumitis, in meam commemorationem. Postcommunio.

Adesto nobis Domine Deus noster: et quos tuis mysterijs recreasti, perpetuis defende subsidijs. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit, et regnat in vnitate Spiritus sancti Deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Altera Postcommunio. Uel Contra persecutores Ecclesie. Oremus.

Quesumus Domine Deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit, et regnat in vnitate Spiritus sancti Deus: Per omnia secula seculorum. Amen.

Uel pro Papa.

Haec nos, quesumus Domine, diuini sacramenti perceptio protegat: et famulum tuum N. quem pastorem ecclesie tue preesse voluisti, vna cum commisso sibi grege, saluet semper, et muniat. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit, et regnat in vnitate Spiritus sancti Deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Post Dominus vobiscum. dicitur Benedicamus Domino.

Die 34. Quadr. FERIA SECVNDA.

Statio ad sanctum Chrysogonum. Non dicitur Iudica me Deus. Introitus.

Ps 55. Miserere mihi Domine, quoniam conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. Psalm.

Ibidem. Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me. Miserere mihi Domine. Oratio.

Sanctifica, quesumus Domine, nostra ieiunia: et cunctarum nobis indulgentiam propitius largire culparum. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum.

Postea Ecclesie. vel Deus omnium. vt supra in Dominica Passionis.

Lectio Jone prophete.

In diebus illis: Factum est verbum Ca. 3.
Domini ad Jonam prophetam secundo, dicens: Surge, et vade in Niniue ciuitatem magnam: et predica in ea predicationem, quam ego loquor ad te. Et surrexit Jonas, et abijt in Niniue iuxta verbum Domini: et Niniue erat ciuitas magna itinere dierum trium. Et cepit Jonas introire ciuitatem itinere diei vnius: et clamauit, et dixit: Adhuc quadraginta dies, et Niniue subuertetur. Et crediderunt viri Niniuite in Dominum: et predicauerunt ieiunium, et vestiti sunt saccis a maiore vsque ad minorem. Et peruenit verbum ad regem Niniue: et surrexit de solio suo, et abiecit vestimentum suum a se, et indutus est sacco, et sedit in cinere. Et clamauit, et dixit in Niniue ex ore regis, et principum eius, dicens: Homines, et iumenta, et boues, et pecora non gustent quidquam: nec pascantur, et aquam non bibant. Et operiantur saccis homines, et iumenta, et clament ad Dominum in fortitudine, et conuertatur vir a via sua mala, et ab iniquitate, que est in manibus eorum. Quis scit si conuertatur, et ignoscat Deus: et reuertatur a furore ire sue, et non peribimus? Et vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala: et misertus est populo suo Dominus Deus noster.

Graduale. Deus exaudi orationem meam: Ps 53.
auribus percipe verba oris mei. ℣. Deus in nomine tuo saluum me fac: et in virtute tua libera me. Tractus.

Domine non secundum peccata nostra, Ps 102.
que fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne Ps 78.
memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos

Deus salutaris noster ꝛ ꝑpter gloriã nominis tui Dñe libera nos: ꝛ propiti⁹ esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euang. secundum Joannem.

Cap. 7. IN illo tempore: Miserunt principes ꝛ Pharisei ministros vt apprehenderent Jesum. Dixit ergo eis Jesus: Adhuc modicum tempus vobiscum sum: ꝛ vado ad eum, qui misit me. Queretis me, ꝛ non inuenietis: ꝛ vbi sum ego, vos non potestis venire. Dixerunt ergo Judei ad semetipsos: Quo hic iturus est, quia non inueniemus eum? numquid in dispersionem Gentium iturus est, ꝛ docturus Gentes? Quis est hic sermo, quem dixit: Queretis me, ꝛ non inuenietis: ꝛ vbi ego sum, vos non potestis venire? In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Jesus, ꝛ clamabat, dicens: Si quis sitit,
Prou. 18. veniat ad me, ꝛ bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aque viue. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Offertorium.

Ps. 6. Domine cõuertere, ꝛ eripe animã meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. Secreta.

COncede nobis Dñe Deus noster: vt hec hostia salutaris ꝛ nostrorum fiat purgatio delictorum: ꝛ tue propitiatio maiestatis. Per Dominum nostrum.

Deinde Protege. vel Oblatis. fol. 43.

Ps. 23. Communio. Dominus virtutum ipse est rex glorie. Postcommunio.

SAcramẽti tui, quesumus Domine, participatio salutaris, ꝛ purificationem nobis tribuat, ꝛ medelam. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Deinde Quesum⁹ D. 43. vel Hec nos.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

DA, quesum⁹ Domine, populo tuo salutẽ mentis, ꝛ corporis: vt bonis operibus inherendo, tua semper mereatur protectione defendi. Per Dominũ.

FERIA TERTIA. Die 35. Quadr

Statio ad sanctum Cyriacum. Non dicitur Judica me Deus. Introitus.

EXpecta Dñm: viriliter age, ꝛ confortetur cor tuũ, ꝛ sustine Dñm. Ps. 26. Ps. Dñs illuminatio mea ꝛ salus mea: quem timebo? Ibidem. Expecta Dñm. Oro.

NOstra tibi, quesumus Dñe, sint accepta ieiunia: que nos ꝛ expiando, gratia tua dignos efficiant: ꝛ ad remedia perducant eterna. Per Dominum.

Deinde Ecclesie. vel Deus oium. f. 43. vt in Dominica Passionis.

Lectio Danielis prophete.

IN diebus illis: Cõgregati sunt Babylonij ad regẽ, ꝛ dixerũt ei: Trade nobis Danielẽ, q bel destruxit, ꝛ draconẽ interfecit, alioquin interficiemus te, ꝛ domum tuam. Cap. 14 Uidit eego rex quod irruerẽt in eum vehementer: ꝛ necessitate compulsus tradidit eis Danielem. Qui miserunt eum in lacũ leonum, ꝛ erat ibi sex diebus. Porro in lacu erant leones septem, ꝛ dabantur eis quotidie duo corpora, ꝛ due oues: ꝛ tunc non data sunt eis, vt deuorarent Danielẽ. Erat autem Habacuc propheta ĩ Judea, ꝛ ipse coxerat pulmentũ, ꝛ intriuerat panes in alueolo: ꝛ ibat in campũ vt ferret messoribus. Dixitq; Angelus Dñi ad Habacuc: Fer prandiũ, quod habes, Danieli in Babylonem, qui est in lacu leonũ. Et dixit Habacuc: Domine, Babylonem non vidi, ꝛ lacum nescio. Et apprehendit eum Angelus Dñi in vertice eius, ꝛ portauit eum capillo capitis sui, posuitq; eum in Babylonem supra lacum in impetu spiritus sui. Et clamauit Habacuc, dicens: Daniel serue Dei, tolle prãdiũ, quod misit tibi Deus. Et ait Daniel: Recordatus es mei Dñe Deus meus, ꝛ non dereliquisti diligentes te. Surgẽsq; Daniel comedit. Porro Angelus Domini restituit Habacuc confestim in locũ suum.

suum. Venit ergo rex die septimo vt lugeret Danielem: et venit ad lacum, et introspexit, et ecce Daniel sedens in medio leonum. Et exclamauit rex voce magna, dicens: Magnus es Domine Deus Danielis. Et extraxit eum de lacu. Illos autem, qui perditionis eius causa fuerant, intromisit in lacum, et deuorati sunt in momento coram eo. Tunc rex ait: Paueant omnes habitantes in vniuersa terra Deum Danielis: quia ipse est Saluator faciens signa, et mirabilia in celo et in terra: qui liberauit Danielem de lacu leonum.

Ps. 42. Graduale. Discerne causam meam Domine: ab homine iniquo, et doloso eripe me. ℣. Emitte lucem tuam, et veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, et adduxerunt in montem sanctum tuum.

Sequentia sancti Euang. sm Joannem.

Cap. 7. In illo tpe: Ambulabat Jesus i Galileam, nō enim volebat in Judeam ambulare: quia querebant eum Judei interficere. Erat autem in proximo dies festus Judeorum, Scenophegia. Dixerunt autem ad eū fratres eius: Transi hinc, et vade in Judeā, vt et discipuli tui videāt opera tua, que facis. Nemo quippe in occulto quidquā facit, et querit ipse in palā esse: si hec facis, manifesta teipsum mundo. Neque enim fratres eius credebant in eū. Dixit ergo eis Jesus: Tēpus meū nondum aduenit: tempus autem vestrū semper est paratum. Nō potest mūdus odisse vos: me autem odit: quia ego testimoniū perhibeo de illo quod opera eius mala sūt. Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendam ad diem festum istū: quia tempus meum nondum impletum est. Hec cum dixisset, ipse mansit in Galilea. Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc et ipse ascendit ad diem festum non manifeste, sed quasi in occulto. Judei ergo querebāt eū in die festo, et dicebāt: Vbi est ille? Et murmur multū erat de eo in turba. Quidam enim dicebant: Quia bonus est. Alij autem dicebant: Non, sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Judeorum.

Offertorium. Sperent in te omnes, qui Ps. 9. nouerunt nomen tuum Domine: quoniā non derelinquis querētes te: psallite Domino qui habitat in Sion: quoniā nō est oblitus orationes pauperum. Secreta.

Hostias tibi Dñe deferimus immolandas: que temporalem cōsolationem significent, vt promissa non desperemus eterna. Per Dominum nostrum.

Deinde Protege nos Domine. vel Oblatis quesumus Domine. fol. 43.

Commu. Redime me, Deus Israel, ex Ps. 24. omnibus angustijs meis. Postcomm.

Da, quesumus omnipotens Deus: vt, que diuina sunt iugiter exequentes, donis mereamur celestibus propinquare. Per Dominum nostrum.

Deinde Quesumus. vel Hec nos. f. 43.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Da nobis, qs Dñe, perseuerantē in tua voluntate famulatum: vt in diebus nostris, et merito et numero, populus tibi seruiens augeatur. Per Dominum.

FERIA QVARTA.

Statio ad sanctum Marcellum. Non dicitur Judica me Deus. Introitus.

Liberator me⁹ de Gentibus iracūdis: ab insurgētibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me Dñe. Ps. Diligam te Dñe fortitudo mea: Dñs firmamētū meū, et refugiū meū et liberator meus. Liberator meus. Oro.

Sanctificato hoc ieiunio, Deus tuorum corda fidelium miserator illustra: et quibus deuotionis prestas affectum, prebe supplicantibus pium benignus auditum. Per Dominum nostrū Jesum Christum Filium tuum. etc.

Deinde Ecclesie. vel Deus oium. fo. 43.

Lectio

Lectio libri Leuitici.

Cap. 19 In diebus illis: Locutus est Domi-
nus ad Moysen, dicens: Loquere
ad vniuersum cętum filiorum Israel, ꝛ di-
ces ad eos: Ego Dominus Deus ve-
ster. Non facietis furtum. Non mentie-
mini, nec decipiet vnusquisque proximu3
suum. Non periurabis in nomine meo,
nec pollues nomen Dei tui. Ego Do-
minus. Non facies calumniam proximo
tuo, nec vi opprimes eum. Non morabi-
tur opus mercenarij tui apud te vsq3 ma-
ne. Non maledices surdo, nec coram cę-
co pones offendiculū: sed timebis Dñm
Deū tuu3, q2 ego sum Dñs. Non facies
quod iniquū est, nec iniuste iudicabi3. Nō
consideres personā pauperis, nec hono-
res vultū potentis. Iuste iudica proximo
tuo. Non eris criminator, nec susurro in
populis. Non stabis contra sanguinem
proximi tui. Ego Dñs. Nō oderis fratrē
tuū in corde tuo, sed publice argue eū, ne
habeas super illo peccatū. Nō quęras vl-
tionē nec memor eris iniurię ciuiū tuorū.
Diliges amicum tuum sicut teipsu3. ego
Dñs. Leges meas custodite. Ego enim
sum Dominus Deus vester. Graduale.

Ps. 29. Exaltabo te Dñe, qm̄ suscepisti me: nec
delectasti inimicos meos sup me. ℣. Dñe
Deus meus clamaui ad te, ꝛ sanasti me:
Dñe abstraxisti ab inferis animam meam:
saluasti me a descendentibus in lacum.

Ps. 102. Tractus. Domine, non secundum pec-
cata nostra quę fecimus nos: neq3 secun-
du3 iniquitates nostras retribuas nobis.
Ps. 78. ℣. Domine ne memineris iniquitatū no-
strarum antiquarum cito anticipent nos
misericordię tuę, quia pauperes facti su-
mus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salu-
taris noster, ꝛ propter gloriam nominis
tui Dñe libera nos: ꝛ propitius esto pec-
catis nostris propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euang. sm Ioannem.

Ca. 10. In illo tempore: Facta sunt Encęnia
in Ierosolymis: ꝛ hiems erat. Et
ambulabat Iesus in templo, in portico
Salomonis. Circumdederunt ergo eu3
Iudęi, ꝛ dicebant ei: Quousq3 animā no-
stram tollis? si tu es Christus, dic nobis
palam. Respondit eis Iesus: Loquor vo
bis, ꝛ non creditis. opera, quę ego facio
in nomine Patris mei, hęc testimonium
perhibent de me: sed vos non creditis,
quia nō estis ex ouibus meis. Oues meę
vocem meam audiunt: ꝛ ego cognosco
eas, ꝛ sequuntur me: ꝛ ego vitam ęternam
do eis: ꝛ non peribunt in ęternum, ꝛ non
rapiet eas quisquam de manu mea. Pa-
ter meus qđ dedit mihi, maius omnibus
est: ꝛ nemo potest rapere de manu Pa-
tris mei. Ego, ꝛ Pater vnum sumus.
Sustulerunt ergo lapides Iudęi, vt la-
pidarent eu3. Respondit eis Iesus: Mul-
ta bona opera ostendi vobis ex Patre
meo, propter quod eorum opus me lapi-
datis? Responderunt ei Iudęi: De bono
opere non lapidamus te, sed de blasphe-
mia: ꝛ quia tu homo cum sis, facis teipsu3
Deu3. Respondit eis Iesus: Nonne scri-
ptu3 est in lege vestra: Ego dixi, dij estis? Ps. 18.
Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei
factus est, ꝛ nō potest solui scriptura: quē
Pater sanctificauit, ꝛ misit in mundum,
vos dicitis: Quia blasphemas: quia di-
xi, Filius Dei sum? Si non facio opera
Patris mei, nolite credere mihi. Si au-
tem facio: ꝛ si mihi non vultis credere, o-
peribus credite, vt cognoscatis, ꝛ creda-
tis quia in me est Pater, ꝛ ego in Patre.

Offertoriu3. Eripe me de inimicis meis Ps. 58.
Deus meus: ꝛ ab insurgentibus in me li-
bera me Domine. Secreta.

Annue nobis misericors Deus: vt
hostias placationis ꝛ laudis, since-
ro tibi deferamus obsequio. Per Dñm.
Deinde Protege. vel Oblatis. fol. 43.

Commu. Lauabo inter innocentes ma- Ps. 25.
nus meas, ꝛ circumdabo altare tuū Dñe:
vt audiam vocem laudis tuę, ꝛ enarrem
vniuersa mirabilia tua. Postcommunio.

Cele-

Cælestis doni benedictione percepta, supplices te Deus oĩpotens deprecamur: vt hoc idẽ nobis ⁊ sacramẽti causa sit, ⁊ salutis. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Deinde Quęsum⁹ dñe. vel Hęc nos. 43.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Adesto supplicationibus nr̃is omnipotens Deus: ⁊ quibus fiduciam sperãdę pietatis indulges, cõsuetę misericordię tribue benignus effectum. Per.

Die 37. Quadr. FERIA QVINTA.

Statio ad sanctum Apollinarem. Non dicitur Iudica me Deus. Introitus.

Dan. 3. 
Omnia, quę fecisti nobis Dñe, in vero iudicio fecisti: qa peccauimus tibi, ⁊ mandatis tuis non obediuimus: sed da gloriã nomini tuo, ⁊ fac nobiscũ ẽm multitudinem misericordię tuę.

Ps 118. Ps. Beati immaculati in via, qui ambulãt in lege Dñi. Omnia quę fecisti. Oratio.

Presta, quęsumus omnipotẽs De⁹: vt dignitas cõditionis humanę, per immoderantiã sauciata, medicinalis parsimonię studio reformetur. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Deinde Ecclesię. vel Deus oĩum. 42.

Lectio Danielis prophetę.

Cap. 3. In diebus illis: Orauit Daniel Dominum, dicens: Domine Deus noster, ne, quęsumus, tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, ⁊ ne dissipes testamentum tuum, neq; auferas misericordiam tuam a nobis propter Abraham dilectũ tuum, ⁊ Isaac seruum tuum, ⁊ Israel sanctum tuum: quibus locutus es, pollicens quod multiplicares semen eorum sicut stellas cęli, ⁊ sicut arenam, quę est in littore maris: quia Domine imminuti sumus plus quam omnes gentes, sumusque humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. Et non est in tempore hoc princeps, ⁊ propheta, ⁊ dux neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum, neq; locus primitiarum coram te, vt possimus inuenire misericordiam tuam: sed in animo contrito, ⁊ spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietum, ⁊ taurorum, ⁊ sicut in millibus agnorũ pinguium: sic fiat sacrificium nostrũ in cõspectu tuo hodie, vt placeat tibi: quoniã non est confusio confidentibus in te. Et nũc sequimur te in toto corde, ⁊ timemus te, ⁊ quęrimus faciem tuã. Ne cõfundas nos: sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam, ⁊ secundũ multitudinẽ misericordię tuę. Et erue nos in mirabilib⁹ tuis, ⁊ da gloriã nomini tuo Dñe: ⁊ confundantur oẽs, qui ostendunt seruis tuis mala, confundantur in omnipotentia tua, ⁊ robur eorum conteratur: ⁊ sciant quia tu es Dominus Deus solus, ⁊ gloriosus super omnẽ terram Domine Deus noster.

Graduale. Tollite hostias, ⁊ introite in atria eius: adorate Dominũ in aula sancta eius. ℣. Reuelabit Dominus condẽsa: ⁊ in templo eius omnes dicent gloriã. Ps 95. Ps 28.

Sequentia sancti Euangelij ẽm Lucam.

In illo tempore: Rogabat Jesũ quidam Phariseus vt manducaret cũ illo. Et ingressus domum Pharisei discubuit. Et ecce mulier, quę erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quod Jesus accubuit in domo Pharisei, attulit alabastrũ vnguenti: ⁊ stans retro secus pedes eius, lacrymis cępit rigare pedes eius, ⁊ capillis capitis sui tergebat, ⁊ osculabatur pedes eius, ⁊ vnguento vngebat. Uidens autem Phariseus, qui vocauerat eum, ait intra se, dicens: Hic si esset propheta, sciret vtique, quę, ⁊ qualis esset mulier, quę tangit eũ: quia peccatrix est. Et respondens Jesus, dixit ad illũ: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erant cuidã fœneratori: vnus debebat denarios Cap. 7.

narios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisq;. Quis ergo eu; plus diligit? Respondens Simon dixit: Æstimo quia is, cui plus donauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierẽ, dixit Simoni: Uides hanc mulierem? Intraui in domu; tua;, aquam pedibus meis non dedisti: hęc autẽ lacrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculu; mihi nõ dedisti: hęc autem ex quo intrauit, nõ cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meu; non vnxisti: hęc autẽ vnguento vnxit pedes meos. Propter qđ dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multum. Cui autẽ minus dimittitur, minus diligit. Dixit autẽ ad illa;: Remittũtur tibi peccata tua. Et cęperũt qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit: vade in pace. Offertorium.

Ps. 136. Super flumina Babylonis illic sedimus; & fleuimus: du; recordaremur tui Sion.

Secreta.

DOmine Deus noster: qui in his potius creaturis, quas ad fragilitatis nostrę subsidiũ condidisti, tuo quoq; nomini munera iussisti dicanda constitui: tribue quęsumus: vt & vitę nobis pręsentis auxilium, & ęternitatis efficiant sacramẽtum. Per Dominum nostrum Jesum.

Protege. vel Oblatis. folio 43.

Ps. 118. Cõm. Memento verbi tui seruo tuo Dñe in quo mihi spem dedisti: hęc me consolata est in humilitate mea. Postcommu.

QUod ore sumpsim⁹ Domine, pura mente capiamus: & de munere temporali, fiat nobis remedium sempiternũ. Per Dominum nostrum Jesum.

Deinde Quęsumus. vel Hęc nos. 43.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

ADsto, quęsumus Dñe propiti⁹ plebi tuę: vt, quę tibi non placent, & respuentes: tuorum repleantur delectationibus mandatorum. Per Dominum.

FERIA SEXTA. Die 38. Quadr.

Statio ad sanctum Stephanu; in Celio monte. Non dr Judica me Deus. Intr.

MIserere mei Dñe, quoniã tribulor: libera me, & eripe me de manibus inimicoru; meorum, & a persequẽtibus me: Domine nõ cõfundar, quoniam inuocaui te. Ps. In te Dñe speraui, nõ cõfundar in ęternũ: in iustitia tua libera me. Miserere mei Domine. Oratio. Ps. 30. Ibidem.

COrdibus nostris, q̃s Dñe, gratia; tua; benignus infunde: vt peccata nostra castigatione volũtaria cohibentes tẽporaliter potius maceremur, qua; suppliciis deputemur ęternis. Per Dñm.

Deinde Ecclesię. vel Deus oium. 42.

Lectio Jeremię prophetę.

IN diebus illis: Dixit Jeremias: Domine, omnes, qui te derelinquunt, confundentur: recedentes a te, in terra scribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium Dominum: Sana me Domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero: quoniam laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me: Ubi est verbum Domini? veniat. Et ego non sum turbatus, te pastorem sequẽs: & diem hominis non desideraui, tu scis. Quod egressum est de labiis meis, rectum in conspectu tuo fuit. Non sis mihi tu formidini, spes mea tu in die afflictionis. Confundantur qui me persequuntur, & non confundar ego: paueant illi, & non paueam ego: induc super eos diem afflictionis, & duplici cõtritione contere eos, Domine Deus noster. Graduale. Cap. 17

Pacifice loquebantur mihi inimici mei: & in ira molesti erant mihi. ℣. Uidisti Domine ne sileas, ne discedas a me. Tract⁹. Ps. 34.

Domine non secundum peccata nostra, quę fecimus nos: neq; secundũ iniquitates Ps. 102.

Ps 78. tes nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euang. sm Joannem.

Cap. 11 IN illo tempore: Collegerūt Pōtifices & Pharisęi concilium aduersus Jesum, & dicebāt: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eū: & venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem. Unus autem ex ipsis Caiphas nomine, cū esset Pontifex anni illius, dixit eis: Uos nescitis quicquā, nec cogitatis quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autē a semetipso non dixit: sed cū esset Pontifex anni illius, prophetauit, quia Jesus moriturus erat pro gēte, & non tantū pro gēte, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. Ab illo ergo die cogitauerūt vt interficerent eū. Jesus ergo iam non in palā ambulabat apud Judęos, sed abijt in regionem iuxta desertū, in ciuitatē, quę dicitur Ephrē, & ibi morabat cū discipulis suis.

Ps. 118. Offert. Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas, & non tradas calumniantibus me superbis: & respōdebo exprobrantibus mihi verbum. Secreta.

PResta nobis misericors Deus: vt digne tuis seruire semper altarib⁹ mereamur, & eorū perpetua participatione saluari. Per Dominum nostrū Jesum. Deinde Protege nos. vel Oblatis. 43.

Ps. 26. Communio. Ne tradideris me Domine in animas persequentiū me, quoniā insurrexerunt in me testes iniqui: & mentita est iniquitas sibi. Postcommunio.

SUmpti sacrificij Domine perpetua nos tuitio non derelinquat, & noxia semper a nobis cuncta depellat. Per Dominum nostrum Jesum. &c.

Deinde Quęsumus. vel Hęc nos. f. 43.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

COncede, quęsumus omnipotens Deus: vt, qui protectionis tuę gratiā quęrimus, liberati a malis omnibus, secura tibi mente seruiamus. Per Dñm.

SABBATO. Die 33. Quadr

Statio ad S. Joānē ante portā Latinā.

Non dicitur Judica me Deus. Introit.



MIserere mihi Dñe, quoniā tribulor: libera me, & eripe me de manibus inimicorū meorum, & a persequētibus me: Domine nō cōfundar, quoniā inuocaui te. Ps. 30. Ps. In te Dñe speraui, nō confundar in ęternū: in iustitia tua libera me. Miserere mihi Dñe. Oratio. Ibidē.

PRoficiat quęsumus Domine, plebs tibi dicata pię deuotionis affectu: vt sacris actionibus erudita, quanto maiestati tuę fit gratior, tanto donis potioribus augeatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Deinde Ecclesię tuę. vel Deus omnium. fo. 42.

Lectio Jeremię prophetę.

IN diebus illis: Dixerūt impij Judęi adinuicē: Uenite, cogitemus cōtra iustum cogitationes: nō enim peribit lex a sacerdote, neq; cōsilium a sapiente, nec sermo a propheta: venite & percutiamus eū lingua, & non attendamus ad vniuersos sermones eius. Attende Domine ad me, & audi vocem aduersariorum meorū. Numquid redditur pro bono malū, quia foderunt foueam animę meę? Recordare quod steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonū, & auerterem indignationem tuā ab eis. Propterea da filios eorum in famē: & deduc eos in manus gladij: fiant vxores eorū absq; liberis, & viduę: & viri earum interficiantur morte: iuuenes Cap. 18

narios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisq3. Quis ergo eu3 plus diligit? Respondēs Simon dixit: Æstimo qa is, cui plus donauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierē, dixit Simoni: Uides hanc mulierem? Intraui in domu3 tua3, aquam pedibus meis non dedisti: hęc autē lacrymis rigauit pedes
Die 39. Quadr meos, & capillis suis tersit. Osculu3 mihi nō dedisti: hęc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo ca-
Ps. 30. put meu3 non vnxisti: hęc autē vnguento vnxit pedes meos. Propter qđ dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniā dilexit multum. Cui autē minus dimittitur, minus diligit. Dixit autē ad illa3: Remit-
Ibidem. tuntur tibi peccata. Et cęperunt qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit: vade in pace. Offertorium.
Ps. 136. Sup flumina Babylonis illic sedim⁹, & fleuim⁹: dū recordaremur tui Siō. Secreta.

Domine Deus noster: qui in his potius creaturis, quas ad fragilitatis nostrę subsidiu3 condidisti, tuo quoq3 nomini munera iussisti dicanda constitui: tri
Cap. 18 bue quęsumus: vt & vitę nobis pręsentis auxilium, & ęternitatis efficiant sacramentum. Per Dominum nostrum Jesum.
Protege. vel Oblatis. folio 43.
Ps. 118. Cōm. Memēto verbi tui seruo tuo Dn̄e, in quo mihi spem dedisti: hęc me consolata est in humilitate mea. Postcommu.

Quod ore sumpsimus Domine, pura mente capiamus: & de munere temporali, fiat nobis remedium sempiternū. Per Dominum nostrum Jesum.
Deinde Quęsumus. vel Hęc nos. 43.
Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Adsto, quęsumus Dn̄e propitius pleb. tuę: vt, quę tibi non placent, respuentes: tuorum repleantur delectationibus mandatorum. Per Dominum.

FERIA SEXTA.

Dies 38 Quadr.

Statio ad sanctum Stephanum in Celio monte. Non dr̄ Judica me Deus. Int.



Miserere mei Dn̄e, quoniā tribulor: libera me, & eripe me de manibus inimicoru3 meorum, & a persequētibus me: Domine nō cōfundar, quo- Ps. 30.
niam inuocaui te. Ps. In te Dn̄e speraui, Ibidem.
nō confundar in ęternū: in iustitia tua libera me. Miserere mei Domine. Oratio.

Cordibus nostris, qs Dn̄e, gratiam tua3 benignus infunde: vt peccata nostra castigatione volūtaria cohibentes, tēporaliter potius maceremur, qua3 supplicijs deputemur ęternis. Per Dn̄m.
Deinde Ecclesię. vel Deus oīum. 42.

Lectio Jeremię prophetę.

In diebus illis. Dixit Jeremias: Domine, oēs, qui te derelinquunt, confundentur: recedentes a te, in terra scribē- Cap. 17.
tur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentiu3 Dominum: Sana me Domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero: quoniam laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me: Ubi est verbu3 Domini? veniat. Et ego non sum turbatus, te pastorē sequens: & diem hominis non desideraui, tu scis. Quod egressū est de laqueis meis, rectum in conspectu tuo fuit. Non sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis. Confundantur qui me persequuntur, & non confundar ego: paueant illi, & non paueam ego: induc super eos diem afflictionis, & duplici cōtritione contere eos, Domine Deus noster. Graduale.
Pacifice loquebantur mihi inimici mei: Ps 34.
& in ira molesti erant mihi. ℣. Vidisti Domine ne sileas, ne discedas a me. Tractus.
Domine non secundum peccata nostra, Ps. 102.
quę fecimus nos: neq3 secundu3 iniquitates

Ps. 78. tes nr̃as retribuas nobis. ℣. Dñe ne meminer is iniquitatũ nostrarũ antiquarũ: cito anticipẽt nos misericordię tuę, q2 pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster, ꝛ ꝓpter gloriã nominis tui Dñe libera nos: ꝛ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euang. ſm Joannem.

Cap. 11. In illo tempore. Collegerũt Pontifices ꝛ Pharisęi concilium aduersus Jesum, ꝛ dicebãt: Quid facimus, qa hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: ꝛ venient Romani, ꝛ tollent nostrum locum, ꝛ gentem. Unus autem ex ipsis Caiphas nomine, cũ esset Pontifex anni illius, dixit eis: Uos nescitis quidquã, nec cogitatis quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, ꝛ non tota gens pereat. Hoc autẽ a semetipso non dixit: sed cũ esset Pontifex anni illius, prophetauit, quod Jesus moriturus erat pro gente, ꝛ non tantũ pro gẽte, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eũ. Jesus ergo iam non in palã ambulabat apud Judęos, sed abijt in regionem iuxta desertũ, in ciuitatẽ, quę dicitur Ephrẽ, ꝛ ibi morabat̃ cũ discipulis suis.

Ps. 118. Offert. Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas, ꝛ non tradas calumniantibus me superbis: ꝛ respondebo exprobrantibus mihi verbum. Secreta.

Presta nobis misericors Deus: vt digne tuis seruire semper altarib9 mereamur, ꝛ eorum perpetua participatione saluari. Per Dominum nostrũ Jesum.

Deinde Protege nos. vel Oblatis. 43.

Ps. 26. Communio. Ne tradideris me Domine in animas persequentiũ me, quoniã insurrexerunt in me testes iniqui: ꝛ mentita est iniquitas sibi. Postcommunio.

Sumpti sacrificij Domine perpetua nos tuitio non derelinquat, ꝛ noxia semper a nobis cuncta depellat. Per D.

Deinde Quęsumus. vel Hęc nos. 43.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Concede, quęsumus omnipotens Deus: vt, qui protectionis tuę gratiã quęrimus, liberati a malis omnibus, secura tibi mente seruiamus. Per Dñm.

SABBATO. Dies 34 Quadr.

Statio ad S. Joãnẽ ante portã Latinã.

Nõ dicitur Judica me Deus. Introit.



Miserere mei Dñe, quoniã tribulor: libera me, ꝛ eripe me de manibus inimicorum meorũ, ꝛ a persequentibus me: Domine nõ cõfundar, quoniã inuocaui te. Ps. 30. Ps. In te Dñe speraui, non confundar in ęternũ: in iustitia tua libera me. Ibidem. Miserere mei Domine. Oratio.

Proficiat, quęsumus Domine, plebs tibi dicata pię deuotionis affectu: vt sacris actionibus erudita, quanto maiestati tuę fit gratior, tanto donis potioribus augeatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Deinde Ecclesię tuę. vel Deus omnium. f. 42.

Lectio Jeremię prophetę.

Cap. 18. In diebus illis. Dixerũt impij Judęi adinuicẽ: Uenite, ꝛ cogitemus ꝯtra Jeremiã cogitationes: nõ enĩ peribit lex a sacerdote, neq3 cõsilium a sapiente, nec sermo a propheta: venite ꝛ percutiamus eũ lingua, ꝛ non attendamus ad vniuersos sermones eius. Attende Domine ad me, ꝛ audi vocem aduersariorum meorũ. Numquid redditur pro bono malũ, quia foderunt foueam animę meę? Recordare quod steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonũ, ꝛ auerterem indignationem tuam ab eis. Propterea da filios eorum in famẽ, ꝛ deduc eos in manus gladij: fiant vxores eorũ absq3 liberis, ꝛ viduę: ꝛ viri earum interficiantur morte: iuuenes

uenes eorũ confodiantur gladio in ꝑlio. Audiatur clamor de domibus eorum: adduces enim super eos latronem repente: qꝛ foderunt foueam vt caperent me, ⁊ laqueos absconderũt pedibus meis. Tu autem Dñe scis omne consilium eorũ aduersum me in mortem: ne propitieris iniquitati eorum, ⁊ peccatum eorum a facie tua
Dies 39 Quadr. non deleatur: fiant corruentes in conspectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis, Domine Deus noster. Graduale.

Ps. 30. Ps. 34. Pacifice loquebantur mihi inimici mei:
Ps. 34. ⁊ in ira molesti erant mihi. ℣. Vidisti Domine, ne sileas, ne discedas a me.

Sequentia sancti Euangelij ꝭm Joannẽ.

Cap. 12. In illo tempore. Cogitauerunt principes sacerdotum vt ⁊ Lazarum in-
Ibidem. terficerent: quia multi propter illum abibant ex Judęis, ⁊ credebant in Jesum. In crastinum autem turba multa, quę venerat ad diem festum, cum audissent quia venit Jesus Jerosolymam: acceperunt ramos palmarum; ⁊ processerunt obuiam ei, ⁊ clamabant: Hosanna, benedictus, q venit in nomine Domini, Rex Israel. Et inuenit Jesus asellum, ⁊ sedit super eum, sicut scriptum est: Noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit sedens super pullum
Cap. 18. asinę. Hęc non cognouerunt discipuli eius primum: sed quando glorificatus est Jesus, tunc recordati sunt quia hęc erant scripta de eo: ⁊ hęc fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba, quę erat cum eo quando Lazarum vocauit de monumento, ⁊ suscitauit eum a mortuis. Propterea ⁊ obuiam venit ei turba: quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisęi ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus post ipsum abijt. Erant autem quidam Gentiles ex his, qui ascenderant vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserũt ad Philippũ, qui erat a Bethsaida Galilęę, ⁊ rogabant eum, dicentes: Domine volumus Jesum videre. Venit Philippus, ⁊ dicit Andreę: Andreas rursum, ⁊ Philippus dixerunt Jesu. Jesus autẽ respondit eis, dicens: Venit hora, vt clarificetur Filius hominis. Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet. si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam: ⁊ qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam ęternã custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur: ⁊ vbi ego sum, illic ⁊ minister meus erit. Siquis mihi ministrauerit, honorificabit eũ Pater meus. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicã? Pater, saluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horã hanc. Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cęlo: Et clarificaui, ⁊ iterum clarificabo. Turba ergo, quę stabat, ⁊ audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alij dicebant: Angelus ei locutus est. Respondit Jesus, ⁊ dixit: Non propter me hęc vox venit, sed propter vos. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi ejicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. (hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.) Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in ęternum: ⁊ quomodo tu dicis, Oportet exaltari Filium hominis? Quis est iste Filius hominis? Dixit ergo eis Jesus: Adhuc modicũ, lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebrę comprehendant: ⁊ qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. Hęc locutus est Jesus: ⁊ abijt, ⁊ abscondit se ab eis. Offertorium.

Benedictus es Domine, doce me iusti- Ps. 118.
ficationes tuas: ⁊ non tradas calumniantibus me superbis: ⁊ respondebo exprobrantibus mihi verbum. Secreta.


Acun-

A Cunctis nos, qs Dñe, reatibus, & periculis propitiat⁹ absolue: quos tāti mysterij tribuis esse cōsortes. Per.
Deinde Protege. vel Oblatis. folio 43.
Psa. 6. Communio. Ne tradideris me Domine in animas persequentium me, quoniaȝ insurrexerunt in me testes iniqui: & mentita est iniquitas sibi. Postcommunio.

Diuini muneris largitate satiati, quę sumus Dñe Deus noster: vt huius semper participatione viuamus. Per.
Deīde Quęsum⁹. vel Hęc nos qs. 43.
Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Tueatur, q̄sumus Dñe, dextera tua populū deprecantem, & purificatū dignanter erudiat: vt consolatione pręsenti, ad futura bona ꝓficiat. Per Do.

Die 40. Quadr. IN DIE PALMARVM.



Completa Tertia, & facta aspersione aquę more solito, sacerdos procedit indutus pluuiali violaceo, & ministri cum indumētis eiusdē coloris: & ramis in medio ante Altare, vel ad cornu Eplę positis, a choro cātatur Añ. Hosanna filio Dauid: bñdict⁹ q venit in noie Dñi. O rex Isrl: Hosāna i excelsis.
Deīde Sacerdos i altari ad cornu Eplę dicit Dñs vobis. ℞. Et cū spū tuo. Oremus. In tono oɫonis Missę ferialis. Oɫo.

Deus, quē diligere, & amare iustitia est: ineffabilis gratię tuę in nobis dona multiplica: & qui fecisti nos in morte filij tui sperare quę credimus: fac nos eodē resurgente, peruenire quo tendimus. Qui tecuȝ viuit & regnat.
Subscripta lectio cantatur a subdiacono in loco solito, in tono epistolę ferialis, & in fine osculatur manum sacerdotis.
Lectio libri Exodi.

Cap. 15. 716. In diebus illis Venerunt in Elim filij Israel vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmę: & castrametati sunt iuxta aquas. Profectique sunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Israel, in desertum Sin, quod est inter Elim & Sinai: quintodecimo die mēsis secūdi, postquā egressi sunt de Terra Ægypti. Et murmurauit omnis congregatio filioꝝ Israel ꝯtra Moysē & Aarō in solitudine. Dixeruntque filij Israel ad eos: Utinam mortui essemus per manum Dñi in Terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carniū, & comedebamus panem in saturitate: cur eduxistis nos in desertum istud, vt occideretis oēm multitudineȝ fame? Dixit auteȝ Dominus ad Moysen: Ecce ego pluam vobis panes de cęlo: egrediatur populus, & colligat quę sufficiunt per singulos dies: vt tētem eum vtrum ambulet in lege mea, an non. Die autē sexto parent quod inferāt: & sit dupluȝ quā colligere solebant per singulos dies. Dixeruntque Moyses & Aaron ad omnes filios Israel: Vespere scietis quod Dñs eduxerit vos de Terra Ægypti: & mane videbitis gloriam Domini.
Deinde cantatur pro Graduali. ℞.
Collegerunt pontifices & pharisęi concilium, & dixerunt: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit: si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent nostrum locuȝ & gentem. ℣. Unus autem ex illis Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius, prophetauit, dicens: Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Ab illo ergo die cogitauerunt interficere eum, dicentes. Et ven. Joā. 11. Joā. 11.
Vel aliud ℞. In mōte Oliueti orauit ad Patrē, Pater, si fieri potest, trāseat a me calix iste. Spiritus quidē promptus est, caro autem infirma: fiat voluntas tua. ℣. Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: fiat voluntas tua. Matth.

Dñ cantat R. Diaconus. dicto Múda cor meũ. et accepta benedictione a sacerdote, preparet se ad cantãdũ euangeliũ more solito, cum luminarijs et incenso.

Sequentia sancti Euang. ßm Matthęũ.

Cap.21. In illo tempore. Cũ appropinquasset Jesus Jerosolymis, et venisset Bethphagę ad Montẽ oliueti: tunc misit duos discipulos, dicens eis: Jte in castellũ, quod cõtra vos est, et statim inuenietis asinã alligatam, et pullũ cũ ea: soluite, et adducite mihi: et siquis vobis aliqd dixerit, dicite quia Domin⁹ his opus habet: et confestim dimittet eos. Hoc autem totũ factũ est, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: Dicite filię Sion: Ecce rex tu⁹ venit tibi mãsuetus, sedens super asinam, et pullũ filium subiugalis. Euntes autẽ discipuli, fecerunt sicut pręcepit illis Jesus. Et adduxerunt asinã, et pullum: et imposuerũt super eos vestimẽta sua, et eũ desuper sedere fecerunt. Plurima autẽ turba strauerunt vestimenta sua in via: alij autẽ cędebant ramos de arboribus, et sternebant in via, turbę autem, quę pręcedebant, et quę sequebãtur, clamabant, dicẽtes: Hosanna filio Dauid, benedict⁹, qui venit in nomine Dñi. Post hec bñdicũtur rami, et tũc dicit sacerdos. Domin⁹ vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Oremus. Orõ.

Auge fidem in te sperãtium Deus, et supplicum preces clemẽter exaudi, et veniat sup nos multiplex misericordia tua. Bñ ✠ dicantur et hi palmites palmarum seu oliuarũ: et sicut in figura Ecclesię multiplicasti Noe egredientem de arca, et Moysen exeuntẽ de Ægypto cũ filijs Jsrael: ita et nos portantes palmas et ramos oliuarum, bonis actibus occurramus obuiam Christo, et per ipsum in gaudium introeamus ęternum. Qui tecum viuit, et regnat in vnitate Spiritus sancti Deus.

Per oia secula seculorũ.

R. Amen. V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo. V. Sursum corda. R. Habemus ad Dominũ.

V. Gratias agamus Dño Deo nostro. R. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, equum et salutare: nos tibi semper et vbique gratias agere, domine sancte, Pater omnipotens, ęterne Deus.

Qui



Qui gloriaris in cõsilio sanctorum



tuorum: Tibi enim seruiunt creatu-



rę tuę: quia te solum auctorẽ ꝛ Deuz



cognoscunt: ꝛ omnis factura tua te



collaudat: ꝛ benedicũt te sancti tui.



Quia illud magnum vnigeniti tui



nomen coram regibus, ꝛ potestati-



bus huius sęculi, libera voce confi-



tentur. Cui assistunt Angeli, ꝛ Ar-



changeli, Throni, ꝛ Dominatio-



nes: cumque omni militia cęlestis



exercitus, hymnum glorię tuę con-



cinunt sine fine dicentes.

Cantatur Sanctus. a choro vt sequitur.



Sanctus, Sanctus, Sãctus Domi-



nus Deus sabaoth. Pleni sunt cęli



ꝛ terra gloria tua. Hosanna in excel-



sis. Benedictus qui venit in nomi-



ne Domini. Hosanna in excelsis.

Sequitur Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

PEtimus, Dñe sancte, Pater oĩpotens, ęterne Deus: vt hanc creaturam oliuę, quam ex ligni materia prodire iussisti, quamqꝫ colũba rediens ad arcaꝫ, proprio pertulit ore: bene ✠ dicere, sancti-

cti✠ficare digneris: vt quicūq; ex ea acceperint, accipiāt sibi protectionē animę & corporis, fiatq; Dñe, nostrę salutis remediū, tuę gratię sacramētū. Per Christum Dñm nrm. R. Amen. Oremus.

Deus, qui dispersa cōgregas, & congregata cōseruas: qui populis obuiam Jesu ramos portantibus benedixisti, bene✠dic etiam & hos ramos palmę, & oliuę, quos tui famuli ad honorem nominis tui fideliter suscipiūt: vt in quemcumque locum introducti fuerint, tuam benedictionem habitatores loci illius consequantur: & omni aduersitate effugata, dextera tua protegat, quos redemit Jesus Christus Filius tuus Dominus noster. Qui tecum viuit & regnat in sęcula sęculorum. Oremus. Oratio.

Deus, qui miro dispositionis ordine, ex rebus etiam insensibilibus, dispensationem nostrę salutis ostendere voluisti: da quęsumus: vt deuota tuorū turba fideliū salubriter intelligat, quidquid mystice designatur in facto: quę hodie cęlesti lumine afflata, Redēptori obuiā procedens, palmarum, atq; oliuarum ramos vestigijs eius substrauit. Palmarum igitur rami de mortis principe triumphos expectant, surculi vero oliuarū spiritalem vnctionem aduenisse quodammodo clamant. Intellexit enim iam tunc illa hominū beata multitudo prefigurari: quia Redēptor noster humanis cōdolēs miserijs, pro toti⁹ mūdi vita cū mortis principe esset pugnaturus, ac moriēdo triūphaturus. Et ideo talia obsequēs administrauit, quę in illo & triūphos victorię, & misericordię pinguedinē declararēt. Quod nos quoq; plena fide, & factum & significatū retinentes, te Domine sancte, Pater oṗs, ęterne De⁹, per eūdem Dñm nrm Jesum Chrm suppliciter exoramus: vt in ipso atq; per ipsum, cuius nos mēbra fieri voluisti, de mortis imperio victoriam reportantes, ipsius gloriosę resurrectionis participes esse mereamur. Qui tecum. Oremus.

Deus, qui per oliuę ramum, pacem terris columbam nunciare voluisti: pręsta q̄s, vt hos oliuę, ceterarūq; arborū ramos, cęlesti bene✠dictione sanctifices: vt cūcto populo tuo proficiant ad salutē. Per Chr̄m Dñm nrm. Oremus.

Bene✠dic, quęsum⁹ Dñe, hos palmarum, seu oliuarum ramos: & presta: vt quod populus tuus in tua veneratione, hodierna die corporaliter agit, hoc spiritualiter summa deuotione perficiat, de hoste victoriam reportādo, & opus misericordię summopere diligendo. Per Christum Dominum nostrum. R. Amē.

Hic rami asperguntur aqua benedicta, dicendo Antiphonam. Asperges me. sine cantu, & sine psalmo, & incensantur oliuę. Deinde dicit sacerdos Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Deus, qui Filiū tuū Jesum Christum Dñm nostrū pro salute nr̄a in hunc mundū misisti: vt se humiliaret ad nos, & nos reuocaret ad te: cui etiā dum Jerusalē veniret, vt adimpleret scripturas, credentiū populorū turba, fidelissima deuotione vestimenta sua cū ramis palmarum in via sternebant: pręsta q̄s: vt illi fidei viā preparemus, de qua remoto lapide offensionis & petra scandali, frondeāt apud te opera nostra iustitię ramis: vt eius vestigia sequi mereamur. Qui tecum viuit.

Postea sacerdos stās ante altare versus ad populū distribuit ramos, primo clericis, deinde laicis genuflexis, & osculantibus primo ramum, deinde manum sacerdotis: & interim a choro cantantur Añę.

Pueri Hebręorū portātes ramos oliua- Mat. 21
rū, obuiauerūt Dño, clamātes, & dicētes, Hosanna in excelsis. Alia Antiphona.

Pueri Hebręorū vestimenta prosternebāt i via: & clamabāt, dicētes: Hosanna filio Dauid: benedict⁹ q venit i noie Dñi.

Queſi non ſufficiãt, repetantur quouſqꝫ ramoꝛum diſtributio finiatur. Deinde dicit Sacerdos. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oꝛo.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui Dominũ noſtrum Jeſum Chꝛiſtũ, ſuper pullum aſinę ſedere feciſti: ⁊ turbaſ populoꝛũ veſtimenta vel ramos arboꝛum in via ſternere, ⁊ hoſanna decãtare in laudem ipſius docuiſti: da quęſumus: vt illorum innocentiam imitari poſſimus, ⁊ eorum meritum conſequi mereamur. Per eumdẽ Chꝛm̃ Dñm noſtrum. ℟. Amen.

Poſtea Diacono vertẽte ſe ad populũ, ⁊ dicente Procedamuſ in pace. ⁊ choꝛo reſpondente In Chꝛiſti nomine Amen. fit proceſſio: Subdiaconus paratus deferens crucẽ, medius inter duos accolithoſ cũ cãdelabꝛiſ accẽſis, ⁊ miniſtro deferente thuribulũ cum incenſo, quod obſeruatur in omnibuſ proceſſionibuſ, cantantur ſequẽtes Añę, vel oẽs, vel aliquę, quouſque durat proceſſio. Antiphona.

Cum appropinquaret Dominuſ Jeroſolymis, miſit duos ex diſcipulis ſuis, dicens: Jte in caſtellum, quod eſt contra vos: ⁊ inuenietis pullum aſinę alligatum, ſuper quem nullus hominum ſedit: ſoluite, ⁊ adducite mihi. Si quis vos interrogauerit, dicite: opus Domino eſt. Soluentes adduxerunt ad Jeſuꝫ: ⁊ impoſuerunt illi veſtimẽta ſua, ⁊ ſedit ſuper eũ: aliȷ̃ expãdebãt veſtimẽta ſua in via: aliȷ̃ ramos de arboꝛibus ſternebant. Et qui ſequebãtur, clamabant: Hoſanna, benedictuſ qui venit in noĩe Dñi, benedictũ regnum patris noſtri Dauid: Hoſanna in excelſis: miſerere nobiſ fili Dauid. Alia Antiph.

Cum audiſſet populus quia Jeſus venit Jeroſolymã: acceperunt ramos palmarũ: ⁊ exierunt ei obuiã, ⁊ clamabãt pueri dicentes: Hic eſt qui vẽturus eſt in ſalutẽ populi: Hic eſt ſaluſ noſtra, ⁊ redemptio Jſrael. Quãtus eſt iſte, cui thꝛoni, ⁊ dominationes occurrũt! Noli timere filia Sion, ecce rex tuus venit tibi ſedẽs ſup pullũ aſinę, ſicut ſcriptũ eſt: Salue rex fabꝛicatoꝛ mundi, qui veniſti redimere nos. Alia Añã.

Ante ſex dies ſollẽnis Paſchę, qñ venit Dñs in ciuitatẽ Jeruſalẽ, occurrerũt ei pueri, ⁊ in manibꝰ poꝛtãbãt ramoſ palmarũ: ⁊ clamabãt voce magna, dicentes: Hoſanna in excelſiſ: benedictꝰ qui veniſti in multitudine miſericoꝛdię tuę. Hoſanna in excelſis. Alia Antiph.

Occurrũt turbę cũ floꝛibꝰ, ⁊ palmis Redẽptoꝛi obuiam: ⁊ victoꝛi triumphãti digna dant obſequia. Filium Dei oꝛe gẽtes pꝛędicãt, ⁊ in laudẽ Chꝛi voces tonãt per nubila: Hoſanna in excelſis. Alia Añã.

Cum Angelis ⁊ pueris, fideleſ inueniamur triumphatoꝛi moꝛtis clamãteſ: Hoſanna in excelſis. Alia Antiphona.

Turba multa, quę conuenerat ad diem feſtũ, clamabat Domino: Benedictꝰ qui venit in noĩe Dñi: Hoſanna in excelſis.

¶ Jn reuerſione ꝓceſſio. ad eccleſiã duo vel quatuoꝛ cãtoreſ ad plꝰ intrãt, ⁊ clauſo oſtio ſtãtes verſa facie ad proceſſionẽ incipiũt. ℣. Gloꝛia, laꝰ. Et totũ decãtãt vſqꝫ ad Jſrael eſ tu rex. Sacerdos vero cũ aliȷ̃ſ ſtãtibꝰ extra Eccleſiã, repetit illud idẽ. Deinde ſtãtes intꝰ cãtãt ℣. ſequẽteſ, vel oẽs, vel partẽ, ꝓ diſpoſitione cãtoꝛũ: Et ſtãtes extra, ad quoſlibet duos verſus rñdẽt. Gloꝛia, lauſ. ſicut a pꝛincipio. ℣.

Gloꝛia, laus, ⁊ honoꝛ, tibi ſit rex Chꝛiſte redemptoꝛ.
Cui puerile decꝰ pꝛõpſit hoſanna piuꝫ.
Jſrael eſ tu rex, Dauidiſ ⁊ iclyta ꝓleſ:
Nomine qui in Dñi, rex bñdicte venis.
℟. Gloꝛia, laꝰ. Cętus in excelſis, te laudat cęlicus oĩs. Et moꝛtalis homo, cũcta creata ſimul. ℟. Gloꝛia, laus.
Plebſ Hebꝛęa tibi cũ palmiſ obuia venit.
Cuꝫ pꝛece, voto, hymnis, adſumus ecce tibi. ℟. Glꝛia, laꝰ. Hi tibi paſſuro ſoluebãt munia laudiſ. Noſ tibi regnãti pã

gimus

gimus ecce melos. ℟. Gloria, laus.
Si placuere tibi, placeat deuotio nostra.
Rex bone, rex clemens, cui bona cuncta placent. ℟. Gloria, laus. (alm.
Fecerat Hebręos hos gloria sanguinis
Nos facit Hebręos transitus ecce pius.
℟. Gloria, laus.
Sis pius ascẽsor tu, & nos simus asellus.
Tecum nos capiat vrbs venerãda Dei.
℟. Gloria, laus.
Vestis apřicę rutilo fulgore tegamur.
Te bene docta, vt ea, nr̃a caterua vehat.
℟. Gloria, laus.
Tegmine sic aię, sternam⁹ corpora nr̃a.
Quo per nos semper sit via tuta tibi.
℟. Gloria, laus.
Sit pia pro palmę nobis victoria ramis.
Vt tibi victrici forte canamus ita.
℟. Gloria, laus, & honor.
Postea intrat ꝓcessio i Ecclesiã, cãtãdo
℟. Ingrediẽte Dñ̃o in sanctã ciuitatem, Hebręorum pueri resurrectionẽ vitę pręnunciantes, Cum ramis palmarum Hosanna clamabant in excelsis. ℣. Cum audisset populus quod Jesus veniret Jerosolymam, exierunt obuiam ei. Cum ramis palmarum, Hosanna. Et non dicitur Gloria Patri. Deinde dicitur Missa, & rami tenentur in manibus vsq; in finem.

DOMINICA IN PALMIS.

Statio ad sanctum Joannem i Laterano.
Non dr̃ Iudica me Deus. Introitus.
Ps. 21. Domine ne longe facias auxilium tuum a me, ad defensionem meam aspice: libera me de ore leonis, & a cornibus vnicornium humilitatem meã. Ps. Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? longe a salute mea verba delictorum meorum. Domine ne longe. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus: qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum, Saluatorem nostrũ carnem sumere, & crucem subire fecisti: cõcede propitius: vt & patientię ipsius habere documenta, & resurrectionis consortia mereamur. Per eundem Dominum.
Et hęc Oratio tantum dicitur.
Lec. Ep̃lę B. Pauli Ap̃li ad Philip.

Fratres: Hoc enim sentite in vobis, Cap. 2.
quod & in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se ęqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortẽ autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine Jesu omne genuflectatur cęlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua cõfiteatur quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris. (Hic genuflectitur.) Grad. Tenuisti Ps. 72.
manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria assumpsisti me. ℣. Quam bonus Israel Deus rectis corde! mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei: quia zelaui i peccatorib⁹ pacẽ peccatorũ vidẽs.
Tractus. Deus, Deus meus respice in Ps. 21.
me, quare me dereliquisti? ℣. Longe a salute mea verba delictorum meorũ. ℣. De⁹ meus clamabo per diem, nec exaudies: in nocte, & non ad insipientiam mihi. ℣. Tu aũt in sancto habitas, laus Israel. ℣. In te sperauerunt patres nostri: sperauerũt, & liberasti eos. ℣. Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi. ℣. Ego autem sum vermis, & non homo: opprobriũ hominum & abiectio plebis. ℣. Oẽs q videbant me, asper nabantur me: locuti sunt labijs, & mouerunt caput. ℣. Sperauit in Dñ̃o eripiat eũ: saluũ faciat eũ, qm̃ vult eũ. ℣. Ipsi vero cõsiderauerũt & cõspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortẽ. ℣. Libera me de ore

leonis: & a cornibus unicornium humilitatem meam. V. Qui timetis Dominum, laudate eum: universum semen Jacob magnificate eum. V. Annunciabitur Domino generatio ventura: & annunciabunt cęli iustitiam eius. V. Populo qui nascetur, quem fecit Dominus.

¶ Passio Dñi incipitur absolute: nō di. Munda cor meum. nō petit benedictio: nō deferunt luminaria, nec incēsum: nō di. Dominus vobiscum. nec respondetur Gloria tibi Domine. Perveniendo tamen ad partem illam, quę in tono Evang. legitur, dicitur Munda cor meum. petitur benedictio, & incensatur liber. Quod & in aliis diebus servatur, quando legitur Passio. In parasceue autem nec petitur benedictio, nec incensatur liber.

¶ Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Matthęum.

Cap. 26



In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: ✠ Scitis quia post biduum Pascha fiet, & Filius hōis tradetur ut crucifigatur. c. Tunc cōgregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi in atrium principis sacerdotū, qui dicebatur Caiphas: & consilium fecerunt ut Jesum dolo tenerēt, & occiderent. Dicebant autē: s. Non in die festo. c. Ne forte tumultus fieret in populo. Cum autem esset Jesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrū unguēti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli, indignati sunt, dicentes: s. Ut quid perditio hęc? potuit enim unguentū istud venundari multo, & dari pauperibus. c. Sciens autem Jesus, ait illis: ✠ Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me: nam semper pauperes habebitis vobiscum: me autem nō semper habebitis. Mittens enim hęc unguentum hoc in corpus meum: ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis, ubicumque prędicatum fuerit hoc evangelium in toto mundo, dicetur & quod hęc fecit in memoriam eius. c. Tunc abiit unus de duodecim, qui dicitur Judas Iscariotes, ad principes sacerdotum: & ait illis: s. Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? c. At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quęrebat opportunitatem ut eum traderet. Prima autem die Azymorum accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: s. Ubi vis paremus tibi comedere Pascha? c. At Jesus dixit: ✠ Ite in civitatem ad quemdam, & dicite ei: Magister dicit: Tempus meum prope est, apud te facio Pascha cum discipulis meis. c. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Jesus, & paraverunt Pascha. Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis, dixit: ✠ Amē dico vobis, quia unus vestrum me traditurus est. c. Et contristati valde, cęperunt singuli dicere: s. Numquid ego sum Domine? c. At ipse respondens, ait: ✠ Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo. Vę autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. c. Respondens autem Judas qui tradidit eum, dixit: s. Numquid ego sum Rabbi? c. Ait illi: ✠ Tu dixisti. c. Cęnantibus autem eis, accepit Jesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait: ✠ Accipite, & comedite: hoc est corpus meum. c. Et accipiens calicem gratias egit: & dedit illis, dicens: ✠ Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorū. Dico autem vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illū, cum illud bibam vobiscū novum in regno Patris mei. c. Et hymno dicto, exierunt in

mon-

Montem oliueti. Tunc dicit illis Jesus: ✠ Oēs vos scandalum patiemini in me, in ista nocte. Scriptum est eniz: Percutiam pastorem, ⁊ dispergentur oues gregis. Postquam autez resurrexero, pręcedam vos in Galilęaz. C Respōdens autem Petrus, ait illi: S Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor. C Ait illi Jesus: ✠ Amen dico tibi, quia in hac nocte antequā Gallus cātet, ter me negabis. C Ait illi Petrus: S Etiā si oportuerit me mori tecum, non te negabo. C Similiter ⁊ oēs discipuli dixerunt. Tunc venit Jesus cum illis in villaz, quę dicitur Gethsemani, ⁊ dixit discipulis suis: ✠ Sedete hic donec vadaz illuc, ⁊ orem. C Et assumpto Petro, ⁊ duobus filijs Zebedęi, cępit contristari ⁊ męstus esse. Tunc ait illis: ✠ Tristis est anima mea vsqz ad mortem: sustinete hic, ⁊ vigilate mecuz. C Et progressus pusillum, procidit in faciem suam, orans, ⁊ dicens: ✠ Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste. veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. C Et venit ad discipulos suos, ⁊ inuenit eos dormiētes, ⁊ dicit Petro: ✠ Sic? Nō potuistis vna hora vigilare mecum? Vigilate, ⁊ orate vt nō intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autē infirma. C Iterum secūdo abijt, ⁊ orauit, dicēs: ✠ Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illū, fiat voluntas tua. C Et venit iterum, ⁊ inuenit eos dormientes: erant enim oculi eoruz grauati. Et relictis illis, iteruz abijt, ⁊ orauit tertio, eumdē sermonē dicēs. Tūc venit ad discipulos suos, ⁊ dicit illis: ✠ Dormite iaz, ⁊ requiescite: ecce appropinquauit hora, ⁊ Filius hoīs tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus: ecce appropinquauit qui me tradet. C Adhuc eo loquente, ecce Judas vnus de duodecim venit, ⁊ cum eo turba multa cum gladijs, ⁊ fustibus, missi

a principibus sacerdotum, ⁊ senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens: S Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. C Et confestim accedens ad Jesum, dixit: S Aue Rabbi. C Et osculatus est eum. Dixitque illi Jesus: ✠ Amice, ad quid venisti? C Tunc accesserunt, ⁊ manus iniecerunt in Jesum, ⁊ tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his, qui erant cum Jesu, extendens manum, exemit gladium suum, ⁊ percutiens seruum principis sacerdotum amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Jesus: ✠ Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas, quia non possum rogare patrem meum, ⁊ exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebūtur Scripturę, quia sic oportet fieri? C In illa hora dixit Jesus turbis: ✠ Tamquam ad latronem existis cū gladijs, ⁊ fustibus comprehendere me? quotidie apud vos sedebam docens in templo, ⁊ non me tenuistis. C Hoc autem totum factum est, vt adimplerentur Scripturę prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt. At illi tenentes Jesum, duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, vbi Scribę ⁊ seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eum a longe, vsque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro, sedebat cum ministris, vt videret finem. Principes autem sacerdotum, ⁊ omne concilium quęrebant falsum testimonium contra Jesum, vt eum morti traderent: ⁊ non inuenerunt, cum multi falsi testes accessissent. Nouissime autem venerunt duo falsi testes, ⁊ dixerunt: S Hic dixit: Possum destruere templum Dei, ⁊ post triduuz reędificare illud. C Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: S Nihil respondes ad ea, quę isti aduersum te testifi-

testificātur? C. Jesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi: S. Adiuro te per Deum vivum, ut dicas nobis si tu es Christus filius Dei. C. Dicit illi Jesus: ✠ Tu dixisti. Verumtamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, et venientem in nubibus cęli. C. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicēs: S. Blasphemavit: quid adhuc egemus testibus? ecce nunc audistis blasphemiā: quid vobis videtur? C. At illi respondētes dixerunt: S. Reus est mortis. C. Tūc expuerunt in faciem eius, et colaphis eū ceciderunt, alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes: S. Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? C. Petrus vero sedebat foris in atrio: et accessit ad eum una ancilla, dicens: S. Et tu cum Jesu Galilęo eras. C. At ille negavit coram omnibus, dicens: S. Nescio quid dicis. C. Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla, et ait his, qui erant ibi: S. Et hic erat cum Jesu Nazareno. C. Et iterum negavit cum iuramēto: Quia non novi hominē. Et post pusillum accesserunt qui stabant, et dixerunt Petro: S. Vere et tu ex illis es: nam et loquela tua manifestum te facit. C. Tunc cępit detestari, et iurare quia non novisset hominem. Et continuo gallus cantavit. Et recordatus est Petrus verbi Jesu, quod dixerat: Prius quā gallus cantet ter me negabis. Et egressus foras, flevit amare. Mane autem facto, consiliū inierunt omnes principes sacerdotum, et seniores populi adversus Jesum, ut eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum, et tradiderunt Pontio Pilato prę sidi. Tunc vidēs Judas, qui tradidit eū, quod damnatus esset: pęnitentia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum, et senioribus, dicens: S. Peccavi, tradens sanguinem iustum. C. At illi dixerunt: S. Quid ad nos? tu videris. C. Et proiectis argenteis in templo, recessit: et abiens laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum, acceptis argēteis, dixerunt: S. Non licet eos mittere in corbonam: quia pretium sanguinis est. C. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturā peregrinorū. Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldema, hoc est ager sanguinis, usq; in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est per Jeremiam prophetam, dicentē: Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiaverunt a filijs Israel: et dederunt eos in agrū figuli, sicut constituit mihi Dñs. Jesus autem stetit ante pręsidem, et interrogavit eū Pręses, dicēs: S. Tu es rex Judęorum? C. Dicit ei Jesus: ✠ Tu dicis. C. Et cū accusaretur a principibus sacerdotum, et senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus: S. Non audis quanta adversum te dicunt testimonia? C. Et non respondit ei ad ullum verbū, ita ut miraretur pręses vehementer. Per diem autem sollemnem cōsueverat pręses populo dimittere unū vinctū, quē voluissent. Habebat aūt tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas. Congregatis aūt illis, dixit Pilatus: S. Quem vultis dimittam vobis: Barabbā, an Jesum, qui dr̄ Christus? C. Sciebat enim quod per invidiā tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad illū uxor eius, dicens: S. Nihil tibi, et iusto illi: multa enim passa sum per visum hodie pp̄ eū. C. Principes aūt sacerdotū, et seniores persuaserūt populis ut peterēt Barabbā, Jesum vero perderēt. Respōdens aūt pręses, ait illis: S. Quē vultis vobis de duobus dimitti? C. At illi dixerunt: S. Barabbam. C. Dicit illis Pilatus: S. Quid igitur faciā de Jesu, q̄ dicitur Christus? C. Dicūt oēs: S. Crucifigatur. C. Ait illis prę ses:

ses: S Quid enim mali fecit? C At illi magis clamabant, dicentes: S Crucifigatur. C Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens: S Innocens ego sum a sanguine iusti huius: vos videritis. C Et respondens vniuersus populus, dixit: S Sanguis eius super nos, & super filios nostros. C Tunc dimisit illis Barabbã: Jesum autem flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur. Tunc milites præsidis suscipientes Jesum in prætorium, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem: & exuentes eum, chlamydem coccineã circumdederunt ei, & plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius. Et genuflexo ante eum, illudebant ei, dicentes: S Aue rex Judæorum. C Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis eius, & duxerunt eum vt crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæũ, nomine Simonem: hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Caluariæ locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Et cũ gustasset, noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserũt vestimenta eius, sortem mittentes: vt adimpleretur quod dictum est per Prophetã dicentem: Diuiserunt sibi vestimẽta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes seruabant eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: HIC EST IESVS REX IVDAEORVM. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vnus a dextris, & vnus a sinistris. Prætereuntes autem blasphemabant eũ mouentes capita sua, & dicentes: S Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: salua temetipsum: si filius Dei es, descende de cruce. C Similiter & principes sacerdotum illudentes cũ Scribis, & senioribus dicebant. S Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere: si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei: confidit in Deo: liberet nunc, si vult, eum: dixit enim: Quia filius Dei sum. C Idipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamauit Jesus voce magna, dicens: ✠ Eli, Eli, lamma sabacthani? C hoc est: ✠ Deus meus, Deus meus vt quid dereliquisti me? C Quidam autem illic stantes, & audientes, dicebant: S Eliam vocat iste. C Et continuo currens vnus ex eis acceptam spongiam impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant: S Sine videamus an veniat Elias liberans eum. C Jesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum. *Hic pausatur aliquantulum, & genuflectitur.* Et ecce velum templi scissum est in duas partes a summo vsque deorsum: & terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Centurio autem, & qui cum eo erant, custodientes Jesum, viso terræmotu & his, quæ fiebant, timuerũt valde, dicentes: S Vere Filius Dei erat iste. C Erant autem ibi mulieres multæ a longe, quæ secutæ erant Jesum a Galilæa, ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Jacobi, & Joseph mater, & mater filiorum Zebedæi. Cum autem sero factum esset, venit quidam homo diues ab Arimathæa, nomine Joseph, qui & ipse discipulus

erat Jeſu. hic acceſſit ad Pilatum, ⁊
petijt corpus Jeſu. Tunc Pilatus iuſ-
ſit reddi corpus. Et accepto corpore, Jo
ſeph inuoluit illud in ſindone mũda. ⁊ po
ſuit illud in monumento ſuo nouo, quod
exciderat in petra. Et aduoluit ſaxum ma-
gnum ad oſtium monumenti, ⁊ abijt. Erãt
autẽ ibi Maria Magdalene, ⁊ altera Ma-
ria, ſedentes contra ſepulchrum.
Hic datur benedictio, ⁊ defert incenſum
ſine luminaribus: non dicitur Dominus
vobiſcum. ⁊ cantatur in tono Euangelij.
Quę omnia in alijs paſſionib⁹ ſeruantur.
Cap.27 ALtera autem die, quę eſt poſt Pa-
raſceuen, conuenerunt principes
ſacerdotum, ⁊ Phariſęi ad Pi atum,
dicentes: Domine recordati ſumus, quia
ſeductor ille dixit adhuc viuens: Poſt
tres dies reſurgam. Jube ergo cuſtodiri
ſepulchrum vſq; in diem tertium: ne for-
te veniant diſcipuli eius, ⁊ furentur eum,
⁊ dicant plebi: Surrexit a mortuis: ⁊ erit
nouiſſimus error peior priore. Ait illis
Pilatus: Habetis cuſtodiam, ite, cuſto-
dite ſicut ſcitis. Jlli autem abeuntes, mu-
nierunt ſepulchrum, ſignantes lapidem,
cum cuſtodibus. Et dicitur Credo.
ps.68. Offertorium. Jmproperium expectauit
cor meũ, ⁊ miſeriam: ⁊ ſuſtinui, qui ſimul
mecum contriſtaretur, ⁊ non fuit: conſo-
lantem me quęſiui, ⁊ non inueni: ⁊ dede-
runt in eſcam meam fel, ⁊ in ſiti mea pota-
uerunt me aceto. Secreta.
COncede, quęſumus Domine: vt
oculis tuę maieſtatis munus obla-
tum, ⁊ gratiã nobis deuotionis obtineat,
⁊ effectum beatę perennitatis acquirat.
Per Dñm noſtrum Jeſum Chriſtum.
Mat.26 Cõm. Pater, ſi nõ põt hic calix tranſire,
niſi bibã illũ: fiat volũtas tua. Poſtcõm.
PEr huius Domine operationẽ my-
ſterij, ⁊ vitia noſtra purgẽtur, ⁊ iuſta
deſideria compleantur. Per Dominum
noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum.

FERIA SECVNDA
Maioris hebdomadę.
Statio ad ſanctam Praxedem. Non di-
citur Judica me Deus. Jntroitus.



Udica Domine nocen- ps.34.
tes me, expugna impu-
gnãtes me: apprehende
arma, ⁊ ſcutum, ⁊ exur-
ge in adiutorium meũ,
Domine virtus ſalutis
meę. ps. Effunde frameam, ⁊ conclude
aduerſus eos, qui perſequuntur me: dic
animę meę, ſalus tua ego ſum. Judica
Domine nocentes me. Oratio.
DA, quęſumus omnipotens Deus:
vt, qui in tot aduerſis ex noſtra infir-
mitate deficimus: intercedente vnigeniti
Filij tui paſſione reſpiremus. Per eun-
dem Dominum noſtrum. Deinde Ec-
cleſię tuę. vel Deus omnium. fol. 42.
Lectio Jſaię prophetę.
JN diebus illis: Dixit Jſaias: Do- Cap.50
minus Deus aperuit mihi aurem,
ego autẽ non contradico: retrorſum non
abij. Corpus meum dedi percutientibus
⁊ genas meas vellentibus: faciem meam
non auerti ab increpantibus, ⁊ conſpuen-
tibus in me. Dominus Deus auxiliator
meus, ⁊ ideo non ſum confuſus: ideo po-
ſui faciem meam vt petram duriſſimam, ⁊
ſcio quoniã non confundar. Juxta eſt qui
iuſtificat me, quis contradicet mihi? ſte-
mus ſimul, quis eſt aduerſarius meus?
accedat ad me. Ecce Dñs Deus auxi-
liator meus: quis eſt qui condemnet me?
Ecce omnes quaſi veſtimentum conte-
rentur, tinea comedet eos. Quis ex vobis
timens Dñm, audiens vocem ſerui ſui?
qui ambulauit in tenebris, ⁊ non eſt lumen
ei, ſperet in nomine Domini, ⁊ innitatur
ſuper Deum ſuum. Graduale.
Exurge Dñe, ⁊ intẽde iudicio meo: De⁹ ps.34.
meus, ⁊ Dominus meus in cauſam meã.
℣. Effunde frameam, ⁊ conclude aduer-
ſus

sus eos, qui me persequuntur. Tractus.
ps. 78. Domine non secundum peccata nostra, quę fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: et propter gloriam nominis tui Domine libera nos: et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Joannem.

Cap. 12. Ante sex dies Paschę venit Jesus Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Jesus. Fecerunt autem ei cęnam ibi: et Martha ministrabat, Lazarus vero vnus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici, pretiosi, et vnxit pedes Jesu, et extersit pedes eius capillis suis: et domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius, Judas Iscariotes, qui erat eum traditurus: Quare hoc vnguentum non venijt trecentis denarijs, et datum est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, et loculos habens, ea, quę mittebantur, portabat. Dixit ergo Jesus: Sinite illam vt in diem sepulturę meę seruet illud. Pauperes enim semper habetis vobiscum: me autem non semper habetis. Cognouit ergo turba multa ex Judeis quia illic est: et venerunt, non propter Jesum tantum, sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit a mortuis.

ps. 142. Offertorium. Eripe me de inimicis meis Domine: ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Secreta.

Hęc sacrificia nos omnipotens Deus, potenti virtute mundatos, ad suum faciant puriores venire principium. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Deinde Protege nos Domine.
vel Oblatis, quęsumus Domine. fol. 43.

Communio. Erubescant, et reuereantur simul, qui gratulantur malis meis: induantur pudore et reuerentia, qui maligna loquuntur aduersum me. ps. 34. Postcommunio.

Prębeant nobis Domine diuinum tua sancta feruorem: quo eorum pariter et actu delectemur, et fructu. Per Dominum.

Deinde Quęsumus Domine.
vel Hęc nos, quęsumus. folio 43.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Adiuua nos Deus salutaris noster: et ad beneficia recolenda, quibus nos instaurare dignatus es, tribue venire gaudentes. Per Dominum nostrum.

FERIA TERTIA.

Statio ad sanctam Priscam. Non dicitur Judica me Deus. Introitus.

Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini nostri Jesu Christi: in quo est salus, vita, et resurrectio nostra: per quem saluati, et liberati sumus. Gal. 6.

ps. Deus misereatur nostri, et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri. ps. 66. Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini nostri Jesu Christi, in quo est salus, vita, et resurrectio nostra: per quem saluati et liberati sumus. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus: da nobis ita Dominicę passionis sacramenta peragere: vt indulgentiam percipere mereamur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum. etc.

Deinde Ecclesię tuę, quęsumus Domine.
vel Deus omnium fidelium. fol. 43.

Lectio Jeremię prophetę.

In diebus illis: Dixit Jeremias: Domine demonstrasti mihi, et cognoui: tunc ostendisti mihi studia eorum. Et ego quasi agnus Jer. 11.

mansuetus,

mansuetus, qui portatur ad victimam: ⁊ non cognoui quia cogitauerunt super me consilia, dicentes: Mittamus lignum in panem eius, ⁊ eradamus eum de terra viuentium, ⁊ nomen eius non memoretur amplius. Tu autem Domine Sabaoth, qui iudicas iuste, ⁊ probas renes ⁊ corda, videam vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam, Domine Deus meus. Graduale.

Ps.34. Ego autem, dum mihi molesti essent, induebam me cilicio, ⁊ humiliabam in ieiunio animam meam, ⁊ oratio mea in sinu meo conuertetur. ℣. Judica Domine nocentes me, expugna impugnantes me: apprehende arma ⁊ scutum, ⁊ exurge in adiutorium mihi.

¶ Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Marcum.



Cap.14. In illo tempore: Erat Pascha ⁊ Azyma post biduum: ⁊ quęrebant summi sacerdotes, ⁊ Scribę quomodo Jesum dolo tenerent, ⁊ occiderent. Dicebant autem: S. Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. C. Et cum esset Bethanię in domo Simonis leprosi, ⁊ recumberet: venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi spicati pretiosi, ⁊ fracto alabastro, effudit super caput eius. Erant autem quidam indigne ferentes intra semetipsos, ⁊ dicentes: S. Ut quid perditio ista vnguenti facta est? Poterat enim vnguentum istud vęnundari plus quam trecentis denarijs, ⁊ dari pauperibus. C. Et fremebant in eam. Jesus autem dixit: ✠ Sinite eam, quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. semper enim pauperes habetis vobiscum: ⁊ cum volueritis, potestis illis benefacere: me autem non semper habetis. Quod habuit hęc, fecit: pręuenit vngere corpus meum in sepulturam. Amen dico vobis: Ubicumque prędicatum fuerit Euangelium istud in vniuerso mundo, ⁊ quod fecit hęc, narrabitur in memoriam eius. C. Et Judas Iscariotes vnus de duodecim abijt ad summos sacerdotes, vt proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt: ⁊ promiserunt ei pecuniam se daturos. Et quęrebat quomodo illum opportune traderet. Et prima die Azymorum quando Pascha immolabant, dicunt ei discipuli. S. Quo vis eamus, ⁊ paremus tibi vt manduces Pascha? C. Et mittit duos ex discipulis suis, ⁊ dicit eis: ✠ Ite in ciuitatem: ⁊ occurret vobis homo lagenam aquę baiulans, sequimini eum: ⁊ quocumque introierit, dicite domino domus, quia magister dicit: Ubi est refectio mea, vbi Pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis demonstrabit cęnaculum grande, stratum: ⁊ illic parate nobis. C. Et abierunt discipuli eius, ⁊ venerunt in ciuitatem: ⁊ inuenerunt sicut dixerat illis, ⁊ parauerunt Pascha. Vespere autem facto, venit cum duodecim. Et discumbentibus eis, ⁊ manducantibus, ait IESVS: ✠ Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me, qui manducat mecum. C. At illi cęperunt contristari, ⁊ dicere ei singulatim. S. Numquid ego? C. Qui ait illis: ✠ Unus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino. Et Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de eo: vę autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur. bonum erat ei, si non esset natus homo ille. C. Et manducantibus illis, accepit Jesus panem, ⁊ benedicens fregit, ⁊ dedit eis, ⁊ ait: ✠ Sumite, hoc est corpus meum. C. Et accepto calice, gratias agens dedit eis: ⁊ biberunt ex

illo omnes. Et ait illis: ✠ Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur. Amen dico vobis, quia iam non bibam de genimine vitis usque in diem illum, cum illud bibam novum in regno Dei. C. Et hymno dicto, exierunt in Montem olivarum. Et ait illis Jesus: ✠ Omnes scandalizabimini in me in nocte ista: quia scriptum est: Percutiam pastorem, et dispergentur oves. Sed postquam resurrexero, praecedam vos in Galileam. C. Petrus autem ait illi: S. Et si omnes scandalizati fuerint, sed non ego. C. Et ait illi Jesus: ✠ Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priusquam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus. C. At ille amplius loquebatur: S. Et si oportuerit me simul commori tibi, non te negabo: C. Similiter autem et omnes dicebant. Et veniunt in praedium, cui nomen Gethsemani: et ait discipulis suis: ✠ Sedete hic donec orem. C. Et assumit Petrum, et Jacobum, et Joannem secum: et coepit pavere, et taedere. Et ait illis: ✠ Tristis est anima mea usque ad mortem: sustinete hic, et vigilate. C. Et cum processisset paululum, procidit super terram: et orabat, ut si fieri posset, transiret ab eo hora: et dixit: ✠ Abba pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc a me, sed non quod ego volo, sed quod tu. C. Et venit, et invenit eos dormientes. Et ait Petro: ✠ Simon, dormis? non potuisti una hora vigilare mecum? Vigilate, et orate ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. C. Et iterum abiens oravit eumdem sermonem dicens. Et reversus, denuo invenit eos dormientes, (erant enim oculi eorum gravati) et ignorabant quid responderent ei. Et venit tertio, et ait illis: ✠ Dormite iam, et requiescite. Sufficit: venit hora: ecce tradetur Filius hominis in manus peccatorum. Surgite eamus ecce qui me tradet, prope est. C. Et, adhuc eo loquente, venit Judas Iscariotes unus de duodecim, et cum illo turba multa cum gladiis et lignis, missi a summis sacerdotibus, et Scribis, et senioribus. Dederat autem traditor eis signum, dicens: S. Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, et ducite caute. C. Et cum venisset, statim accedens ad eum, ait: S. Rabbi: C. Et osculatus est eum. At illi manus iniecerunt in Jesum: et tenuerunt eum. Unus autem de circumstantibus educens gladium, percussit servum summi sacerdotis: et amputavit illi auriculam. Et respondens Jesus, ait illis: ✠ Tamquam ad latronem existis cum gladiis, et lignis comprehendere me? Quotidie apud vos eram in templo docens, et non me tenuistis. Sed ut impleantur Scripturae. C. Tunc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt. Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo: et tenuerunt eum. At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis. Et adduxerunt Jesum ad summum sacerdotem: et convenerunt omnes sacerdotes, et Scribae, et seniores. Petrus autem a longe secutus est eum usque intro in atrium summi sacerdotis: et sedebat cum ministris, et calefaciebat se ad ignem. Summi vero sacerdotes, et omne concilium quaerebant adversus Jesum testimonium, ut eum morti traderent, nec inveniebant. Multi enim testimonium falsum dicebant adversus eum: et convenientia testimonia non erant. Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant adversus eum, dicentes: S. Quoniam nos audivimus eum dicentem: Ego dissol-

dissoluam templum hoc manufactum, ⁊ post triduum aliud non manufactum edificabo. ℞ Et non erat conueniens testimonium illorum. Exurgens autem summus sacerdos in medium, interrogauit Jesum, dicens: S Non respondes quidquam ad ea, que tibi obijciuntur ab his? ℞ Ille autem tacebat, ⁊ nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum, ⁊ dixit ei: S Tu es Christus filius Dei benedicti? ℞ Jesus autem dixit illi: ✠ Ego sum: Et videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, ⁊ venientem cum nubibus celi. ℞ Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua, ait: S Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam: quid vobis videtur? ℞ Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Et ceperunt quidam conspuere eum, ⁊ velare faciem eius ⁊ colaphis eum cedere, ⁊ dicere ei: S Prophetiza: ℞ Et ministri alapis eum cedebant. Et cum esset Petrus in atrio deorsum, venit vna ex ancillis summi sacerdotis: ⁊ cum vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait: S Et tu cum Jesu Nazareno eras: ℞ At ille negauit, dicens: S Neque scio, neque noui quid dicas. ℞ Et exijt foras ante atrium, ⁊ gallus cantauit. Rursus autem cum vidisset illum ancilla, cepit dicere circumstantibus: Quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillum rursus qui astabant, dicebant Petro: S Vere ex illis es: nã ⁊ Galileus es. ℞ Ille autem cepit anathematizare, ⁊ iurare: Quia nescio hominem istum quem dicitis. Et statim iterum gallus cantauit. Et recordatus est Petrus verbi, quod dixerat ei Jesus: Priusquã gallus cãtet bis, ter me negabis. Et cepit flere. Et confestim, mane consiliũ facientes summi sacerdotes cũ senioribus, ⁊ Scribis, ⁊ vniuerso concilio, vinciẽtes Jesuz, duxerunt, ⁊ tradiderunt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus: S Tu es rex Judeorum? ℞ At ille respondens, ait illi: ✠ Tu dicis. ℞ Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pilatus autẽ rursum interrogauit eum, dicens: S Non respondes quidquã? vide in quantis te accusant. ℞ Jesus autem amplius nihil respondit, ita vt miraretur Pilatus. Per diem autem festum solebat illis dimittere vnum ex vinctis, quemcumqz petijssent. Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cuz seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidiũ. Et cum ascendisset turba, cepit rogare, sicut semper faciebat illis. Pilatus autez respondit eis, ⁊ dixit: S Vultis dimittam vobis regem Judeorum? ℞ Sciebat enim ꝙ per inuidiam tradidissent eũ summi sacerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbam, vt magis Barabbam dimitteret eis. Pilatus autem iterum respondens, ait illis: S Quid ergo vultis faciam regi Judeorum? ℞ At illi iterum clamauerunt: S Crucifige eum. ℞ Pilatus vero dicebat eis: S Quid enim mali fecit? ℞ At illi magis clamabant: S Crucifige eum. ℞ Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis Barabbam, ⁊ tradidit Jesum flagellis cesuz, vt crucifigeretur. Milites autem duxerunt eũ intro in atrium pretorij, ⁊ conuocant totaz cohortem, ⁊ induunt eum purpura, ⁊ imponunt ei plectentes spineam coronam. Et ceperunt salutare eum: Aue rex Judeoruz. Et percutiebant caput eius arũdine, ⁊ conspuebant eum, ⁊ ponentes genua, adorabant eum. Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpura, ⁊ induerunt eum vestimentis suis: ⁊ educunt illum vt crucifigerent eum. Et angariauerunt

runt

runt pretereuntem quempiam, Simonem Cireneum venientē de villa, patrem Alexandri, et Rufi, vt tolleret crucem eius. Et perducunt eum in Golgotha locū: quod est interpretatum Caluarie locus. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: et non accepit. Et crucifigentes eum, diuiserūt vestimenta eius, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret. Erat autem hora tertia: et crucifixerunt eum. Et erat titulus cause eius inscriptus: Rex Judeorum. Et cum eo crucifixerunt duos latrones: vnum a dextris, et alium a sinistris. Et impleta est scriptura, que dicit: Et cum iniquis reputatus est. Et pretereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, et dicentes: S Vah qui destruis templum Dei, et in tribus diebus reedificas: saluū fac temetipsum descendens de cruce. C Similiter et sūmi sacerdotes illudētes, ad alterutrum cum Scribis dicebāt: S Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Christus rex Israel descēdat nunc de cruce, vt videamus, et credamus. C Et qui cum eo crucifixi erant, conuitiabantur ei. Et facta hora sexta, tenebre facte sunt super totam terram vsque in horam nonam. Et hora nona exclamauit Jesus voce magna, dicens: ✠ Eloi, Eloi, lamma sabacthani? C Quod est interpretatum: ✠ Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? C Et quidam de circumstantibus audientes, dicebant: S Ecce Eliam vocat. C Currens autem vnus, et implens spongiam aceto, circumponensque calamo, potum dabat ei, dicens: S Sinite, videamus si veniat Elias ad deponendum eum. C Jesus autem emissa voce magna expirauit.

Hic pausatur aliquantulum, et genuflectitur. Et velum tēpli scissum est in duo, a summo vsque deorsum. Videns autem Centurio, qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait: S Vere hic homo Filius Dei erat. C Erant autem et mulieres de longe aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene, et Maria Jacobi minoris, et Joseph mater, et Salome: et cum esset in Galilea, sequebantur eum, et ministrabant ei, et alie multe, que simul cum eo ascenderant Jerosolymam.

Hic cantatur in tono Euangelij, et alia fiunt vt supra.

Et cum iam sero esset factū (quia erat parasceue, quod est ante sabbatum) venit Joseph ab Arimathia nobilis decurio, qui et ipse erat expectans regnum Dei. Et audacter introiuit ad Pilatum, et petijt corpus Jesu. Pilatus autem mirabatur si iam obijsset. Et accersito Centurione, interrogauit eum si iam mortuus esset. Et cum cognouisset a centurione, donauit corpus Joseph. Joseph autem mercatus sindonem, et deponens eum inuoluit sindone, et posuit eum in monumento, quod excisum erat de petra, et aduoluit lapidem ad ostium monumenti.

Offertorium. Custodi me Domine de manu peccatoris, et ab hominibus iniquis eripe me. ps. 139.

Secreta.

Sacrificia nos, quesumus Dñe, propensius ista restaurēt, que medicinalibus sunt instituta ieiunijs. Per Dñm.

Deinde Protege. vel Oblatis. folio 43.

Communio. Aduersum me exercebantur qui sedebant in porta: et in me psallebant, qui bibebant vinum: ego vero orationem meam ad te Domine, tempus beneplaciti Deus: in multitudine misericordie tue exaudi me. ps. 68.

Postcommunio.

Sanctificationibus tuis, omnipotēs Deus, et vitia nostra curētur: et remedia nobis sempiterna proueniant. Per Dñm.

Deinde Quesumus. vel Hec nos. f. 43.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Tua nos misericordia Deus, et ab omni surreptione vetustatis expurget, et capaces sancte nouitatis efficiat. Per Dominū nostrum Jesum Christum.

FERIA QVARTA.
Statio ad sanctam Mariam Maiorem.
Non dr. I udica me Deus. Introitus.

Phil. 2. N nomine Jesu omne genu flectatur cęlestiũ, terrestrium, ꝛ infernorũ: qa Dñs factus est obediens vsqꝫ ad mortem, mortẽ autẽ crucis: ideo Dñs Jesus Christus in gloria est Dei
Ps 101. Patris. Ps. Dñe exaudi orationẽ meaꝫ: ꝛ clamor meus ad te veniat. In nomine. post Kyrie eleison. dicitur Oremus. Flectamus genua. R. Leuate. Oratio.

PRęsta, quęsumus omnipotens De⁹: vt qui pro nostris excessibus incessanter affligimur, per vnigeniti tui passionem liberemur. Qui tecuꝫ viuit ꝛ regnat.

Lectio Isaię prophetę.

Cap. 62 ꝛ 63. HÆc dicit Dominus Deus. Dicite filię Sion: Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cum eo. Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suę. Ego, qui loquor iustitiam, ꝛ propugnator sum ad saluandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, ꝛ vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcaui solus, ꝛ de Gentibus nõ est vir mecum: calcaui eos in furore meo, ꝛ conculcaui eos in ira mea, ꝛ aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, ꝛ omnia indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo: annus retributionis meę venit. Circũspexi, ꝛ nõ erat auxiliator: quęsiui ꝛ nõ fuit q adiuuaret, ꝛ saluauit mihi brachiũ meũ, ꝛ indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Et conculcaui populos in furore meo, ꝛ inebriaui eos in indignatione mea, ꝛ detraxi in terram virtutem eorum. Miserationum Domini recordabor, laudem Dñi super omnibuꝫ, quę reddidit nobis Dñs Deus noster.
Ps 68. Graduale. Ne auertas faciem tuaꝫ a puero tuo: quoniaꝫ tribulor, velociter exaudi me. V. Saluuꝫ me fac Deus, quoniã intrauerunt aquę vsqꝫ ad animaꝫ meam: infixus sum in limo profundi, ꝛ nõ est substantia. Hic dicitur Dominus vobiscuꝫ. sine Flectamus genua. Oratio.

DEus, qui pro nobis Filium tuũ crucis patibulum subire voluisti, vt inimici a nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis, vt resurrectionis gratiam consequamur. Per eundem Dominum nostrum.
Deinde Ecclesię. vel Deus oĩum. f. 43.

Lectio Isaię prophetę.

IN diebus illis: Dixit Isaias: Dñe, Cap. 53 quis credidit auditui nostro? ꝛ brachium Dñi cui reuelatum est? Et ascendet sicut virgultũ coram eo, ꝛ sicut radix de terra sitienti: nõ est species ei, neqꝫ decor, ꝛ vidimus eũ, ꝛ nõ erat aspect⁹, ꝛ desiderauimus eum: Despectũ, ꝛ nouissimuꝫ virorum, virum doloruꝫ, ꝛ scientem infirmitatem, ꝛ quasi absconditus vultus eius ꝛ despectus, vnde nec reputauimus euꝫ. Vere languores nostros ipse tulit, ꝛ dolores nostros ipse portauit, ꝛ nos putauimus eum quasi leprosum, ꝛ percussum a Deo ꝛ humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostrę super eum, ꝛ liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisqꝫ in viam suam declinauit, ꝛ posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est quia ipse voluit, ꝛ non aperuit os suum: sicut ouis ad occisionem ducetur, ꝛ quasi agnus coram tondente se obmutescet, ꝛ non aperiet os suum. De angustia, ꝛ de iudicio sublatus est: generationem eius quis enarrabit? quia abscissus est de terra viuentium: propter scelus populi mei percussi eum. Et dabit impios pro sepultura, ꝛ diuites pro morte sua: eo quod iniquitatem non fecerit, nec

dolus

dolus fuerit in ore eius. Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate: si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longęuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur. Pro eo quod laborauit anima eius, videbit & saturabit: in scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates eorũ ipse portabit. Ideo dispertiam ei plurimos: & fortium diuidet spolia, pro eo qđ tradidit in mortem animam suã, & cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit.

Ps. 101. Tractus. Domine exaudi orationẽ meã, & clamor meus ad te veniat. ℣. Ne auertas faciem tuam a me: in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuã. ℣. In quacumque die inuocauero te, velociter exaudi me. ℣. Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut in frixorio confrixa sunt. ℣. Percussus sũ sicut fęnũ, & aruit cor meũ, q: oblitus sũ mãducare panẽ meũ. ℣. Tu exurgẽs Dñe miserebe ris Sion, q: venit tẽpus miserendi eius.

¶ Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Lucam.

Cap. 22



In illo tempore: Appropinquabat dies festus Azymorum, qui dicitur Pascha: & quęrebãt principes sacerdotũ, & Scribę, quomodo Jesum interficerent: timebant vero plebẽ. Intrauit autem satanas in Judã, qui cognominabatur Iscariotes, vnũ de duodecim & abijt, & locutus est cum principibus sacerdotũ, & magistratibꝰ, quemadmodũ illũ traderet eis. Et gauisi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopondit. Et quęrebat opportunitatem vt traderet illum sine turbis. Venit autem dies Azymorũ, in qua necesse erat occidi pascha. Et misit Petrũ, & Joãnem, dicens: ✠ Euntes parate nobis pascha, vt manducemus. C At illi dixerunt: S Ubi vis paremus? C Et dixit ad eos: ✠ Ecce introeuntibus vobis in ciuitatẽ, occurret vobis homo quidã amphoram aquę portans: sequimini eum in domũ, in quam intrat, & dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi magister: Ubi est diuersorium, vbi pascha cũ discipulis meis manducẽ? Et ipse ostendet vobis cęnaculum magnum stratũ, & ibi parate. C Euntes autẽ inuenerunt sicut dixit illis, & parauerunt pascha. Et cum facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo: & ait illis: ✠ Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscũ, antequã patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc nõ manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. C Et accepto calice gratias egit, & dixit: ✠ Accipite, & diuidite inter vos, dico enim vobis q̄ non bibam de generatione vitis, donec regnũ Dei veniat. C Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: ✠ Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meã cõmemorationem. C Similiter & calicem, postquam cęnauit, dicens: ✠ Hic est calix nouum testamentũ in sanguine meo, qui pro vobis fundet. Uerum tamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Et quidem Filius hominis, secundum quod definitum est, vadit: verumtamen vę homini illi, per quem tradetur. C Et ipsi cęperunt quęrere inter se, quis esset ex eis, qui hoc facturus esset. Facta est autẽ & cõtentio inter eos, quis eorũ videret esse maior. Dixit autẽ eis: ✠ Reges Gentiũ dominantur eorũ: & qui potestatẽ habent super eos, benefici vocãtur. Uos autẽ non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui pręcessor est, sicut ministrator. Nã quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nõne qui recumbit?

cumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat: vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnū, vt edatis, ꝛ bibatis super mensam meā in regno meo: ꝛ sedeatis super thronos iudicātes duodecim tribus Israel. C Ait autem Dominus: ✠ Simon, Simon, ecce satanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticū: ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua: ꝛ tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. C Qui dixit ei: S Domine, tecum paratus suꝫ ꝛ in carcerem, ꝛ in mortem ire. C At ille dixit: ✠ Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. C Et dixit eis: ✠ Quādo misi vos sine sacculo, ꝛ pera, ꝛ calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? C At illi dixerūt: S Nihil. C Dixit ergo eis: ✠ Sed nūc qui habet sacculum, tollat similiter ꝛ peram: ꝛ qui non habet, vendat tunicam suam, ꝛ emat gladiū. Dico enim vobis, quoniā adhuc hoc, quod scriptuꝫ est, oportet impleri in me: Et cuꝫ iniquis deputatus est. Etenim ea, quę scripta sunt de me, finem habent. C At illi dixerūt: S Domine, ecce duo gladij hic. C At ille dixit eis: ✠ Satis est. C Et egressus ibat secūdum cōsuetudinem in Montem oliuarum. Secuti sunt autem illum ꝛ discipuli. Et cum peruenisset ad locum, dixit illis: ✠ Orate ne intretis in tentationem. C Et ipse auulsus est ab eis quantū iactus est lapidis: ꝛ positis genibꝰ orabat, dicēs: ✠ Pater si vis, transfer calicem istū a me: Verumtamen nō mea voluntas, sed tua fiat. C Apparuit autē illi Angelus de cęlo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor eiꝰ, sicut guttę sanguinis decurrentis in terram. Et cum surrexisset ab oratione, ꝛ venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes prę tristitia. Et ait illis: ✠ Quid dormitis? surgite, orate, ne intretis in tentationem. C Adhuc eo loquente ecce turba: ꝛ qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim, antecedebat eos, ꝛ appropinquauit Iesu vt oscularetur eum. Iesus autem dixit illi: ✠ Iuda, osculo Filiuꝫ hominis tradis? C Videntes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: S Domine si percutimus in gladio? C Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum, ꝛ amputauit auriculam eius dexteram. Respondens autem Iesus, ait: ✠ Sinite vsque huc. C Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. Dixit auteꝫ Iesus ad eos, qui venerant ad se, principes sacerdotum, ꝛ magistratus templi, ꝛ seniores: ✠ Quasi ad latronem existis cuꝫ gladijs ꝛ fustibꝰ? Cum quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me: sed hęc est hora vestra, ꝛ potestas tenebraruꝫ. C Comprehendentes autem euꝫ, duxerunt ad domum principis sacerdotum: Petrus vero sequebatur a longe. Accenso autem igne in medio atrij, ꝛ circumsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quem cum vidisset ancilla quędam sedentem ad lumen, ꝛ eum fuisset intuita, dixit: S Et hic cū illo erat. C At ille negauit eum, dicens: S Mulier, non noui illum. C Et post pusillum alius videns eum, dixit: S Et tu de illis es. C Petrus vero ait: S O homo, non sum. C Et interuallo facto quasi horę vnius, alius quidam affirmabat, dicens: S Vere ꝛ hic cuꝫ illo erat: nam ꝛ Galilęus est. C Et ait Petrus: S Homo, nescio qd dicis. C Et continuo adhuc illo loquente cantauit gallus. Et conuersus Dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Dñi, sicut dixerat: Quia prius quam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrꝰ fleuit amare.

re. Et viri, qui tenebant illum, illudebant
ei, cędentes. Et velauerunt eum, ⁊ per-
cutiebãt faciẽ eius: ⁊ interrogabant eum,
dicẽtes: S Prophetiza, quis est, qui te
percussit? C Et alia multa blaspheman-
tes dicebant in euꝫ. Et vt factus est dies,
conuenerunt seniores plebis, ⁊ principes
sacerdotum, ⁊ Scribę, ⁊ duxerunt illuꝫ
in concilium suum, dicentes: S Si tu es
Christus, dic nobis. C Et ait illis: ✠ Si
vobis dixero, non credetis mihi: si autem
⁊ interrogauero, non respondebitis mi-
hi, neqꝫ dimittetis. Ex hoc autem erit Fi-
lius hominis sedens a dextris virtutis
Dei. C Dixerunt auteꝫ omnes: S Tu
ergo es Filius Dei? C Qui ait: ✠ Vos
dicitis, quia ego sum. C At illi dixerunt:
S Quid adhuc desideramus testimo-
nium? ipsi enim audiuimus de ore eius.
C Et surgens omnis multitudo eorum,
duxerunt illum ad Pilatum. Cęperunt
autem illũ accusare, dicentes: S Hunc
inuenimus subuertenteꝫ gentem nostraꝫ,
⁊ prohibentem tributa dare Cęsari, ⁊ di-
centem se Christum regem esse. C Pi-
latus autem interrogauit eum, dicens:
S Tu es rex Judęorum? C At ille re-
spondens ait: ✠ Tu dicis. C Ait auteꝫ
Pilatus ad principes sacerdotuꝫ, ⁊ tur-
bas: S Nihil inuenio causę in hoc ho-
mine. C At illi inualescebant, dicentes:
S Commouet populum docens per vni
uersam Judęã, incipiens a Galilęa vsqꝫ
huc. C Pilatus autẽ audiens Galilęã,
interrogauit si homo Galilęus esset. Et vt
cognouit ꝙ de Herodis potestate esset,
remisit eum ad Herodem, qui ⁊ ipse Je-
rosolymis erat illis diebus. Herodes au-
tẽ viso Jesu, gauisus est valde, erat enim
cupiens ex multo tempore videre eum,
eo quod audierat multa de eo, ⁊ sperabat
signũ aliquod videre ab eo fieri. Interro-
gabat autem eum multis sermonibus. At
ipse nihil illi respondebat. Stabant autem
principes sacerdotũ, ⁊ Scribę constan-
ter accusantes eum. Spreuit autem illum
Herodes cũ exercitu suo: ⁊ illusit indutuꝫ
veste alba, ⁊ remisit ad Pilatum. Et facti
sunt amici Herodes ⁊ Pilatus in ipsa
die: nam antea inimici erant adinuicem.
Pilatus autem conuocatis principibus
sacerdotum, ⁊ magistratibus, ⁊ plebe, di-
xit ad illos: S Obtulistis mihi hunc ho-
minem, quasi auertentem populũ, ⁊ ecce
ego coram vobis interrogans, nullã cau-
sam inueni in homine isto ex his, in quibꝰ
eum accusatis. Sed neqꝫ Herodes: nam
remisi vos ad illum, ⁊ ecce nihil dignum
morte actum est ei. Emendatũ ergo illum
dimittam. C Necesse autem habebat di-
mittere eis per diem festũ, vnũ. Exclama-
uit autem simul vniuersa turba, dicens:
S Tolle hunc, ⁊ dimitte nobis Barab-
bã, C qui erat propter seditioneꝫ quan-
dam factam in ciuitate ⁊ homicidiũ, mis-
sus in carcerem. Iteruꝫ autem Pilatus
locutus est ad eos, volens dimittere Je-
sum. At illi succlamabant, dicentes: S
Crucifige, crucifige euꝫ. C Ille autem
tertio dixit ad illos: S Quid enim mali
fecit iste? nullam causam mortis inuenio
in eo: corripiam ergo illum, ⁊ dimittam.
C At illi instabant vocibus magnis po-
stulãtes vt crucifigeretur: ⁊ inualescebant
voces eorum. Et Pilatus adiudicauit
fieri petitionem eorũ. Dimisit autem illis
eum, qui propter homicidium, ⁊ seditio-
nem missus fuerat in carcerem, quẽ pete-
bãt, Jesum vero tradidit voluntati eoruꝫ.
Et cũ ducerẽt euꝫ, apprehenderunt Si-
monẽ quẽdã Cyrenẽsem veniẽtẽ de villa:
⁊ imposuerunt illi crucẽ portare post Je-
sum. Sequebatur autẽ illum multa turba
populi, ⁊ mulierum: quę plangebãt, ⁊ la-
mentabantur eũ. Conuersus autẽ ad illas
Jesus, dixit: ✠ Filię Jerusaleꝫ, nolite fle-
re super me, sed sup vos ipsas flete, ⁊ su-
per filios vestros. Quoniam ecce venient

dies, in quibus dicent: Beatę steriles, ⁊ ventres, qui non genuerunt, ⁊ vbera, quę non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos: ⁊ collibus: Operite nos. Quia si in viridi ligno hęc faciunt, in arido quid fiet? ℂ Ducebantur autem ⁊ alij duo nequam cum eo, vt interficerentur. Et postquam venerunt in locuz qui vocatur Caluarię, ibi crucifixerunt eum, ⁊ latrones, vnum a dextris, ⁊ alterum a sinistris. Jesus autem dicebat: ✠ Pater dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. ℂ Diuidentes vero vestimenta eius, miserunt sortes. Et stabat populus spectans: ⁊ deridebant eū principes cū eis, dicentes: S Alios saluos fecit, se saluū faciat, si hic est Christus, Dei electus. ℂ Illudebant aūt ei ⁊ milites accedentes, ⁊ acetum offerentes illi, ⁊ dicentes: S Si tu es rex Judęorum, saluum te fac. ℂ Erat autem ⁊ superscriptio scripta super eum litteris Gręcis, ⁊ Latinis, ⁊ Hebraicis: Hic est rex Judęorū. Unus aūt de his, qui pendebant, latronibus, blasphemabat eū, dicens: S Si tu es Christus, saluum fac temetipsum, ⁊ nos. ℂ Respōdens autez alter increpabat eū, dicens: S Neq; tu times Deū, quod in eadē dānatione es. Et nos qdē iuste, nā digna factis recipim⁹, hic vero nihil mali gessit. ℂ Et dicebat ad Jesum: S Domine memēto mei, cū veneris in regnuz tuū. ℂ Et dixit illi Jesus: ✠ Amen dico tibi: Hodie mecū eris in paradiso. ℂ Erat aūt fere hora sexta, ⁊ tenebrę factę sunt in vniuersaz terrā vsq; in horam nonam. Et obscuratus est sol: ⁊ velum templi scissum est medium. Et clamans voce magna Jesus, ait: ✠ Pater, in manus tuas cōmendo spiritum meuz. ℂ Et hęc dicens, expirauit. Hic pausat aliquantulum, ⁊ genuflectitur. Videns autem Centurio quod factuz fuerat, glorificauit Deuz, dicens: S Vere hic homo iustus erat. ℂ Et omnis turba eoruz qui simul aderant ad spectaculum istud, ⁊ videbāt quę fiebāt, percutientes pectora sua reuertebātur. Stabant autem omnes noti eius a longe: ⁊ mulieres, quę secutę erant eum a Galilęa, hęc videntes.

Hic legitur in tono Euangelij, ⁊ alia fiunt vt supra.

Et ecce vir nomine Joseph, q erat decurio, vir bon⁹ ⁊ iustus: hic non consenserat consilio, ⁊ actibus eoruz, ab Arimathęa ciuitate Judęę, q expectabat ⁊ ipse regnū Dei. Hic accessit ad Pilatū, ⁊ petijt corp⁹ Jesu: ⁊ depositū inuoluit sindone, ⁊ posuit eū i monumēto exciso, in quo nondū quisquā positus fuerat.

Offertorium. Domine exaudi orationez ps. 101
meam, ⁊ clamor meus ad te perueniat: ne auertas faciem tuam a me. Secreta.

Suscipe, quęsumus Domine, munus oblatum: ⁊ dignanter operare, vt quod passionis Filij tui Domini nostri mysterio gerimus, pijs affectib⁹ consequamur. Per eundem Dominum.

Deinde Protege. vel Oblatis. fol.43.

Commu. Potum meum cū fletu tempe- ps. 101
rabā: quia eleuans allisisti me: ⁊ ego sicut fęnū arui: tu autē Dñe in ęternū permanes: tu exurgens misereberis Sion, quia venit tēpus miserendi eius. Postcōmu.

Largire sensib⁹ nostris, omnipotēs Deus: vt per temporalem Filij tui mortez, quam mysteria venerāda testantur: vitam te nobis dedisse perpetuam confidamus. Per eundem Dominum.

Deinde Quęsumus. vel Hęc nos. f.43.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Respice, quęsumus Dñe super hāc familiam tuam: pro qua Dñs noster Jesus Christus non dubitauit manibus tradi nocentiū: ⁊ crucis subire tormentum. Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia.

FERIA QVINTA
in cęna Domini.
Statio ad sanctu3 Joannē in Laterano.
Nō dr ps. Judica me De⁹. Introitus.

Gal.6.

Nos aute3 gloriari oportet i Cruce Domini nostri Jesu Christi: in quo est salus, vita, & resurrectio nostra: per que3 saluati, & liberati sumus. Ps.
Ps.66.
Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suu3 super nos, & misereatur nostri. Nos autem gloriari oportet. dicitur Gloria in excelsis Deo. Et tunc pulsantur campanę, & deinceps non amplius vsq3 ad Sabbatum sanctum. Oratio.

Deus, a quo & Judas reatus sui pęnam, & confessionis suę latro pręmium sumpsit: concede nobis tuę propitiationis effectum: vt sicut in passione sua, Jesus Christus Dominus noster diuersa vtrisq3 intulit stipēdia meritoru3: ita nobis, ablato vetustatis errore, resurrectionis suę gratiam largiatur. Qui tecum viuit. Et hęc oratio tantum dicitur.

Lectio ep̄lę B. Pauli Ap̄li ad Corint.
1. cap.11.
Fratres: Conuenientibus vobis in vnum, iam non est Dominicam cęnam mãducare. Vnusquisq3 enim cęnam suam pręsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit: alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & cõfunditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc nõ laudo. Ego enim accepi a Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panē, & gratias agēs fregit, & dixit: Accipite, & mãducate: hoc est corp⁹ meũ, q ꝓ vobis tradet: hoc facite i meã cõmemorationē. Similiter & calicē, postq̄3 cęnauit, dicēs: Hic calix nouũ testamentũ est in meo sanguine. hoc facite quotiescumq3 bibetis, in meã cõmemorationē. Quotiescũq3 em̄ mãducabitis panē hunc, & calicē bibetis: mortē Dñi annunciabitis donec veniat. Itaq3 quicũq3 mãducauerit panē hunc vel biberit calicē Domini indigne: reus erit corporis, & sanguinis Dñi. Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit: non dijudicans corpus Dñi. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos dijudicaremus, nõ vtiq3 iudicaremur. Du3 iudicamur autem, a Dño corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Graduale.

Christus fact⁹ est ꝓ nobis obediēs vsq3 ad morte3, mortē aute3 crucis. ℣. Propter quod & Deus exaltauit illũ: & donauit illi nomen, quod est sup omne nomen. Philip.2.

Sequentia sancti Euangelii sm Joannē.
Ante diem festum Paschę, sciens Jesus q̄a venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad Patrem: cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et cęna facta, cum diabolus ia3 misisset in cor vt traderet eum Judas Simonis Iscariotę: sciens q̄a oĩa dedit ei Pater in man⁹, & q2 a Deo exiuit, & ad Deum vadit: surgit a cęna, & ponit vestimēta sua: & cum accepisset linteũ, p̄cinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & cępit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat pręcinctus. Venit ergo ad Simonem Petru3. Et dicit ei Petrus: Dñe, tu mihi lauas pedes? Respondit Jesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis mõ, scies aute3 postea. Dicit ei Pe- Joã.13.

trus: Nõ lauabis mihi pedes in eternũ. Respondit ei Jesus: Si nõ lauero te, non habebis partẽ mecũ. Dicit ei Simõ Petrus: Dñe, non tantũ pedes meos, sed & manus, & caput. Dicit ei Jesus: Qui lotus est, nõ indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed nõ oẽs. Sciebat enim quisnã esset qui traderet eũ: ꝓpterea dixit: Nõ estis mundi oẽs. Postquã ergo lauit pedes eorũ, & accepit vestimenta sua: cum recubuisset iterũ, dixit eis: Scitis qd fecerim vobis? Uos vocatis me Magister, & Dñe, & bene dicitis: sum etenim. Si ergo ego laui pedes vr̃os, Dñs, & Magister: & vos debetis alter alteri⁹ lauare pedes. Exẽplũ enim dedi vobis, vt quemadmodũ ego feci vobis, ita & vos faciatis. Et dr̃ Credo.

Ps. 117. Offertoriũ. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, dextera Dñi fecit virtutem: non moriar, sed viuam, & narrabo opera Dñi. Secreta.

Ipse tibi, quesumus Domine sancte, Pater oĩpotẽs, eterne Deus, sacrificium nostrum reddat acceptum, qui discipulis suis in sui commemoratione hoc fieri hodierna traditione monstrauit, Jesus Christus Filius tuus, Dominus noster. Qui tecum viuit & regnat.

Prefatio de Cruce. Infra actionem.

Communicantes, & diem sacratissimum celebrantes, quo Dñs noster Jesus Christus pro nobis est traditus: sed & memoriã venerãtes in primis gloriose semperque virginis Marie, genitricis Dei, & Domini nostri Jesu Christi. Sed & beatorum apostolorum, ac martyrũ tuorũ Petri & Pauli, Andree, Jacobi, Joannis, Thome, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Matthei, Simonis & Thadei, Lini, Cleti, Clementis, Xisti, Cornelij, Cypriani, Laurẽtij, Chrysogoni, Joannis & Pauli, Cosme & Damiani, & omnium sanctorum tuorum, quorũ meritis, precibusq; cõcedas: vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eumdem Christum Dñm nostrum.

Alia infra actionem.

Hanc igit̃ oblationem seruitutis nostre, sed & cũcte familie tue, quã tibi offerimus ob diem, qua Dominus noster Jesus Christus tradidit discipulis suis corporis, & sanguinis sui mysteria celebranda: quesumus Dñe, vt placatus accipias: diesque nostros in tua pace disponas: atque ab eterna damnatione nos eripi: & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per eumdem Christum Dñm.

Quam oblationẽ tu Deus in omnibus, q̃s, Benedictã ✠ Ascriptã ✠ Ratam ✠ Rationabilem, Acceptabilemque facere digneris: vt nobis Corpus ✠ & sanguis ✠ fiat dilectissimi Filij tui Dñi nostri Jesu Christi. Alia infra actionem.

Qui pridie, quã pro nostra omniũq; salute pateret̃, hoc est, hodie: accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas: & eleuatis oculis i celũ ad te. &c. dr̃ Agnus Dei, sed Pax, non datur.

¶ Hodie reseruat sacerdos in loco honesto & conuenienti vnã hostiã consecratam pro die sequenti, in quo nõ conficitur: vel etiã plures, si necesse fuerit, pro infirmis: sanguinem vero totum sumit. Deinde fiat communio, & postea completur Missa.

Commu. Dominus Jesus postquã cenauit cũ discipulis suis, lauit pedes eorũ, & ait illis: Scitis quid fecerim vobis ego Dñs & Magister? exemplũ dedi vobis, vt & vos ita faciatis. Joan. 13. Postcommunio.

Refecti vitalibus alimẽtis, q̃s Dñe Deus noster: vt quod tẽpore nostre mortalitatis cultu exequimur, tue immortalitatis munere cõsequamur. Per Do. Et dr̃ Ite Missa est. Et dat̃ bñdictio.

¶ Finita Missa, accedũt̃ intortitia, & fit ꝓcessio mor̃ solito. Celebrãs genuflectit ante altar̃, iponit icẽsũ i duob⁹ thuribulis: & cum

ꝛ cum altero incensat ter sacramentum: deinde de manu diaconi accepto calice cum sacramento, ꝛ cooperto extremitatibus veli quo teguntur humeri, procedit medius inter diaconum a dextris, ꝛ subdiaconum a sinistris sub baldachino, duobus acoluthis sacramentum cōtinue incensantibus vsque ad locum preparatuꝫ, vbi ꝑ crastino seruandū est. Interea dum fit processio, cantatur Hymnus.

D. Th. Aqnat. Pange lingua gloriosi,
Corporis mysterium,
Sanguinisqꝫ pretiosi,
Quem in mundi pretium,
Fructus ventris generosi,
Rex effudit gentium.
Nobis datus, nobis natus
Ex intacta virgine:
Et in mundo conuersatus,
Sparso verbi semine,
Sui moras incolatus
Miro clausit ordine.
In supremę nocte cęnę,
Recumbens cum fratribus:
Obseruata lege plene,
Cibis in legalibus,
Cibum turbę duodenę,
Se dat suis manibus.
Verbum caro panem verum,
Verbo carnem efficit,
Fitqꝫ sanguis Christi merum,
Et si sensus deficit,
Ad firmandum cor sincerum,
Sola fides sufficit.
Tantum ergo sacramentum
Veneremur cernui,
Et antiquum documentum
Nouo cedat ritui:
Pręstet fides supplementum
Sensuum defectui.
Genitori, genitoqꝫ
Laus, ꝛ iubilatio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit, ꝛ benedictio:
Procedenti ab vtroque,
Compar sit laudatio. ℟. Amen.

Reposito sacramēto, ꝛ rursus incēsato, ī choro dicant vesperę: postea sacerdos cū ministris denudet altaria legēdo Añaz.

Diuiserūt sibi vestimēta mea, ꝛ super vestem meam miserunt sortem. Psalmus.

Deus, Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? longe a salute mea verba delictorum meorum.
Deus meus clamabo per diem, ꝛ non exaudies: in nocte ꝛ non ad insipientiam mihi.
Tu autē in sancto habitas: laus Israel.
In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, ꝛ liberasti eos.
Ad te clamauerunt, ꝛ salui facti sunt: in te sperauerunt, ꝛ non sunt confusi.
Ego auteꝫ sum vermis, ꝛ nō homo: opprobrium hominum, ꝛ abiectio plebis.
Omnes vidētes me, deriserunt me: locuti sunt labijs, ꝛ mouerunt caput.
Sperauit in Domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam vult eum.
Quoniā tu es qui extraxisti me de ventre: spes mea ab vberibus matris meę: in te proiectus sum ex vtero.
De ventre matris meę, Deus meus es tu: ne discesseris a me.
Quoniam tribulatio proxima est: quoniam non est qui adiuuet.
Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me.
Aperuerunt super me os suuꝫ: sicut leo rapiens ꝛ rugiens.
Sicut aqua effusus suꝫ: ꝛ dispersa sunt omnia ossa mea.
Factum est cor meum tamquam cera liquescens: in medio ventris mei.
Aruit tamquam testa virtus mea: ꝛ lingua mea adhęsit faucibus meis, ꝛ in puluerem mortis deduxisti me.
Quoniaꝫ circūdederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas, ⁊ pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea.
Ipsi vero cõsiderauerunt, ⁊ inspexerũt me: diuiserunt sibi vestiméta mea, ⁊ super vestem meam miserunt sortem.
Tu autem Dñe ne elongaueris auxiliũ tuuz a me: ad defensionez meã conspice.
Erue a framea, Deus, animam meam: ⁊ de manu canis vnicam meam.
Salua me ex ore leonis: ⁊ a cornibus vnicornium humilitatem meam.
Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio Ecclesię laudabo te.
Qui timetis Dñm, laudate euz: vniuersum semen Jacob glorificate eum.
Timeat eũ oẽ semẽ Jsrael: qm̃ nõ spreuit, neqz despexit deprecationẽ pauperis.
Nec auertit faciem suam a me: ⁊ cũ clamarem ad eum, exaudiuit me.
Apud te laꝰ mea in Ecclesia magna: vota mea reddã, in cõspectu timentiũ eum.
Edent pauperes, ⁊ saturabuntur: ⁊ laudabunt Dominum qui requirunt eum: viuent corda eorum in seculum seculi.
Reminiscentur ⁊ conuertentur ad Dominum: vniuersi fines terrę.
Et adorabunt in conspectu eius: vniuersę familię gentium.
Quoniam Domini est regnum: ⁊ ipse dominabitur gentium.
Manducauerunt, ⁊ adorauerunt omnes pingues terrę: in conspectu eius cadent omnes, qui descendunt in terram.
Et anima mea illi viuet: ⁊ semen meum seruiet ipsi.
Annũciabitur Dño generatio ventura, ⁊ annunciabunt cęli iustitiaz eius: populo qui nascetur, quem fecit Dominus.

¶ Post denudationez altariũ, hora cõpetenti, facto signo cũ tabula cõueniunt clerici ad faciendũ mandatũ. Prelatus seu superior induitur stola ⁊ pluuiali violaceis: ⁊ ĩ loco ad id deputato, ministrante diacono (qui paratus cuz subdiacono vt in Missa, cũ paramentis albis ei assistit) imponit incẽsuz in thuribulo: Deinde diaconus librũ Euangeliorũ ante pectus tenens, genuflexus ante superiorẽ, petit benedictionẽ: qua accepta, astantibus duobus ceroferarijs cũ candelabris accensis, ⁊ subdiacono librũ tenente, signat librũ, ⁊ incensat, ⁊ cantat, vt moris est, Euãgeliũ: Ante diez festũ Paschę. vt in Missa. Quo finito, subdiaconus portat librũ osculãdũ superiori, ⁊ diaconus eũ incẽsat. Postea superior exuitur pluuiali, ⁊ p diaconũ ⁊ per subdiaconuz ꝑcingit linteo, ⁊ sic ꝑcinctus, assistẽtibus sibi diacono ⁊ subdiacono, accedit ad lotionẽ pedũ: ⁊ per ordinẽ dispositis ijs, q lauãdi sunt, clericis peluiz ⁊ aquam ministrãtibꝰ, subdiacono singulorũ pedem dextrũ tenẽte, genuflectẽs singulis, illorũ pedẽ lauat, extergit, ⁊ osculatur. Et interim hęc subscripta cantãtur, vel omnia, vel in parte, ꝓ dispositione cãtorũ. Aña.
Mãdatũ nouũ do vobis: vt diligatis inui- Ioã. 13
cẽ, sicut dilexi vos, dicit Dñs. Ps. Beati ps.118
immaculati in via, q ambulãt ĩ lege Dñi. Et repetit imediate Añ. Mãdatũ nouũ. Et sic alię Añę, q̃ habent psalmos, vel ℣. repetunt: Et de quolibet psalmo non dr nisi vnꝰ ℣. Aña. Postquã surrexit Dñs a cęna, misit aquã in peluim, ⁊ cępit lauare pedes discipulorũ suorũ, hoc exẽpluz
reliquit eis. Ps. Magnus Dñs, ⁊ lauda- ps.47
bilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. Aña. Dominus Jesus postquã cęnauit cũ discipulis suis, lauit pedes eorum, ⁊ ait illis: Scitis quid fecerĩ vobis ego Dñs ⁊ Magister? Exemplum dedi vobis: vt ⁊ vos ita faciatis.
Ps. Benedixisti Domine terram tuam, ps.84
auertisti captiuitatem Jacob. Antipho.
Domine tu mihi lauas pedes? respondit Jesus, ⁊ dicit ei: Si nõ lauero tibi pedes, non habebis partem mecũ. ℣. Venit ergo ad Simonem Petrũ: ⁊ dixit ei Petrus

trus. Et repetitur Aña. Domine, tu mihi lauas pedes? respondit Jesus, & dixit ei: Si non lauero tibi pedes, nō habebis partem mecum. ℣. Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. Tertio repetitur Aña. Domine, tu mihi lauas pedes? respondit Jesus, & dixit ei: Si non lauero tibi pedes, non habebis partem mecum.
Joā. 13. ℣. Si ego Dominus & Magister vester laui vobis pedes, quanto magis debetis alter alterius lauare pedes?
Ps 48. ps. Audite hęc omnes gentes, auribus percipite, qui habitatis orbem.
Joā. 13. Aña. In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli: si dilectionem habueritis adinuicem. ℣. Dixit Jesus discipulis suis. Antiph.
1. Cor. 13 Maneant in vobis fides, spes, charitas, tria hęc: maior autem horum est charitas. ℣. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hęc: maior aūt horum est charitas. Aña. Benedicta sit sancta Trinitas, atque indiuisa vnitas: confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam. ℣. Benedicamus Patrem, & Filium cum sancto Spiritu.
Ps 83. ps. Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.
1. Joā. 3. 14. Aña. Ubi charitas & amor, Deus ibi est. ℣. Congregauit nos in vnū Christi amor. ℣. Exultemus, & in ipso iucundemur. ℣. Timeamus, & amemus Deum viuum. ℣. Et ex corde diligamus nos sincero. Et repetitur Antiph. Ubi charitas & amor, Deus ibi est. ℣. Simul ergo cum in vnum congregamur. ℣. Ne nos mente diuidamur, caueamus. ℣. Cessent iurgia maligna, cessent lites. Et in medio nostri sit Christus Deus. Et repetitur Aña. Ubi charitas & amor, Deus ibi est. ℣. Simul quoque cum beatis videamus. ℣. Gloriãter vultum tuum Christe Deus. ℣. Gaudium, quod est immensum, atque probum. ℣. Sęcula per infinita sęculorum. Amen.
Post lotionem, qui alijs abluit pedes, capite detecto dicit Pater noster.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Tu mandasti mandata tua Domine.
℟. Custodiri nimis.
℣. Tu lauasti pedes discipulorum tuorū.
℟. Opera manuum tuarum ne despicias.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Adesto Domine, quęsumus officio seruitutis nostrę: & quia tu discipulis tuis pedes lauare dignatus es, ne despicias opera manuum tuarum, quę nobis retinenda mandasti: vt sicut hic nobis, & a nobis exteriora abluuntur inquinamenta: sic a te omnium nostrum interiora lauẽtur peccata. Quod ipse pręstare digneris, qui viuis & regnas Deus, per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen.

FERIA SEXTA in Parasceue.

Statio ad sanctam Crucem in Jerusalem.



Finita nona sacerdos, & ministri induti vestimentis nigri coloris, procedunt sine luminaribus, & incenso, & ante altare prostrati aliquandiu orant. Interim accolyti vnam tantum tobaleam extendunt super altare: Sacerdos cum ministris facta oratione accedit ad altare: deinde Lector procedit ad legendum, & sine titulo incipit prophetiam.

Hęc dicit Dominus: In tribulatione sua mane consurgent ad me. Venite, reuertamur ad Dominum: quia ipse cepit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos. Uiuificabit nos post duos dies: & in die tertio suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Sciemus, sequemurque vt cognoscamus Dominum: quasi diluculum pręparatus est egressus eius, & veniet quasi imber nobis temporaneus, Osee 6.

⁊ serotin⁹ terrę. Quid faciā tibi Ephraim? quid faciam tibi Juda? misericordia vestra quasi nubes matutina, ⁊ quasi ros mane pertransiens. Propter hoc dolaui in prophetis, occidi eos in verbis oris mei: ⁊ iudicia tua quasi lux egredientur. Quia misericordiam volui, ⁊ non sacrificiū, ⁊ scientiā Dei plusquā holocausta.

Aba. 3. Tractus. Domine, audiui auditum tuū, ⁊ timui: consideraui opera tua, ⁊ expaui. ℣. Jn medio duorum animalium innotesces: dum appropinquauerint anni, cognosceris: dum aduenerit tempus, ostenderis. ℣. Jn eo, dum conturbata fuerit anima mea: in ira, misericordię memor eris. ℣. Deus a Libano veniet, ⁊ sanctus de monte vmbroso, ⁊ condenso. ℣. Operuit cęlos maiestas eius, ⁊ laudis eius plena est terra. Finito Tractu sacerdos dicit: Oremus. Diaconus Flectamus genua. Subdiaconus Leuate. Oratio.

Deus, a quo ⁊ Judas reatus sui pęnam, ⁊ confessionis suę latro pręmium sumpsit: concede nobis tuę propitiationis effectum: vt sicut in passione sua, Jesus Christus Dominus noster, diuersa vtrisque intulit stipendia meritorum: ita nobis, ablato vetustatis errore, resurrectionis suę gratiā largiatur. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate Spiritus sancti Deus per omnia. ⁊c.

Subdiaconus in tono epistolę, similiter sine titulo cantat sequentem lectionem.

Exo. 12. In diebus illis: Dixit Dominus ad Moysen, ⁊ Aaron in Terra Ęgypti: Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cętū filiorū Jsrael, ⁊ dicite eis: Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias ⁊ domos suas. Sin autem minor est numerus vt sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum qui iunctus est domui suę, iuxta numerum animarum quę sufficere possunt ad esum agni. Erit autē agnus absque macula, masculus, anniculus: iuxta quem ritum tolletis ⁊ hędum. Et seruabitis eum vsque ad quartamdecimam diem mensis huius: immolabitque eum vniuersa multitudo filiorum Jsrael ad vesperā. Et sument de sanguine eius, ac ponent super vtrumque postem, ⁊ in superliminaribus domorū, in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, ⁊ azymos panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed assum tantū igni: caput cum pedibus eius ⁊ intestinis vorabitis, ⁊ os eius non confringetis. Nec remanebit ex eo quidquā vsq; mane. si quid residuum fuerit, igni comburetis. Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis, ⁊ calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, ⁊ comedetis festināter. est enī phase (idest transitus) Domini. Tractus.

Eripe me Domine ab homine malo: a Ps. 139.
viro iniquo libera me. ℣. Qui cogitauerunt malitias in corde, tota die constituebant prelia. ℣. Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenum aspidum sub labijs eorum. ℣. Custodi me Domine de manu peccatoris: ⁊ ab hominibus iniquis libera me. ℣. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos, absconderunt superbi laqueū mihi. ℣. Et funes extenderunt in laqueum pedibus meis: iuxta iter scandalum posuerunt mihi. ℣. Dixi Domino, Deus meus es tu: exaudi Domine vocem orationis meę. ℣. Domine, Domine virtus salutis meę: obumbra caput meum in die belli. ℣. Ne tradas me a desiderio meo peccatori: cogitauerunt aduersum me, ne derelinquas me, ne vnquam exaltentur. ℣. Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos. ℣. Verumtamen iusti confitebūtur nomini tuo, ⁊ habitabunt recti cum vultu tuo. Finito Tract. Passio super nudum pulpitum dicitur.

¶ Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Joannem.

Cap. 18



In illo tempore: Egressus est Jesus cuȝ discipulis suis trans Torrentē Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse ⁊ discipuli eius. Sciebat autē ⁊ Judas, qui tradebat eum, locum: quia frequēter Jesus cōuenerat illuc cū discipulis suis. Judas ergo cū accepisset cohortē, ⁊ a Pōtificibus, ⁊ Phariseis ministros, venit illuc cū laternis, ⁊ facibus, ⁊ armis. Jesus itaque sciens oīa, quę ventura erāt super eū, processit, ⁊ dixit eis: ✝ Queȝ quęritis? C. Responderunt ei: S. Jesuȝ Nazarenū. C. Dixit eis Jesus: ✝ Ego sum. C. Stabat autē ⁊ Judas, qui tradebat eum, cū ipsis.
19. Vt ergo dixit eis: Ego suȝ: abierūt retrorsum, ⁊ ceciderūt in terram. Iterum ergo eos interrogauit: ✝ Quē quęritis? C. Illi autē dixerunt: S. Jesum Nazarenuȝ. C. Respōdit Jesus: ✝ Dixi vobis quia ego sum: si ergo me quęritis, sinite hos abire. C. Vt impleret sermo, quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quēquā. Simon ergo Petrus habens gladiuȝ eduxit euȝ: ⁊ percussit pontificis seruū: ⁊ abscidit auriculā eius dexterā. Erat autem nomē seruo Malchus. Dixit ergo Jesus Petro: ✝ Mitte gladiū tuū in vaginā. Calicem quē dedit mihi Pater, nō vis vt bibā illuȝ? C. Cohors ergo, ⁊ tribunus, ⁊ ministri Judęorū cōprehenderunt Jesum, ⁊ ligauerunt eum: ⁊ adduxerunt eum ad Annam primū. Erat enim socer Caiphę, qui erat pōtifex anni illius. Erat autem Caiphas, qui consiliū dederat Judęis: Quia expedit, vnum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Jesum Simon Petrus, ⁊ alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, ⁊ introiuit cum Jesu in atriuȝ pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus ille, qui erat notus pontifici, ⁊ dixit ostiarię: ⁊ introduxit Petruȝ. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria: S. Numquid ⁊ tu ex discipulis es hominis istius? C. Dicit ille: S. Non sum. C. Stabant auteȝ serui, ⁊ ministri ad prunas: quia frigus erat, ⁊ calefaciebant se: erat autē cum eis ⁊ Petrus stans, ⁊ calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit Jesum de discipulis suis, ⁊ de doctrina eius. Respondit ei Jesus: ✝ Ego palam locutuȝ sum mundo: ego semper docui in synagoga, ⁊ in templo, quo omneȝ Judęi conueniunt: ⁊ in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? interroga eos, qui audierunt quid locutus sum ipsis: ecce hi sciunt quę dixerim ego. C. Hęc autem cum dixisset, vnus assistens ministrorum dedit alapam Jesu, dicens: S. Sic respondes pontifici? C. Respondit ei Jesus: ✝ Si male locutus sum, testimoniuȝ perhibe de malo: si autem bene quid me cędis? C. Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificē. Erat autem Simon Petrus stans, ⁊ calefaciens se. Dixerunt ergo ei: S. Numquid ⁊ tu ex discipulis eius es? C. Negauit ille, ⁊ dixit: S. Non sum. C. Dicit ei vnus ex seruis pontificis, cognatus eius, cuius abscidit Petrus auriculam: S. Nonne ego te vidi in horto cum illo? C. Iterum ergo negauit Petrus: ⁊ statim gallus cātauit. Adducunt ergo Jesum a Caipha in prętorium. Erat autem mane: ⁊ ipsi nō introierunt in prętoriuȝ, vt non contaminarent, sed vt manducarēt Pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, ⁊ dixit: S. Quam accusationē affertis aduersus hominem hūc? C. Respōderunt, ⁊ dixerunt ei: S. Si nō esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eū. C. Dixit ergo eis Pilatus: S. Accipite eum vos, ⁊ secundum legem vestram iudicate euȝ. C. Dixerunt

ergo

ergo ei Judęi: S Nobis non licet interficere quemquam. C Ut sermo Jesu impleretur, quem dixit, significãs qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum Pilatus in prętorium, ⁊ vocauit Jesum, ⁊ dixit ei: S Tu es rex Judęorum? C Respondit Jesus: ✠ A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? C Respondit Pilatus: S Numquid ego Judęus sum? Gens tua, ⁊ pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti? C Respondit Jesus: ✠ Regnum meum non est de hoc mundo, si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent vt non traderer Judęis: nunc autem regnum meum non est hinc. C Dixit itaque ei Pilatus: S Ergo rex es tu? C Respondit Jesus: ✠ Tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, ⁊ ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati: omnis qui est ex veritate, audit vocem meã. C Dicit ei Pilatus: S Quid est veritas? C Et cũ hoc dixisset, iterum exiuit ad Judęos, ⁊ dicit eis: S Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis vt vnũ dimittam vobis in Pascha: vultis ergo dimittam vobis regem Judęorum? C Clamauerunt rursum omnes, dicentes: S Non hunc, sed Barabbam. C Erat autem Barabbas latro. Tunc ergo apprehendit Pilatus Jesum, ⁊ flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius: ⁊ veste purpurea circumdederunt eum. Et veniebant ad eum, ⁊ dicebant: S Aue rex Judęorũ: C Et dabant ei alapas. Exiuit iterũ Pilatus foras, ⁊ dicit eis: S Ecce adduco eum vobis foras, vt cognoscatis quia in eo nullam causam inuenio. C Exiuit ergo Jesus portans spineam coronam, ⁊ purpureum vestimentum: Et dicit eis: S Ecce homo. C Cum ergo vidissent eũ Pontifices, ⁊ ministri, clamabant, dicentes: S Crucifige, crucifige eum. C Dicit ei Pilatus: S Accipite eum vos, ⁊ crucifigite: ego enim non inuenio in eo causam. C Responderunt ei Judęi: S Nos legem habemus, ⁊ secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. C Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est prętorium iterum: ⁊ dicit ad Jesum: S Unde es tu? C Jesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: S Mihi non loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere te, ⁊ potestatẽ habeo dimittere te? C Respondit Jesus: ✠ Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea, qui me tradidit tibi maius peccatum habet. C Et exinde quęrebat Pilatus dimittere eum. Judęi autem clamabant dicentes: S Si hunc dimittis, non es amicus Cęsaris, omnis enim, qui se regem facit, contradicit Cęsari. C Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Jesum: ⁊ sedit pro tribunali, ĩ loco q̃ dicitur Lithostrotos, Hebraice autem Gabbatha. Erat autem parasceue Paschę hora quasi sexta, ⁊ dicit Judęis: S Ecce rex vester. C Illi autem clamabant: S Tolle, tolle, crucifige eũ. C Dicit eis Pilatus: S Regem vestrũ crucifigam? C Responderunt Pontifices: S Non habemus Regem, nisi Cęsarem. C Tunc ergo tradidit eis illum vt crucifigeretur. Susceperunt autem Jesum, ⁊ eduxerunt. Et baiulans sibi crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluarię, locum, Hebraice autem Golgotha: vbi eum crucifixerunt, ⁊ cum eo alios duos hinc ⁊ hinc, medium autem Jesum. Scripsit autem ⁊ titulũ Pilatus: ⁊ posuit super crucem. Erat autem scriptum: Jesus Nazarenus, Rex Judęorum. Hunc ergo titulum multi legerunt Judęorum: quia prope ciuitatẽ erat locus, vbi crucifixus est Jesus: Et erat scriptum Hebraice, Gręce, ⁊ Latine. Dice-

bant ergo Pilato pontifices Judęorũ: S Noli scribere, Rex Judęorum: sed quia ipse dixit: Rex sum Judęorum. C Respondit Pilatus: S Quod scripsi, scripsi. C Milites ergo cũ crucifixissent eũ, acceperũt vestimenta eius, (et fecerũt quattuor partes: vnicuiq; militi partem) et tunicam. Erat autẽ tunica inconsutilis, desuper cõtexta per totũ. Dixerunt ergo adinuicem: S Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. C Vt Scriptura impleretur, dicens: Partiti sunt vestimẽta mea sibi: et in vestẽ meã miserunt sortẽ. Et milites quidẽ hęc fecerunt. Stabant autẽ iuxta crucẽ Jesu mater eius, et soror matris ei9, Maria Cleophę, et Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Jesus matrem, et discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suę: ✠ Mulier, ecce filius tuus. C Deinde dicit discipulo: ✠ Ecce mater tua. C Et ex illa hora accepit eã discipulus in sua. Postea sciens Jesus q̃ oĩa cõsummata sunt, vt ꝯsummaretur Scriptura, dixit: ✠ Sitio. C Vas ergo erat positũ aceto plenum. Illi autem spongiã plenam aceto, hyssopo circũponentes obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Jesus acetum, dixit: ✠ Consummatũ est. C Et inclinato capite tradidit spiritum. Hic pausatur aliquantulũ, et genuflectitur. Judęi ergo, (quoniam Parasceue erat) vt nõ remanerent in cruce corpora sabbato, (erat enim magnus dies ille Sabbati) rogauerunt Pilatũ vt frangerentur eorum crura, et tollerentur. Venerunt ergo milites: et primi quidem fregerunt crura, et alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Jesum autem cũ venissent, vt viderunt eũ iã mortuum, non fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, et continuo exiuit sanguis, et aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: et verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit, vt et vos credatis. Facta sunt enim hęc vt Scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt.

Hic legitur in tono Euangelij sine benedictione, incenso, et luminaribus.

POst hęc aũt rogauit Pilatum Joseph ab Arimathęa, (eo q̃ esset discipul9 Jesu, occult9 aũt ꝑ metũ Judęorũ) vt tolleret corp9 Jesu. Et ꝑmisit Pilatus. Venit ergo, et tulit corp9 Jesu. Venit aũt et Nicodem9, q̃ venerat ad Jesũ nocte primũ, ferẽs mixturã mirrhę, et aloes, quasi libras centũ. Acceperũt ergo corp9 Jesu, et ligauerũt illud linteis cũ aromatib9, sicut mos est Judęis sepelire. Erat aũt in loco, vbi crucifixus est, hortus: et in horto monumentũ nouũ, in quo nondũ quisquã positus erat. Ibi ergo propter Parasceuen Judęorũ, quia iuxta erat monumentũ, posuerũt Jesum. Deinde sacerdos stãs in cornu Ep̃lę, incipit absolute.



Oremus, dilectissimi nobis pro



Ecclesia sancta Dei: vt eã Deus et



Dominus noster, pacificare, adunare, et custodire dignetur: toto





orbe terrarũ, subijciens ei principatus,

patus, ꝛ po testa tes : detq; nobis

quietã, ꝛ tranquillam vitã degen-

tibus, glorificare Deum Patrem

omnipotentem. O remus.

Diaco- Subdia-

nꝰ dicit Flectamꝰ genua. co. rñd. Leuate.
Oõ cantat in tono feriali orõnis Missę.
Hic modus seruatur in subsequentibus.

Omnipotens sempiterne Deus: qui gloriam tuam omnibus in Christo gentibus reuelasti: custodi opera misericordię tuę: vt Ecclesia tua toto orbe diffusa, stabili fide, in confessione tui nominis perseueret. Per eumdem Dñm nostrũ.

Oremus, ꝛ ꝑ beatissimo Papa nostro N. vt Deꝰ ꝛ Dominus noster, qui elegit eum in ordine episcopatus, saluum atq; incolumẽ custodiat ecclesię suę sanctę, ad regendũ populũ sanctũ Dei. Oremus. Flectamus genua. ℞. Leuate.

Omnipotens sempiterne Deus, cuius iudicio vniuersa fundantur: respice propitius ad preces nostras: ꝛ electum nobis Antistitem tua pietate conserua: vt Christiana plebs, quę tali gubernatur auctore, sub tanto pontifice, credulitatis suę meritis augeatur. Per Dominum nostrum. ℞. Amen.

Oremus ꝛ pro omnibꝰ Episcopis, ꝛ Presbyteris, Diaconibꝰ, Subdiaconibus, Acolythis, Exorcistis, Lectoribus, Ostiarijs, Cõfessoribus, Virginibus, Viduis, ꝛ pro omni populo sancto Dei. Oremus. Flectamꝰ genua. ℞. Leuate.

Omnipotẽs sempiterne Deus, cuius spiritu totũ corpus Ecclesię sãctificatur, ꝛ regitur: exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicantes: vt gratię tuę munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per Dñm. ℞. Amen.

Oremus ꝛ pro Christianissimo Imperatore nostro N. vt Deus ꝛ Dñs noster subditas illi faciat oẽs barbaras nationes, ad nostram perpetuam pacem. Oremus. Flectamus genua. ℞. Leuate.

Omnipotens sempiterne Deus, in cuius manu sunt oĩu potestates, ꝛ omnium iura regnorum: respice ad Romanum benignus imperium, vt Gentes, quę in sua feritate confidunt, potentię tuę dextera cõprimant. Per Do. ℞. Amẽ.

Oremus ꝛ ꝑ cathecumenis nostris: vt Deus ꝛ Dominus noster adaperiat aures ꝑcordiorũ ipsorũ, ianuamque misericordię: vt per lauacrũ regenerationis, accepta remissione oĩu peccatorũ, ꝛ ipsi inueniant in Chr̃o Jesu Dño nr̃o. Oremus. Flectamus genua. ℞. Leuate.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Ecclesiam tuam noua semper prole fęcũdas: auge fidẽ ꝛ itellectũ cathecumenis nr̃is: vt renati fonte baptismatis, adoptiõis tuę filijs aggregẽt. Per. ℞. Amẽ.

Oremꝰ, dilectissimi nobis Deũ Patrẽ oĩpotentẽ: vt cũctis mundũ purget erroribꝰ: morbos auferat, famẽ depellat: aperiat carceres: vincula dissoluat: peregrinãtibꝰ reditũ: infirmãtibus sanitatẽ: nauigantibus portũ salutis indulgeat. Oremus. Flectamus genua. ℞. Leuate.

Omnipotẽs sempiterne Deus, mœstorũ cõsolatio, laborantiũ fortitudo,

do, perueniāt ad te preces de quacumqꝫ tribulatione clamantium: vt omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant affuisse. Per Dñz. ℟. Amen.

Oremus ⁊ pro hereticis, ⁊ scismaticis: vt De⁹ ⁊ Dñs noster eruat eos ab erroribus vniuersis: ⁊ ad sanctam matrem Ecclesiā catholicam, atqꝫ apostolicam reuocare dignetur. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Omnipotens sempiterne Deus, qui saluas oēs, ⁊ neminem vis perire: respice ad animas diabolica fraude deceptas: vt oī heretica prauitate deposita, errātiū corda resipiscāt, ⁊ ad veritatis tue redeāt vnitatez. Per Dñm. ℟. Amen.

Oremus ⁊ pro perfidis Judeis: vt Deus ⁊ Dominus noster auferat velamen de cordibus eorū: vt ⁊ ipsi agnoscant Jesum Christum Dñm nostrum. non respondetur Amen. nec dicitur Flectamus genua, sed statim dicitur:

Omnipotens sempiterne Deus, qui etiā Judaicaz perfidiam a tua misericordia non repellis: exaudi preces nostras, quas pro illius populi obcecatione deferim⁹: vt agnita veritatis tue luce, que Christus est, a suis tenebris eruantur. Per eundem Dñm nostruz. ℟. Amen.

Oremus ⁊ ꝓ paganis: vt Deus omnipotens auferat iniquitatem a cordibus eorum: vt relictis idolis suis, conuertantur ad Deū viuum ⁊ verum, ⁊ vnicum Filium eius Jesuz Christum Deum ⁊ Dominum nostrum, cum quo viuit ⁊ regnat cum Spiritu sancto Deus, per omnia. Non respondetur Amen.

Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Omnipotens sempiterne Deus, qui non mortem peccatorum, sed vitaz semper inquiris: suscipe propitius orationē nostrā: ⁊ libera eos ab idoloꝝ cultura, ⁊ aggrega Ecclesie tue sancte ad laudem ⁊ gloriam nois tui. Per Do. ℟. Amen.

¶ Cōpletis oratiōib⁹, sacerdos deposita casula, procedit ad cornu ep̄le, ⁊ ibi in posteriori pte anguli altaris, accipit crucez a ministris sibi ꝑparatā: quā, versa facie ad chorū, a summitate parū discooperit, icipiēs sol⁹ Añaz. Ecce lignuz crucis. Ab illo loco in antea iuuāt in cātu a ministris vsqꝫ ad Venite adorem⁹. Choro vero cātāte, Venite adorem⁹, oēs se ꝓsternūt. Deinde ꝓcedit ad anteriorem partē anguli eiusdē cornu ep̄le: ⁊ discooperiēs amplius crucē, eleuās eā paulisper alti⁹ quā primo, incipit: Ecce lignum crucis. Alijs cātātib⁹: ⁊ adorātib⁹, vt sup. Deinde sacerdos ꝓcedit ad mediū altaris: ⁊ discooperiēs crucē totaliter, ac eleuādo eā tertio, altius incipit: Ecce lignuz crucis. Alijs cantantibus ⁊ adorantibus, vt supra. Postea sacerdos deponit crucem in loco ad hoc preparato ante altare.







Deinde deponit calceamenta: ⁊ accedit ad adorādā crucē, ter genua flectēs ante osculationē crucis. Hoc facto reuertit̄, ⁊ accipit calceamēta ⁊ casulā. Postmodū ministri altaris: deinde alij ter genibus flexis, vt dictū est, crucē adorāt. Interim dū fit adoratio, cantant̄ improperia, ⁊ alia q̄ sequunt̄ totaliter, vel in parte, ꝓut multitudo adorātiū vł paucitas requirit, hoc mō. Duo cātores cātant in medio chori.

℣. Pp'le meus, vsq₃ ad Agios otheos. ℣. Popule meus qd feci tibi: aut in quo ɔtristaui te, respõde mihi? ℣. Quia eduxi te de terra Ægypti: parasti crucē saluatori tuo. vn⁹ chor⁹ cãtat. Agios otheos. Alius chorus respõdet Sãctus Deus. Primus chor⁹ Agios ischiros. Secundus chorus. Sctũs fortis. Prim⁹ cho. Agios athanathos, eleison imas. Scd's chorus. Sãctus ꝛ imortalis miserere nobis. Postea duo de secũdo choro cãtãt versuꝫ. Quia eduxi te per desertum quadraginta annis: ꝛ mãna cibaui te, ꝛ itroduxi te ĩ terrã satis optimã. Chori rñdẽt alternatim. Agios otheos, ꝛc. Sctũs deus. Ita tamen, ꝙ primus chorus semper repetat. Agios. Deinde duo de primo choro cantant. ℣. Quid vltra debui facere tibi, ꝛ non feci? Ego quidem plantaui te vineam meam speciosissimam: ꝛ tu facta es mihi nimis amara: aceto namque sitim meam potasti: ꝛ lancea perforasti latus saluatori tuo. Item chori alternatim respondẽt. Agios otheos. Sanctus ꝛ immortalis. ꝛc. Vsus sequentis improperij a duobus alternatim cãtantur, vtroque choro simul repetente post quẽlibet. ℣. Popule meus quid feci tibi? aut in quo contristaui te, responde mihi.

¶ Incipiunt Improperia.

Duo de scd'o Choro cãtãt ℣. Ego propter te flagellaui Ægyptũ cũ primogenitis suis: ꝛ tu me flagellatũ tradidisti. Chorus repetit Popule me⁹. Duo de primo cho. ℣. Ego eduxi te d' Ægypto, demerso Pharaone ĩ mare rubrũ: ꝛ tu me tradidisti principibus sacerdotũ. Cho. Popule meus. Duo de scd'o cho. ℣. Ego ante te aperui mare: ꝛ tu aperuisti lãcea latus meũ. cho. Pp'le meus. Duo de primo cho. ℣. Ego ante te preiui ĩ colũna nubis: ꝛ tu me duxisti ad ṗtoriũ Pilati. cho. Pp'le me⁹ qd. duo d' scd'o cho. ℣. Ego te paui mãna ꝑ desertuꝫ: ꝛ tu me cecidisti alapis, ꝛ flagellis. Cho. Popule meus. Duo de primo Cho. ℣. Ego te potaui aqua salutis de petra: ꝛ tu me potasti felle, ꝛ aceto. Chorus. Popule meus. Duo de secundo Choro ℣. Ego propter te Chananeorum reges percussi, ꝛ tu percussisti arundine caput meum. Chorus. Popule meus. Duo de primo choro ℣. Ego dedi tibi sceptrum regale: ꝛ tu dedisti capiti meo spineam coronã. Cho. Popule meus. Duo de secundo choro. ℣. Ego te exaltaui magna virtute: ꝛ tu suspẽdisti me in patibulo crucis. Chorus. Popule meus. Sequens Antiph. Crucem tuaꝫ adoramus. cũ psalmo. Deus misereatur nostri. cantatur communiter, ꝛ repet. immediãte aña post ℣. Antipho. Crucẽ tuã adoramus Dñe: ꝛ sanctam resurrectioneꝫ tuam laudamus, ꝛ glorificamus. Ecce enim propter lignum venit gaudium in vniuerso mundo. ps. Deus misereať nostri, ꝛ benedicat nobis: illuminet vultũ suum sup nos, ꝛ misereať nostri. Deinde Hym. Crux fidelis. Cũ versibuꝫ hymnoꝝ sequẽtiũ. Pãge ligua. Lustris sex q iã. Et cuꝫ repetitionibus vt inferius ponunť ꝑ dispositione cãtorum. Hymn. Crux fidelis inter omnes arbor vna nobilis: nulla silua talem profert fronde, flore, germine. Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus sustinet. Hym. Pange lingua gloriosi prelium certaminis, ꝛ super crucis tropheo, dic triumphum nobilem, qualiter Redemptor orbis immolatus vicerit. Repetitur. Crux fidelis. vsq₃ ad Dulce lignũ. Et sic quoties rep. Crux fidelis. De parentis protoplasti, fraude Factor ɔdolẽs: quãdo pomi noxialis Morsu in mortẽ corruit: ipse lignũ tũc notauit damna ligni vt solueret. Repetiť. Dulce lignuꝫ. ℣. Hoc opus nr̃e salutis ordo depoposcerat, multiformis ꝑditoris ars vt artẽ falleret: ꝛ medelã ferret ĩde, hostis vnde leserat. Repetiť. Crux fidelis.

℣. Quan-

℣. Quando venit ergo sacri plenitudo temporis, missus est ab arce Patris, natus orbis cōditor: atqꝫ vētre virginali caro fact⁹ prodijt. Repetitur Dulce lignū.
℣. Uagit infans inter arcta cōditus psepia: mēbra pannis inuoluta, virgo mater alligat: ⁊ manus, pedesqꝫ, ⁊ crura, stricta cingit fascia. Repetit̄ Crux fidelis. Ali⁹ Hymn⁹. Lustris sex q iaꝫ peractis, tempus implens corporis: se volēte nat⁹ ad hoc passioni dedit⁹, Agn⁹ in cruce leuat̄ immolād⁹ stipite. Repetit̄ Dulce lignū.
℣. Hic acetum, fel, arundo, sputa, claui, lancea: mite corpus pforat̄, sanguis, vnda pfluit: terra, pōtus, astra, mūdus, quo lauant̄ flumine. Repetitur Crux fidelis.
℣. Flecte ramos arbor alta: tēsa laxa viscera: ⁊ rigor lētescat ille, quē dedit natiuitas: vt superni mēbra regis, miti tendas stipite. Repetitur Dulce lignum.
℣. Gloria, ⁊ honor Deo, vsquequo Altissimo, vna Patri, Filioqꝫ, inclyto Paraclito, cui laus est, ⁊ potestas, per ęterna secula. Amen.

¶ Circa fines adorationis Crucis accenduntur cādelę sup altare: ⁊ diacon⁹ accipiēs bursam corporaliuꝫ, extēdit corporale more solito: ⁊ finita adoratiōe Crucē reuerenter accipit, ⁊ reportat ad altare. Postea ordinat̄ pcessio ad locū, vbi pridie Sacramentū repositū fuerat. Precedit subdiaconus cū cruce inter duos acolithos deferētes cādelabra cū cereis accēsis, ⁊ clerus p ordinē, vltimus Sacerdos cū ministris. Cū puentū fuerit ad locū Sacramenti, accēdunt̄ intortitia, quę nō extinguunt̄, nisi post sumptionem Sacramenti: ⁊ sacerdos genuflectit ante sacramētū, ⁊ orat aliquātulū: diacon⁹ interiꝫ apit capsulā, ī qua recōditū est corpus Dñi, postea sacerdos imponit incēsum in duob⁹ thuribulis, diacono nauiculā ministrāte, ⁊ genuflexus incēsat sacramentuꝫ. Deinde diacon⁹ extrahēs calicē cū sacramēto de capsula, dat ad man⁹ sacerdotis, ⁊ tegit extremitatib⁹ veli, qd̄ humeros sacerdotis circūdat: ⁊ pcedunt ordine quo venerūt: defert̄ baldachinū sup sacramentū: ⁊ duo acolithi cū thuribulis ↄtinue sacramētū incēsant: interim cātat̄ Hymn⁹.



Pange lingua...





Uexilla regis prodeūt, Fulget crucis mysteriū: Quo carne carnis cōditor, Suspensus est pati bulo.

Quo vulneratus insuper,
Mucrone diro lanceę:
Ut nos lauaret crimine,
Manauit vnda, sanguine.
Impleta sunt quę concinit
Dauid fidelis carmine,
Dicens, In nationibus
Regnauit a ligno Deus.
Arbor decora, ⁊ fulgida,
Ornata regis purpura,
Electa digno stipite,
Tam sancta membra tangere.
Beata, cuius brachijs,
Sęcli pependit pretium,
Statera facta corporis,
Prędamque tulit tartari.
O crux aue spes vnica,
Hoc Passionis tempore,
Auge pijs iustitiam,
Reisque dona veniam.
Te summa Deus Trinitas,
Collaudet omnis spiritus:
Quos per crucis mysterium
Saluas, rege per secula. Amen.

Cum

Cum venerit sacerdos ad altare, posito super illud sacramento, genuflexus rursus incensat, ⁊ accedens ponit hostiam super patenā, quā diaconus tenet: deinde accipiēs patenā cū sacramēto de manu diaconi: hostiā sacrā ponit super corporale, nihil dicēs: sacerdos si tetigerit sacramentū, digitos abluat in aliquo vase: interim diaconus imponit vinū in calicem, ⁊ subdiaconus aquā: ⁊ sacerdos accipiēs calicē a diacono, ponit super altare, nihil dicēs, ⁊ diaconus illū cooperit: deinde imponens incensum in thuribulo, incensat oblata ⁊ altare more solito, dicens:

Incensū istud a te benedictū, ascendat ad te Domine: ⁊ descendat super nos misericordia tua.

Cum incensat altare dicit:

Dirigatur Domine oratio mea, sicut incensum in cōspectu tuo: eleuatio manuum mearum, sacrificium vespertinum. Pone Domine custodiam ori meo, ⁊ ostium circumstantię labijs meis: vt nō declinet os meū in verba malitię, ad excusandas excusationes in peccatis.

Quando reddit thuribu. diacono, dicit:

Accēdat in nobis Dñs ignē sui amoris, ⁊ flāmā ęterne charitatis. Amē.

Postea lauat manus, nihil dicens: deinde in medio altaris inclinatus dicit:

In spiritu humilitatis, ⁊ in animo cōtrito suscipiamur Domine a te: ⁊ sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi Domine Deus.

Deinde versus ad populum, dicit:

Orate fratres, vt meum, ac vestrum sacrificium, acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

Consequenter omissis alijs, dicit:

Oremus. Pręceptis salutaribus



moniti, ⁊ diuina institutione formati



audem⁹ dicere. Pater noster, q̄ es



in cęlis: Sāctificetur nomen tuum.



Adueniat regnum tuū. Fiat voluntas tua sicut in cęlo, ⁊ in terra. Pa-





nem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita





nostra sicut ⁊ nos dimittimus debitorib⁹ nostris. Et nē nos inducas in





tentationē. ℟. Sed libera nos a malo.

Sacerdos sub silētio dicto Amē. In eadē voce qua dicit Pater nost. absolute sine Oremus. in tono orationis Missę dicit.

Libera nos, quęsumus Dñe, ab omnibus malis, prę teritis, pręsentib⁹, ꝛ futuris: ꝛ intercedente beata, ꝛ gloriosa, semperq3 virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro ꝛ Paulo, atq3 Andrea, ꝛ oibus sanctis: da propitius pacem in diebus nostris: vt ope misericordię tuę adiuti, ꝛ a peccato simus semper liberi, ꝛ ab omni perturbatione securi. Per eumdem Dñm.

¶ Tūc celebrās facta reuerētia vsq3 ad terrā, sacramentū in dexteram accipit, ꝛ eleuat vt videri possit a populo, ꝛ statim diuidit in tres partes, quarū vltimā mittit in calicem more solito, nihil dicens. Pax Dñi. nō dicitur, nec Agnus Dei, neq3 pacis osculū datur. Postmodum prętermissa orōne. Domine Jesu Christe, qui dixisti. quia facit mentionē de pace: ꝛ oratione. Domine Jesu Christe Fili Dei viui. quia facit mentionem de sanguine: dicit tantu3 orationem sequente3.

Perceptio corporis tui Dñe Jesu Christe, quod ego indignus sumere pręsumo, non mihi proueniat in iudicium ꝛ condemnationē: sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis ꝛ corporis, ꝛ ad medelam percipiendam. Qui viuis ꝛ regnas cū Deo patre, in vn.

Accipit patenam cu3 corpore Christi, ꝛ cū maxima humilitate ꝛ reuerentia dicit:

Panem cęlestem accipiam, ꝛ nomen Domini inuocabo.

Percutit pectus suum ter, dicens.

Dñe nō su3 dign⁹, vt intres sub tectum meu3: sed tm̄ dic vbo, ꝛ sanabit̄ aīa mea.

Postea signat se sacramento, dicens.

Corp⁹ Dñi nr̄i Jesu Christi, custodiat aīam meam in vitam ęternam. ℟. Amē.

Tunc sumit corpus reuerenter. Deinde omissis oib⁹ q̄ dici solēt ante sumptione3 calicis: immediate particulam hostię cu3 vino reuerenter sumit de calice. Postea more solito facta ablutione digitoru3, in medio altaris inclinatus, dicit:

Quod ore sumpsimus, Dñe, pura mēte capiamus: ꝛ de munere tēporali, fiat nobis remedium sempiternu3. Non dicitur Corpus tuū Dñe. nec Postcommunio. nec Placeat tibi. nec dat̄ bñd: sed facta purificatiōe, sacerdos cū ministris discedit, ꝛ dñr vesp. sine cātu: ꝛ denudat̄ altar.

SABBATO SANCTO.

Statio ad sanctū Joannē3 in Laterano.



Hora competēti cooperiunt̄ altaria, ꝛ dicuntur horę, cādelis altaris extinctis vsq3 ad principiū Missę. Interim excutit̄ ignis de lapide foris ecclesiam, ꝛ accēditur. Dicta nona sacerdos idut⁹ amictu, alba, cingulo, stola, ꝛ pluuiali violaceo: astātibus sibi ministris cū cruce, aqua bñdicta, ꝛ incēso, benedicit nouū ignem, dicēs ℣.

Dñs vobiscū. ℟. Et cū spiritu. Orō.

Deus, qui per Filiū tuū, angularem scilicet lapidem, claritatis tuę fidelib⁹ igne3 cōtulisti, productū ex silice, nostris profuturū vsibus: nouū hunc igne3 sancti ✠ fica, ꝛ cōcede nobis: ita per hęc festa Paschalia, cęlestibus desiderijs inflāmari, vt ad perpetuę claritatis, puris mentib⁹ valeamus festa pertingere. Per eumdem. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Domine De⁹, Pater omnipotens, lumen indeficiens, ꝛ sancte conditor omnium luminu3: bene ✠ dic hoc lumen, quod a te sanctificatū atq3 benedictum est, qui illuminasti omne3 mundu3: vt ab eo lumine accēdamur, atq3 illuminemur igne claritatis tuę: vt sicut illuminasti Moysen exeuntem de Ægypto: ita illumines corda ꝛ sensus nostros: vt ad vita3 ęternā mereamur peruenire. Per Christu3 Dñm nostrū. ℟. Amen. Orō.

Domine sancte, Pater omnipotẽs, eterne Deus: benedicẽtibus nobis hunc ignem in noie tuo, ⁊ vnigeniti Filij tui, Dei, ac Dñi nři Jesu Christi, ⁊ Spiritus sancti, cooperari digneris: ⁊ adiuua nos contra ignita tela inimici, ⁊ illustra gratia celesti. Qui viuis ⁊ regnas cũ eodem vnigenito tuo, ⁊ Spiritu sancto Deus, Per oia secula sclor. ℟. Amẽ.

Deinde benedicit quinque grana incensi, ponenda in cereo, dicens hanc orationem. Oratio.

Ueniat, qs ops De⁹, super hoc incẽsuz larga tue benedictionis infusio: ⁊ hunc nocturnuz splẽdorẽ inuisibilis regenerator accẽde: vt nõ solũ sacrificiũ, quod hac nocte litatum est, arcana luminis tui admistione refulgeat: sed in quocũqz loco ex huius sãctificationis mysterio aliqd fuerit deportatũ, expulsa diabolice fraudis nequitia, virt⁹ tue maiestatis assistat. Per Chrm Dñm nrm. ℟. Amẽ.

Dum benedicit incensum, acolithus assumens de carbonibus benedictis ponit in thuribulo. Finita vero benedictione incẽsi, sacerdos incẽsuz, ⁊ ignẽ benedictuz aspgit aqua benedicta: ⁊ de nauicula posito incẽso in thuribulo, inde adolet pdicta grana incẽsi, ⁊ ignẽ bñdictum. Interiz oia luminaria eccl'ie extinguunt, vt de igne bñdicto postmoduz accẽdant.

¶ Deinde diaconus indutus dalmatica albi coloris, accipit arundinẽ cũ trib⁹ cãdelis, i summitate illi⁹ triãgulo distinctis. Precedit thuriferarius cũ acolitho deferẽte in vase quinqz grana incẽsi. Sequit subdiaconus cuz cruce, ⁊ clerus p ordinẽ: deinde diacon⁹ cũ arundine, post euz celebrãs. Cuz diacon⁹ igressus est ecclesiã, iclinat arundinẽ, ⁊ acolithus deferẽs candelã accensam de nouo igne, accẽdit vnã ex illis trib⁹ cãdelis desuper positis: ⁊ diaconus eleuãs arundinẽ genuflectit, similiter ⁊ oẽs alij cuz eo: ⁊ cantat solus: Lumẽ Chri. ℟. Deo gratias. Procedẽs deinde ad mediuz Ecclesie, ibi accẽdit alia cãdela: ⁊ iteruz genuflex⁹, vt sup. altius cãtat: Lumẽ Chri. ℟. Deo grãs. Tertio pcedit ante altare, vbi accenditur tertia candela, ⁊ rursus genuflexus vt prius, adhuc altius dicit: Lumen Chri. ℟. Deo gratias. Deinde dat arundinez vni acolitho: ⁊ accipiens librum, petit a celebrante benedictionẽ, vt fit ad Euangeliuz, sacerdote dicente: Dñs sit in corde tuo, ⁊ in labijs tuis, vt digne ⁊ competenter annuncies suũ sanctuz Paschale pconium. Postea vadit ad pulpitum, ⁊ ponit super eo libruz, ⁊ incẽsat. A dextris diaconi stent subdiaconus cum cruce, ⁊ thuriferarius: a sinistris duo acolithi, ille qui tenet arundinẽ, ⁊ alius tenens in vase quinqz illa grana incensi benedicti figenda in cereo. Tunc surgentibus, ⁊ stantibus omnibus, diaconus cantat.

Exultet iam angelica tur ba


celoruz. Exultent diuina mysteria,

⁊ pro tanti regis victoria, tuba inso-

net salutaris. Gaudeat ⁊ tellus tan-

tis irradi a ta fulgoribus: ⁊ eterni

regis



regis ſplendoꝛe illuſtrata, totius



oꝛbis ſe ſentiant amiſiſſe caliginem.



Lętetur ⁊ mater Eccleſia, tanti lu-



minis adoꝛnata fulgoꝛibus: ⁊ ma-




gnis populoꝛuȝ vocibus hęc aula



reſultet. Quapꝛopter aſtātes vos,



fratres charissimi, ad taȝ miraȝ hu-



ius ſancti luminis claritatem, vna



mecum, queſo, Dei omnipotentis



miſericoꝛdiam in uocate. Ut qui-



me nō meis meri tis intra Leuita-



rum numeruȝ dignatus eſt aggre-



gare: luminis ſui clari tateȝ infun-



dēs, cerei huius laudem imple re



perficiat. Per Dominum noſtrū




Jeſum Chꝛiſtum Fi li um ſuuȝ: qui



cū eo viuit ⁊ regnat in vnitate Spi-



rit⁹ ſancti De⁹. Per omnia ſecu-



la ſeculoꝛuȝ. ℟. Amen. ℣. Domi-



nus vobiſcū. ℟. Et cū ſpiritu tuo.



℣. Sursum corda. ℟. Habem⁹ ad Do-



minum. ℣. Gratias agamus Do-



mino Deo nostro. ℟. Dignum, ⁊



iustum est.



Vere dignū ⁊ iustum est, invisi-



bilē Deū Patrē omnipotentē,



Filiumq; eius vnigenitū, Domi-



num nostrum Jesum Christum,



toto cordis ac mentis affectu, ⁊ vo-



cis ministerio ꝑsonare. Qui ꝓ no-



bis ęterno Patri Adę debitū soluit:



⁊ veteris piaculi cautionem, pio



cruore detersit. Hęc sunt enī festa



Paschalia, in quibus verus ille



agnus occiditur, cuius sanguine



postes fidelium cōsecrantur. Hęc



nox est, in qua primum patres no-



stros filios Israel, eductos de Ægy-



pto, mare rubrum sicco vestigio



transire fecisti. Hęc igitur nox est,

que peccatorum tenebras, colum-
ne illumina ti o ne purgauit. Hec
nox est, que hod i e per vniuersum
mūduz, in Christo credentes, a vi-
tijs seculi, et caligine peccatoruz se-
gregatos, red dit gratie, sociat san-
ctitati. Hec nox est, in qua destru-
ctis vinculis mortis, Christus ab
inferis victor ascendit. Nihil enim
nobis nasci profuit, ni si redi mi

profuisset. O mira circa nos tu e
pie ta tis dignatio. O inestimabi-
lis dilectio charitatis: vt seruū redi-
meres, filium tradidisti. O certe ne-
cessariū Ade peccatuz, quod Chri-
sti morte deletū est. O felix culpa,
que talem ac tantum meruit habe-
re redemptorez. O ve re be a ta
nox, que so la meruit scire tem-
pus et horaz, in qua Christus ab in-
 feris

feris resurrexit. Hęc nox est, de qua scriptũ est: Et nox sicut dies illuminabitur, & nox illuminatio mea in delicijs meis. Huius igitur sanctificatio noctis fu gat scelera, culpas lauat: & reddit innocentiam lapsis, & męstis lę ti ti am. Fu gat o di a, concordiam parat, curuat imperia.

Hic Diaconus infigit quinque grana incensi benedicti in Cereo in modum Crucis.


In huius igitur noctis gratia, suscipe sancte Pater incẽsi hui⁹ sacrificiũ vespertinũ: quod tibi in hac cerei oblati o ne sollemni, p ministrorũ manus de operibus apũ, sacrosancta reddit Ecclesia. Sed iã colũnę huius pręconia nouimus, quaz in honorem De i rutilans i gnis accendit. Hic diacon⁹ accẽdit cereũ.

Qui li cet sit di ui sus in partes, mutu a ti tamen luminis detrimen-

trimenta non nouit. Alitur enim liquan ti bus ceris, quas in sub- stantiam pre ti o sę huius lampa- dis, apis mater eduxit.

Hic accē- dunt lam- pades.

O vere beata nox, quę expoliauit Ægyptios, ditauit Hebręos. Nox in qua terrenis cęlestia, humanis diui na iunguntur. Oramus ergo te Dñe, vt cereus iste in honorē tui nominis cōsecratus, ad noctis hu- ius caliginem destru endam, inde- ficiens per se ue ret. Et in odorem suauitatis acceptus, supernis lu- minaribus mi sce a tur. Flammas eius lu ci fer matutinus inueniat. Ille, inquam lucifer, qui nescit oc- casum. Ille qui regressus ab inferis, humano generi seren⁹ illuxit. Pre- camur ergo te Dñe, vt nos famulos tuos, oēmq; clerum, & deuotissimum popu-


populum: vna cum bea tiſ ſi mo


Papa noſtro N. ⁊ Antiſtite no-


ſtro N. quiete temporum conceſ-


ſa, in his paſchalibꝰ gaudijs, aſſi-


dua protectione regere, guberna-


re, ⁊ conſeruare digneris. Reſpi-


ce etiam ad de uo tiſ ſimum Im-



pe ra to rem no ſtrum N.


cu ius tu De us de ſi de rij


vo ta prę noſcens, in ef fa bi li


pi e ta tis, ⁊ miſericor di ę tu ę


mu ne re tranquillum per pe tu ę


pacis accommoda: ⁊ cę le ſtem


vi cto riam cum omni po pu lo


ſu o. Per eumdem Dominum


no ſtrum Ie ſum Chriſtum Fi-


li um tu um: Qui te cum vi-


uit, ⁊ regnat in vni ta te Spi-


ritus ſan cti Deus: per om-


ni a ſę cu la ſęculorum. Amen.

¶ Completa benedictione Cerei, diaconus depositis albis sumit violacea paramenta ⁊ vadit ad celebrantez. Postea leguntur prophetię sine titulo, ⁊ in fine prophetiarum dicuntur orationes modo subscripto. Ante, vel interiꝫ dū prophetię leguntur, catechizent catechumenos baptizandos, ⁊ pręparent ad baptismuꝫ.

¶ Prophetia prima.

Gen. i.



In pricipio creauit Deꝰ cęlum, ⁊ terram. Terra autē erat inanis ⁊ vacua ⁊ tenebrę erant super faciem abyssi: ⁊ Spiritus Domini ferebat super aquas. Dixitqꝫ Deus: Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit Deus lucem quod esset bona: ⁊ diuisit lucē a tenebris. Appellauitqꝫ lucez Diez, ⁊ tenebras Noctem: factumqꝫ est vespere ⁊ mane dies vnus. Dixit quoqꝫ Deus: Fiat firmamentū in medio aquarū: ⁊ diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, diuisitqꝫ aquas, quę erāt sub firmamēto, ab his, quę erāt super firmamentū. Et factum est ita. Vocauitqꝫ Deus firmamentū, Cęlum: ⁊ factuz est vespere ⁊ mane, dies secundus. Dixit vero Deꝰ: Cōgregent aquę, q̄ sub cęlo sunt, in locuz vnū: ⁊ appareat arida. Factumqꝫ est ita. Et vocauit Deus aridā Terrā, cōgregationesqꝫ aquaruz appellauit maria. Et vidit Deꝰ quod esset bonū. Et ait: Germinet terra herbaz virentē, ⁊ facientē semē, ⁊ lignū pomiferum faciēs fructū iuxta genus suū, cuius semen in semetipso sit super terrā. Et factum est ita. Et protulit terrā herbā virentē, ⁊ afferentē semen iuxta genus suū, lignūqꝫ faciēs fructuz, ⁊ habēs vnūquodqꝫ sementē secundum speciē suā. Et vidit Deuz ꝙ esset bonū. Factumqꝫ est vespere ⁊ mane, dies tertius. Dixit autē Deꝰ: Fiant luminaria in firmamēto cęli, ⁊ diuidāt diem ac noctem, ⁊ sint in signa ⁊ tēpora, ⁊ dies, ⁊ annos: vt luceāt in firmamēto cęli, ⁊ illuminēt terrā. Et factū est ita. Fecitqꝫ Deꝰ duo luminaria magna: luminare maius, vt pręesset diei: ⁊ luminare minus, vt pręesset nocti: ⁊ stellas. Et posuit eas in firmamento cęli, vt lucerēt sup terraz, ⁊ pręessent diei ac nocti, ⁊ diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit Deꝰ ꝙ esset bonuꝫ. Et factum est vespere ⁊ mane, dies quartus. Dixit etiaꝫ Deus: Producant aquę reptile animę viuētis, ⁊ volatile sup terram sub firmamento cęli. Creauitque Deus Cete grādia, ⁊ oēm animā viuentem atqꝫ motabilē, quaꝫ produxerant aquę in species suas, ⁊ omne volatile secundū genus suū. Et vidit Deꝰ ꝙ esset bonum. Benedixitqꝫ eis, dicēs: Crescite, ⁊ multiplicamini, ⁊ replete aquas maris: auesqꝫ multiplicent super terrā. Et factuꝫ est vespere ⁊ mane, dies quintus. Dixit quoque Deus: Producat terra aīam viuentē in genere suo, iumenta, ⁊ reptilia, ⁊ bestias terrę secundum species suas. Factūqꝫ est ita. Et fecit Deus bestias terrę iuxta species suas, ⁊ iumenta, ⁊ omne reptile terrę in genere suo. Et vidit Deus ꝙ esset bonum, ⁊ ait: Faciamus hominē ad imaginē, ⁊ similitudinē nostrā: ⁊ pręsit piscibꝰ maris, ⁊ volatilibꝰ cęli, ⁊ bestijs, vniuersęqꝫ terrę, omniqꝫ reptili, ꝙ mouetur in terra. Et creauit Deuꝫ hoīeꝫ ad imaginē, ⁊ similitudinē suā: ad imagineꝫ Dei creauit illuꝫ, masculum ⁊ feminā creauit eos. Benedixitqꝫ illis Deus, ⁊ ait: Crescite ⁊ multiplicamini, ⁊ replete terraꝫ, ⁊ subijcite eam, ⁊ dominamini piscibꝰ maris, ⁊ volatilibuꝫ cęli, ⁊ vniuersis aīantibus, q̄ mouētur super terrā. Dixitqꝫ Deus: Ecce dedi vobis oēm herbā afferentem semen super terraꝫ, ⁊ vniuersa ligna quę habent in semetipsis semētem generis sui, vt sint vobis in escā: ⁊ cunctis animantibus terrę, oīqꝫ volucri cęli, ⁊ vniuersis quę mouentur in terra, ⁊ in quibus est aīa viuēs, vt habeant ad vescendum. Et factum est ita. Viditque Deus cuncta quę fecerat:

⁊ erant

⁊ erant valde bona, Et factũ eſt veſpere ⁊
mane, dies ſextus. Igit̃ perfecti ſunt cęli
⁊ terra, ⁊ omnis ornatus eorũ. Comple-
uitq; Deus die ſeptimo opus ſuũ quod
fecerat: ⁊ requieuit die ſeptimo ab vniuer-
ſo opere qđ patrarat. Qua completa, ſa-
cerdos dicat Oremꝰ. ⁊ diaconus Flecta-
mus genua. Subdiac. Leuate. Oratio.
DEus, qui mirabiliter creaſti homi-
nem, ⁊ mirabilius redemiſti: da no-
bis q̃s, contra oblectamẽta peccati, men-
tis ratione pſiſtere: vt mereamur ad ęter-
na gaudia peruenire. Per Dominum.

Prophetia ſecunda.

Gen. 5. NOe vero cum quingentorum eſſet
annorum, genuit Sem, Cham, ⁊
Cap. 6. Japheth. Cũque cepiſſent homines mul
tiplicari ſuper terram, ⁊ filias procreaſ-
ſent, Videntes filij Dei filias hominum
quod eſſent pulchrę, acceperũt ſibi vxo-
res ex omnibus, quas elegerant. Dixitq;
Deus: Non permanebit ſpiritus meus
in homine in ęternũ, quia caro eſt: erũtq;
dies illius centum viginti annorum. Gi-
gantes autem erant ſuper terram in die-
bus illis. Poſtquã enim ingreſſi ſunt fi-
lij Dei ad filias hominũ, illęque genue-
runt, iſti ſunt potentes a ſęculo viri famo-
ſi. Videns autem Deus quod multa ma-
litia hominum eſſet in terra, ⁊ cuncta co-
gitatio cordis intenta eſſet ad malũ om-
ni tempore, pęnituit eum ꝙ hominem fe-
ciſſet in terra. Et pręcauens in futurum, ⁊
tactus dolore cordis intrinſecus, Dele-
bo, (inquit,) hominem, quẽ creaui, a fa-
cie terrę, ab homine vſq; ad animantia, a
reptili vſq; ad volucres cęli. Pęnitet e-
nim me feciſſe eos. Noe vero inuenit gra-
tiam coram Deo. Hę ſunt generationes
Noe: Noe vir iuſtus atq; perfectus fuit
in generationibꝰ ſuis, cum Deo ambula-
uit. Et genuit tres filios, Sem, Cham, ⁊
Japheth. Corrupta eſt autẽ terra coram
Deo, ⁊ repleta eſt iniquitate. Cumq; vi-
diſſet Deus terram eſſe corruptam, om-
nis quippe caro corruperat viã ſuã ſu-
per terram, dixit ad Noe: Finis vniuerſę
carnis venit corã me: repleta eſt terra ini-
quitate a facie eorum, ⁊ ego diſperdã eos
cum terra. Fac tibi arcam de lignis lęui-
gatis: manſiunculas in arca facies, ⁊ bi-
tumine linies intrinſecus, ⁊ extrinſecus.
Et ſic facies eam: Trecentorum cubito-
rum erit longitudo arcę, quinquaginta
cubitorum latitudo, ⁊ triginta cubitorum
altitudo illius. Feneſtram in arca facies,
⁊ in cubito cõſummabis ſummitatẽ eius:
Oſtium autem arcę pones ex latere deor-
ſum: cęnacula, ⁊ trigeſta facies in ea. Ec-
ce ego adducam diluuij aquas ſuper ter-
ram, vt interficiam omnem carnẽ, in qua
ſpiritus vitę eſt ſubter cęlum: ⁊ vniuerſa
quę in terra ſunt, conſumentur. Ponã-
que fœdus meum tecum: ⁊ ingredieris ar-
cam tu ⁊ fili tui, vxor tua, ⁊ vxores filio-
rũ tuorũ tecũ. Et ex cunctis animãtibus
vniuerſę carnis bina induces in arcam, vt
viuant tecum: maſculini ſexus ⁊ femini-
ni. De volucribus iuxta genus ſuũ, ⁊ de
iumentis in genere ſuo, ⁊ ex omni reptili
terrę ſecundum genus ſuũ: bina de om-
nibus ingredientur tecum, vt poſſint vi-
uere. Tolles igitur tecum ex omnibus e-
ſcis, quę mandi poſſunt, ⁊ comportabis
apud te: ⁊ erunt tam tibi, quam illis in ci-
bũ. Fecit ergo Noe omnia, quę pręcepe-
rat illi Deus. Eratq; ſexcentorum anno- Cap. 7.
rum quando diluuij aquę inundauerunt
ſuper terram. Rupti ſunt aũt omnes fon-
tes abyſſi magnę, ⁊ cataractę cęli apertę
ſunt: ⁊ facta eſt pluuia ſuper terram qua-
draginta diebus ⁊ quadraginta noctibꝰ.
In articulo diei illius ingreſſus eſt Noe,
Sem, Cham, ⁊ Japheth filij eius: vxor
illius, ⁊ vxores filiorum eius cũ eo in ar-
cam: ipſi ⁊ omne animal ſecundum ge-
nus ſuum, vniuerſaque iumenta in gene-
re ſuo, ⁊ omne quod mouetur ſuper terrã
in genere ſuo, cunctũq; volatile ſecundũ
genus ſuũ. Porro arca ferebatur ſuper
aquas.

aquas. Et aquę preualuerunt nimis super terram: opertiq; sunt omnes mõtes excelsi sub vniuerso cęlo. Quindecim cubitis fuit altior aqua super montes, quos operuerat. Consumptaq; est omnis caro quę mouebatur super terrã, volucrũ, animantium, bestiaru; omniumq; reptilium, quę reptant super terra;. Remansit autem solus Noe, & qui cũ eo erant in arca. Obtinueruntq; aquę terram centum
Cap. 8. quinquaginta diebus. Recordatus autē Deus Noe, cunctorũq; animantium, & oĩum iumentorũ, quę erant cum eo in arca, adduxit spiritũ super terrã, & imminutę sunt aquę. Et clausi sunt fontes abyssi, & cataractę cęli, & prohibitę sunt pluuię de cęlo. Reuersęque sunt aquę de terra euntes & redeũtes: & cęperũt minui post centu; quinquaginta dies. Cumq; transissent quadraginta dies, aperiens Noe fenestram arcę, quam fecerat, dimisit coruum: qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec siccarentur aquę super terrã. Emisit quoq; columbam post eum, vt videret si iam cessassent aquę super faciem terrę. Quę cu; non inuenisset vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam: aquę enim erãt super vniuersa; terram: extenditq; manum, & apprehensam intulit in arcam. Expectatis autem vltra septem dieb⁹ alijs, rursum dimisit columbam ex arca. At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramũ oliuę virentib⁹ folijs in ore suo, intellexit ergo Noe q; cessassent aquę super terram. Expectauitq; nihilominus septem alios dies: & emisit columba;, quę nõ est reuersa vltra ad eũ. Locutus est autē Deus ad Noe, dicẽs: Egredere de arca, tu & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuoru; tecum. Cuncta animãtia, quę sunt apud te, ex omni carne, tam in volatilibus, quam in bestijs, & vniuersis reptilibus, quę reptant super terram, educ tecum, & ingredimini super terram: crescite & multiplicamini super eam. Egressus est ergo Noe, & filij eius vxor illius, & vxores filiorum eius cũ eo. Sed & oĩa animãtia, & iumenta, & reptilia quę reptant super terrã secundũ genus suũ, egressa sunt de arca. Ædificauit autem Noe altare Dño: & tollens de cunctis pecoribus & volucrib⁹ mũdis, obtulit holocausta super altare. Odoratusque est Dñs odorem suauitatis. Oremus. Flectamus genua. ℞. Leuate. Oratio.

Deus, incommutabilis virtus, & lumen ęternum: respice propitius ad totius Ecclesię tuę mirabile sacramentũ, & opus salutis humanę, perpetuę dispositionis effectu tranquillus operare: totusq; mund⁹ experiatur, & videat, deiecta erigi, inueterata renouari, & per ipsu; redire omnia in integrum, a quo sumpsere principium. Per Dominum nostrum.

Prophetia tertia.

In dieb⁹ illis: Tentauit De⁹ Abraham, & dixit ad eũ: Abraham, Abraham. At ille respondit: Adsum. Ait illi: Tolle filium tuum vnigenitũ, quem diligis, Isaac, & vade i Terrã visionis: atq; ibi offeres eũ in holocaustu; super vnum montium que; monstrauero tibi. Igitur Abraha; de nocte cõsurgens strauit asinum suu;: ducens secum duos iuuenes, & Isaac filiũ suum: cumq; cõcidisset ligna in holocaustu;, abijt ad locum quem pręceperat ei Deus. Die autem tertio, eleuatis oculis, vidit locũ procul: dixitq; ad pueros suos: Expectate hic cum asino: ego & puer illuc vsq; properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos. Tulit quoq; ligna holocausti, & imposuit sup Isaac filiũ suũ: ipse vero portabat in manib⁹ ignem & gladiũ. Cumq; duo pergerẽt simul, dixit Isaac pri suo: Pater mi. At ille respondit: Quid vis fili? Ecce, inqt, ignis & ligna: vbi est victima holocausti? Dixit aũt Abrahã: De⁹ proui-
Gen. 22

prouidebit sibi victimam holocausti, fili mi. Pergebant ergo pariter: ⁊ venerūt ad locum quem ostenderat ei Deus, in quo ędificauit altare, ⁊ desuper ligna cōposuit: cumque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignoꝝ. Extenditqꝫ manum, ⁊ arripuit gladium, vt immolaret filiū suum. Et ecce Angelus Dñi de cęlo clamauit, dicens: Abraham, Abrahaꝫ. Qui respondit: Adsum. Dixitqꝫ ei: Nō extendas manum tuam super puerum, neqꝫ facias illi quidquā: nunc cognoui ꝙ times Deū, ⁊ nō pepercisti vnigenito filio tuo propter me. Leuauit Abraham oculos suos, viditqꝫ post tergū arieteꝫ inter vepres, hęrentem cornib⁹, quem assumens obtulit holocaustuꝫ pro filio. Appellauitqꝫ nomen loci illius, Dñs videt. Unde vsque hodie dicitur: In mōte Dñs videbit. Uocauit autem Angelus Dñi Abrahaꝫ secundo de cęlo, dicēs: Per memetipsuꝫ iuraui, dicit Dñs: quia fecisti rem hāc, ⁊ nō pepercisti filio tuo vnigenito propter me: benedicaꝫ tibi, ⁊ multiplicabo semen tuum sicut stellas cęli, ⁊ velut arenam, q̄ est in littore maris: possidebit semen tuuꝫ portas inimicoꝝ suorum, ⁊ BENEDICENTVR in semine tuo omnes gentes terrę, quia obedisti voci meę. Reuersus est Abrahā ad pueros suos, abieruntqꝫ Bersabee simul, ⁊ habitauit ibi. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuare. Oratio.

Deus fidelium Pater summe: qui in toto orbe terraruꝫ, promissionis tuę filios diffusa adoptionis gratia multiplicas, ⁊ per Paschale sacramentum, Abraham puerum tuum vniuersaruꝫ, sicut iurasti, gentium efficis patreꝫ: da populis tuis digne ad gratiam tuę vocationis introire. Per Dominum nostrum.

Prophetia quarta.

Exo. 14. In diebus illis: Factum est in vigilia matutina, ⁊ ecce respiciēs Dñs super castra Ægyptiorum per columnam ignis ⁊ nubis, interfecit exercitū eorum ⁊ subuertit rotas currū, ferebāturqꝫ in profunduꝫ. Dixerūt ergo Ægyptij: Fugiamus Israelē: Dñs enim pugnat pro eis contra nos. Et ait Dñs ad Moysen: Extende manum tuaꝫ super mare, vt reuertātur aquę ad Ægyptios super currus, ⁊ equites eorum. Cumqꝫ extendisset Moyses manum contra mare, reuersuꝫ est primo diluculo ad priorem locum: fugiētibusqꝫ Ægyptijs occurrerūt aquę, ⁊ inuoluit eos Dñs in medijs fluctibus. Reuersęqꝫ sunt aquę, ⁊ operuerunt currus ⁊ equites cuncti exercitus Pharaonis, q̄ sequētes ingressi fuerāt mare: nec vn⁹ quidē superfuit ex eis. Filij aūt Israel perrexerūt per mediū sicci maris, ⁊ aquę eis erant quasi pro muro a dextris ⁊ a sinistris: liberauitqꝫ Dñs in die illo Israel de manu Ægyptioꝝ. Et viderunt Ægyptios mortuos super littus maris, ⁊ manum magnā quā exercuerat Dñs cōtra eos: timuitqꝫ populus Dominum, ⁊ crediderunt Domino, ⁊ Moysi seruo eius. Tunc cecinit Moyses ⁊ filij Israel carmen hoc Domino, ⁊ dixerunt. Tractus.

Cantemus Domino: gloriose eniꝫ honorificatus est: equuꝫ ⁊ ascensorem proiecit in mare: adiutor ⁊ protector factus est mihi in salutem. ℣. Hic est Deus meus, ⁊ honorificabo eum: Deus patris mei, ⁊ exaltabo euꝫ. ℣. Dominus conterens bella: Dñs nomen est illi. Exo. 15. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuare. Oratio.

Deus, cuius antiqua miracula etiaꝫ nostris sęculis coruscare sentim⁹: dum quod vni populo a persecutione Ægyptiaca liberando, dexterę tuę potentia contulisti, id in salutē gentium per aquam regenerationis operaris: pręsta, vt in Abrahę filios, ⁊ in Israeliticam dignitatem, totius mundi transeat plenitudo. Per Dominum nostrum Iesum.

Pro

Prophetia quinta.

Isa. 55. HAec est hereditas seruorum Domini, & iustitia eorum apud me, dicit Dominus. Omnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite: venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum & lac. Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram, & venite ad me: audite, & viuet anima vestra, & feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem Gentibus. Ecce gentem, quam nesciebas, vocabis: & Gentes, quæ non cognouerunt te, ad te current propter Dominum Deum tuum, & sanctum Israel, quia glorificauit te. Quærite Dominum, dum inueniri potest: inuocate eum, dum prope est. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius, & ad Deum nostrum: quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ: neque viæ meæ, viæ vestræ, dicit Dominus: Quia sicut exaltantur cæli a terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ a vijs vestris, & cogitationes meæ a cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber, & nix de cælo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti: Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud: dicit Dominus omnipotens. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, multiplica in honorem nominis tui, quod patrum fidei spopondisti: & promissionis filios sacra adoptione dilata: vt quod priores sancti non dubitauerunt futurum, Ecclesia tua iam ex parte cognoscat impletum. Per Dominum nostrum.

Prophetia sexta.

AVdi Israel mandata vitæ: auribus percipe, vt scias prudentiam. Quid est Israel quod in terra inimicorum es? inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum descendentibus in infernum. Dereliquisti fontem sapientiæ. Nam si in via Dei ambulasses, habitasses vtique in pace super terram. Disce vbi sit sapientia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus: vt scias simul vbi sit longiturnitas vitæ & victus, vbi sit lumen oculorum, & pax. Quis inuenit locum eius? & quis introiuit in thesauros eius? Vbi sunt principes Gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram? qui in auibus cæli ludunt, qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum? qui argentum fabricant, & soliciti sunt, nec est inuentio operum illorum? exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij loco eorum surrexerunt. Iuuenes viderunt lumen, & habitauerunt super terram: viam autem disciplinæ nescierunt, neque intellexerunt semitas eius, neque susceperunt eam, a facie eorum longe facta est: non est audita in Chanaam, neque visa est in Theman. Filij quoque Agar, qui exquirunt prudentiam, quæ de terra est, negotiatores Merrhæ, & Theman, & fabulatores, & exquisitores prudentiæ & intelligentiæ: viam autem sapientiæ nescierunt, neque meminerunt semitarum eius. O Israel quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius! Magnus est, & non habet consummationem: excelsus & immensus. Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt, statura magna, scientes bellum. Non hos elegit Dominus, neque viam disci-

disciplinę dedit illi: propterea perierunt. Et quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam. Quis ascendit in cęlum, ⁊ accepit eam, ⁊ eduxit eam de nubibus? Quis transfretauit mare, ⁊ inuenit eam: ⁊ attulit eam super aurum electum? Non est qui sciat viā eius, neque qui excogitet semitas eius: sed qui scit vniuersa, nouit illam, ⁊ adinuenit eam prudentia sua: qui perfecit terram in sempiterno tempore, ⁊ adimpleuit eam pecudibus. Qui emittit lumen, ⁊ vadit: ⁊ vocauit illud, ⁊ obediuit illi in tremore. Stellę aūt dederunt lumen in custodijs suis, ⁊ lętatę sunt: vocatę sunt, ⁊ dixerunt: Adsumus: ⁊ luxerunt ei cū iucunditate, qui fecit illas. Hic est Deus noster, ⁊ non ęstimabitur alius ad eum. Hic adinuenit omnem viam disciplinę, ⁊ tradidit illam Jacob puero suo, ⁊ Israel dilecto suo. Post hęc super terram visus est, ⁊ cum hominibus conuersatus est. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Oratio.

Deus, qui Ecclesiam tuam semper gentiū vocatione multiplicas: cōcede propitius: vt quos aqua baptismatis abluis, continua protectione tuearis. Per Dominum nostrum Jesum.

Prophetia septima.

Ezec. 37 In diebus illis: Facta est super me manus Domini, ⁊ eduxit me in spiritu Domini: ⁊ dimisit me in medio campi, qui erat plenus ossibus: Et circumduxit me per ea in gyrum. Erant autem multa valde super faciem campi, siccaque vehementer. Et dixit ad me: Fili hominis putasne viuent ossa ista? Et dixi: Domine Deus, tu nosti. Et dixit ad me: Vaticinare de ossibus istis: ⁊ dices eis: Ossa arida audite verbū Dñi. Hęc dicit Dominus Deus ossibus his: Ecce ego intromittam in vos spiritum, ⁊ viuetis. Et dabo super vos neruos, ⁊ succrescere faciā super vos carnes, ⁊ superextendā in vobis cutem: ⁊ dabo vobis spiritum, ⁊ viuetis, ⁊ scietis quia ego Dominus. Et prophetaui sicut pręceperat mihi: factus est autem sonitus, prophetante me, ⁊ ecce cōmotio: ⁊ accesserunt ossa ad ossa, vnūquodque ad iuncturā suā. Et vidi, ⁊ ecce super ea nerui, ⁊ carnes ascenderūt: ⁊ extenta est in eis cutis desuper, ⁊ spiritum non habebant. Et dixit ad me: Vaticinare ad spiritū, vaticinare fili hominis, ⁊ dices ad spiritum: Hęc dicit Dñs Deus: A quattuor vētis, veni spiritus, ⁊ insuffla super interfectos istos, ⁊ reuiuiscant. Et ꝓphetaui sicut ꝑceperat mihi: ⁊ ingressus est in ea spiritus, ⁊ vixerūt: ⁊ steterunt super pedes suos exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me: Fili hominis, ossa hęc vniuersa, domꝰ Israel est: ipsi dicūt: Aruerūt ossa nostra, perijt spes nostra, ⁊ abscissi sumus. Propterea vaticinare, ⁊ dices ad eos: Hęc dicit Dominꝰ Deꝰ: ecce ego aperiam tumulos vr̄os, ⁊ educā vos de sepulchris vestris populꝰ meꝰ: ⁊ inducā vos in terrā Israel. Et scietis qa ego Dñs, cū aperuero sepulchra vestra, ⁊ eduxero vos de tumulis vestris popule meus. Et dedero spiritū meū in vobis, ⁊ vixeritis, ⁊ requiescere vos faciam super humū vr̄am: dicit Dñs ops. Oremus. Flectamus gen. ℟. Leu. Oro.

Deus, qui nos ad celebrandū Paschale sacramentū, vtriusq̄ testamenti paginis instruis: da nobis intelligere misericordiam tuā: vt ex perceptione pręsentiū munerum, firma sit expectatio futurorū. Per Dominum nostrum.

Prophetia octaua.

Apprehendēt septē mulieres virū vnum in die illa, dicentes: Panem nostrum comedemus, vestimentis nostris operiemur: tantummodo inuocetur nomen tuū super nos, aufer opprobriū nostrū. In die illa erit germen Domini in magnificentia, ⁊ gloria, ⁊ fructus terrę sublimis, ⁊ exultatio his, q saluati fuerint Isa. 4.

de Israel. Et erit: Omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Jerusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Jerusalem. Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Jerusalem laverit de medio eius in spiritu iudicij, & spiritu ardoris. Et creabit Dominus super omnem locum Montis Sion, & ubi invocatus est, nubem per diem, & fumum & splendorem ignis flammantis in nocte: super omnem enim gloriam protectio. Et tabernaculum erit in umbraculum diei ab estu, & in securitatem, & absconsionem a turbine, & a pluvia.

Isa. 5. Tractus. Vinea facta est dilecto in cornu, in loco uberi. ℣. Et maceriam circumdedit, & circumfodit, & plantavit vineam Sorech, & edificavit turrim in medio ei⁹. ℣. Et torcular fodit in ea: vinea enim Domini Sabaoth, domus Israel est.

Oremus. Flectamus gen. ℟. Leu. Oratio.

Deus, qui in omnib⁹ Ecclesie tue filijs, sanctorum prophetarum voce manifestasti, in omni loco dominationis tue, satorem te bonorum seminum, & electorum palmitum esse cultorem: tribue, quesumus populis tuis, qui & vinearum apud te nomine censentur & segetum: ut spinarum & tribulorum squalore resecato, digna efficiantur fruge fecundi. Per Dominum.

Prophetia nona.

Exo. 12. In diebus illis: Dixit Dominus ad Moysen & Aaron in Terra Ægypti. vt i fer. vj. Parasce. fol. 60 qua finita dr

Oremus Flect. genua. ℟. Levate. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui in omnium operum tuorum dispensatione mirabilis es: intelligant redempti tui, non fuisse excellenti⁹, quam initio factus est mundus, quam quod in fine seculorum Pascha nostrum immolatus est Christus. Qui tecum.

Prophetia decima.

Jone 3. In dieb⁹ illis: Factum est verbum Domini ad Jonam prophetam secundo dicens: Surge, & vade in Niniuen civitatem magnam: & predica in ea predicationem, quam ego loquor ad te. Et surrexit Jonas, & abijt in Niniuen iuxta verbum Domini: & Niniue erat civitas magna itinere dierum trium. Et cepit Jonas introire in civitatem itinere diei uni⁹: & clamavit, & dixit: Adhuc quadraginta dies, & Niniue subvertetur. Et crediderunt viri Niniuite in Deum: & predicaverunt ieiunium, & vestiti sunt saccis a maiore usque ad minorem. Et pervenit verbum ad regem Niniue: & surrexit de solio suo: & abiecit vestimentum suum a se, & indutus est sacco, & sedit in cinere. Et clamavit, & dixit in Niniue ex ore regis & principum ei⁹, dicens: Homines, & iumenta, & boves, & pecora non gustent quicquam nec pascantur, & aquam non bibant. Et operiantur saccis homines, & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine, & convertatur vir a via sua mala, & ab iniquitate, que est in manibus eorum. Quis scit si convertatur, & ignoscat De⁹: & revertatur a furore ire sue, & non peribimus? Et vidit Deus opera eorum, quia conversi sunt de via sua mala: & misertus est populo suo Dominus De⁹ noster.

Oremus. Flectamus ge. ℟. Leu. Oratio.

Deus, qui diversitatem Gentium in confessione tui nominis adunasti: da nobis, & velle & posse que precipis: ut populo ad eternitatem vocato, una sit fides mentium, & pietas actionum. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Prophetia undecima.

In diebus illis: Scripsit Moyses canticum, & docuit filios Israel. Deut. 31 Precepitque Dominus Josue filio Nun, & ait: Confortare, & esto robustus: tu enim introduces filios Israel in Terram, quam pollicitus sum, & ego ero tecum. Postquam ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine, atque complevit: precepit Levitis, qui portabant arcam federis Domini, dicens: Tollite librum istum, & ponite eum in

latere

latere arce fęderis Domini Dei vestri,
vt sit ibi contra te in testimonium. Ego
enim scio contentionem tuã, ⁊ ceruicem
tuam durissimam. Adhuc viuente me ⁊
ingrediente vobiscũ, semper contentio-
se egistis contra Dominũ: quanto magis
cum mortuus fuero? Congregate ad me
oẽs maiores natu per tribus vestras, atq̃
doctores, ⁊ loquar audientibꝰ eis sermo-
nes istos, ⁊ inuocabo contra eos cęlum
⁊ terram. Noui enim ꝙ post mortẽ meã
inique agetis, ⁊ declinabitis cito de via,
quam pręcepi vobis: ⁊ occurrent vobis
mala in extremo tempore, quando fece-
ritis malum in conspectu Domini, vt ir-
ritetis eum per opera manuum vestrarũ.
Locutus est ergo Moyses, audiẽte vni-
uerso cętu filiorum Israel, verba carmi-
nis huius, ⁊ ad finem vsque compleuit.
Deu. 32 Tractus. Attende cęlum, ⁊ loquar: ⁊
audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expe-
ctetur sicut pluuia eloquium meũ: ⁊ de-
scendant sicut ros verba mea. ℣. Sicut
imber super gramen, ⁊ sicut nix super fę-
nũ: ⁊ nomen Domini inuocabo. ℣. Da-
te magnitudinẽ Deo nostro: Deus, ve-
ra opera eius, ⁊ omnes vię eius iudicia.
℣. Deus fidelis, in quo non est iniqui-
tas: iustus ⁊ sanctus Dñs. Oremus.
Flectamus genua. ℞. Leuate. Oratio.

Deus celsitudo humilium, ⁊ fortitu-
do rectorũ: qui per sanctũ Moy-
sen puerum tuum, ita erudire populum
tuum sacri carminis tui decãtatione vo-
luisti: vt illa legis iteratio fieret etiam no-
stra directio: excita in omnem iustificata-
rum Gentium plenitudinem, potentiam
tuam: ⁊ da lętitiam, mitigando terrorem:
vt oĩum peccatis, tua remissione deletis,
quod denunciatum est in vltionem, tran-
seat in salutem. Per Dñm nostrum.

Prophetia duodecima.

Dan. 3. In diebus illis: Nabuchodonosor
rex fecit statuam auream altitudine
cubitorum sexaginta, latitudine cubitorũ
sex, ⁊ statuit eam in campo Dura prouin
cię Babylonis. Itaq̃ Nabuchodono-
sor rex misit ad congregandos satrapas,
magistratus, ⁊ iudices, duces, ⁊ tyran-
nos, ⁊ pręfectos, omnesq̃ principes re-
gionũ, vt cõuenirent ad dedicationẽ sta-
tuę, quã erexerat Nabuchodonosor rex.
Tunc cõgregati sunt satrapę, magistra-
tus, ⁊ iudices, duces, ⁊ tyrãni, ⁊ optima-
tes, qui erant in potestatibus constituti, ⁊
vniuersi principes regionũ vt conueni-
rent ad dedicationem statuę, quã erexe-
rat Nabuchodonosor rex, stabant autem
in cõspectu statuę, quã posuerat Nabu-
chodonosor rex: ⁊ pręco clamabat valen-
ter: Vobis dicitur populis, tribubus, ⁊
linguis: In hora, qua audieritis sonitũ tu
bę, ⁊ fistulę, ⁊ citharę, sambucę, ⁊ psalte-
rij, ⁊ simphonię, ⁊ vniuersi generis musi-
corũ, cadentes adorate statuã aureã, quã
cõstituit Nabuchodonosor rex. Si quis
autem non prostratus adorauerit, eadem
hora mittetur in fornacem ignis arden-
tis. Post hęc igitur statim vt audierunt
omnes populi sonitum tubę, fistulę, ⁊ ci-
tharę, sambucę, ⁊ psalterij, ⁊ simphonię,
⁊ omnis generis musicorum: cadentes
omnes populi, tribus, ⁊ linguę adoraue-
runt statuam auream, quam constituerat
Nabuchodonosor rex. Statimque in ip-
so tempore accedentes viri Chaldęi ac-
cusauerunt Judęos: dixeruntq̃ Nabu-
chodonosor regi: Rex in ęternum viue:
tu rex posuisti decretum, vt omnis ho-
mo, qui audierit sonitum tubę, fistulę, ⁊
citharę, sambucę, ⁊ psalterij, ⁊ simpho-
nię, ⁊ vniuersi generis musicorũ, proster-
nat se, ⁊ adoret statuam auream: si quis
autem non procidens adorauerit, mitta-
tur in fornacem ignis ardentis: Sunt er-
go viri Judęi, quos cõstituisti super ope
ra regionis Babylonis, Sidrach, Mi-
sach, ⁊ Abdenago: viri isti contẽpserunt
rex

rex, decretum tuum: deos tuos non colunt, et statuam auream, quam erexisti, nō adorant. Tunc Nabuchodonosor in furore, et in ira pręcepit vt adducerent Sidrach, Misach, et Abdenago: qui confestim adducti sunt in conspectu regis. Pronūcians quoque Nabuchodonosor rex, ait eis: Vere ne Sidrach, Misach, et Abdenago deos meos non colitis, et statuā auream, quam constitui, non adoratis? Nunc ergo si estis parati, quacumque hora audieritis sonitum tubę, fistulę, citharę, sābucę, et psalterij, et symphonię, omnisque generis musicorum, prosternite vos, et adorate statuam, quam feci: quod si non adoraueritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis: et quis est Deus, q̄ eripiet vos de manu mea? Respondentes Sidrach, Misach, et Abdenago, dixerūt regi Nabuchodonosor: Nō oportet nos de hac re rńdere tibi. Ecce enim Deus noster, quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, et de manibus tuis, o rex, liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi, rex, quia deos tuos non colimus, et statuam aureā, quā erexisti, nō adoramus. Tūc Nabuchodonosor repletus est furore: et aspectus faciei illius immutatus est sup Sidrach, Misach, et Abdenago, et pręcepit vt succenderetur fornax septuplum quam succēdi cōsueuerat. Et viris fortissimis de exercitu suo iussit vt ligatis pedibus Sidrach, Misach, et Abdenago mitterent eos in fornacem ignis ardētis. Et confestim viri illi vincti cum braccis suis, et tiaris, et calceamētis, et vestibus, missi sunt in medium fornacis ignis ardentis. nam iussio regis vrgebat: fornax autem succensa erat nimis. Porro viros illos, qui miserāt Sidrach, Misach, et Abdenago, interfecit flamma ignis. Viri autē hi tres, idest, Sidrach, Misach, et Abdenago, ceciderūt in medio camino ignis ardentis, colligati. Et ambulabant in medio flāmę laudantes Deum, et benedicentes Dño.

Hic non dr̄ Flectamus genua. Oratio.

Omnipotēs sempiterne Deus, spes vnica mūdi, qui prophetarum tuorum pręconio pręsentium temporum declarasti mysteria: auge populi tui vota placatus: quia in nullo fidelium nisi ex tua inspiratione proueniūt quarumlibet incrementa virtutum. Per Dominum.

His expletis, si Ecclesia habuerit fontem baptismalē, sacerdos bñdicturus fontem, accipit pluuiale violaceū, et procedit vsque ad fontē, pręcedētibus ministris cū cruce, et cereo benedicto accēso. Interea, dū descenditur ad fontem, cantatur sequēs.

Tract⁹. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarū: ita desiderat anima mea ad te Deus. ℣. Sitiuit aīa mea ad Deū fortē viuū: quando veniā et apparebo ante faciem Dei. ℣. Fuerūt mihi lacrymę meę panes die ac nocte, dum dicitur mihi per singulos dies, Vbi est Deus tuus? Ps. 41.

Deinde sacerdos antequam intret ad bñonē fontis, dicit hāc orationē ibi iuxta fontem.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, respice propitius ad deuotionē populi renascentis: qui, sicut ceruus, aquarum tuarū expetit fontē: et concede propitius: vt fidei ipsius sitis, baptismatis mysterio, animā corpusque sāctificet. Per Dñm. ℟. Amē.

Postea procedit ad benedictionē fontis, dicēs. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omnipotēs sempiterne Deus, adesto magnę pietatis tuę mysterijs, adesto sacramētis: et ad recreādos nouos populos, quos tibi fons baptismatis parturit, spiritum adoptionis emitte: vt quod nostrę humilitatis gerēdū est ministerio, virtutis tuę impleat effectu. Per Dñm.

Eleuās vocē in modū pfationis, psequit.

P Er omnia secula seculoꝝ.

℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum

corda. ℟. Habemus ad Dominū.

℣. Gratias agamus Domino Deo

nostro. ℟. Dignum ⁊ iustum est.

V Ere dignum ⁊ iustum est, ęquū

⁊ salutare: nos tibi semper ⁊ vbique

gratias agere: Domine sācte, Pa-

ter omnipotens, ęterne Deus.

Qui in uisibili potenti a sacramen-

torum tuorū mira bi li ter o pe raris

effectus, Et licet nos tantis myste-

ri js e xequendis simus in di gni, tu

tamē gra ti ę tu ę dona non deserēs,

e ti am ad preces nostras aures tuę

pi e ta tis in clinas. Deus, cuius

spi ri tus sup a quas, inter ip sa mū-

di primor dia fe rebatur: vt iam tūc

virtutem sanctificationis a quarum

natura

natura conciperet, Deus, q̃ nocē-
tis mundi crimina p̃ aquas abluēs,
regenerationis speciem, in ipsa di-
luui j effu sio ne signasti: vt vnius
eiusdēq; elementi myste rio, & fi-
nis esset vi ti js, & origo virtuti-
bus. Respice Domine in facie; Ec-
cle si ę tuę, & multiplica in ea re-
genera ti o nes tuas, qui gratię tuę
affluentis impe tu lętificas ci ui-

tatem tuam, fontemque baptisma-
tis aperis toto orbe terrarum gen-
tibus in nouandis, vt tuę maiesta-
tis imperio, sumat vnige ni ti tui
gratiā de Spiritu sctō.

Sacerdos diuidit aquā manu in modū ✠, dicēs.

Qui hanc aquam regenerandis ho-
minibus pręparatam, arcana su i
numinis admistione fęcūdet: vt san-
cti fi catio ne concepta, ab imma-
cu la to diuini fontis vtero, in no-



uam renata cre a turam, progenie



cęlestis emergat. Et quos aut sexus



in corpore, aut ętas discernit in tē-



pore, omnes in vnam pariat gra-



ti a mater in fantiam. Procul ergo



hinc iubēte te Domine, omnis spi-



ritꝰ immūdus abscedat: procul to-



ta nequitia diabolicę fraudis absi-




stat. Nihil hic loci habeat contra-



rię virtutis admistio: non insidian-



do circumuolet: non latendo surre-




pat: nō inficiēdo corrūpat.

Aquā manu tangit.



Sit hęc sancta & innocens creatu-




ra: libera ab omni impugnatoris in-



cursu: & totius nequitię purgata



discessu. Sit fons viuus, a qua re-



generās, vnda purificās: vt omnes,



hoc lauacro salutifero diluē di, ope-



rāte in eis Spiritu sancto, perfectę



purgationis indulgētiā cōsequātur.

Facit


Facit crucem supra fontem, dicens:



Unde bene ✠ dico te creatura aquę:



per Deum ✠ viuum: per Deuz ✠



verum: per Deum ✠ sanctuz: per



Deum, qui te in principio, ver-



bo separa uit ab arida: cuius spi-



ri tus su per te fe re ba tur.



Qui te de paradi si fonte mana re

Diuidit aquaz, ꝛ effundit in quattuoꝛ mundi partes, dicens:



fecit, ꝛ in quattuoꝛ fluminibus di-



uidens, totam terraz rigare pręce-



pit. Qui te in deserto amaraz su a-



uitate indita fecit esse potabilem, ꝛ



siti en ti populo de petra produxit.



Bene ✠ dico te ꝛ per Jesuz Chri-



stum Filium eius vnicuz Dominuz



nostruz: qui te in Cana Ga li le ę si-



gno admirabi li, sua potenti a con-



uertit in vinum. Qui pedibus su-



per te ambulauit, ꝛ a Joãne in Jor-



dane in te bapti za tus est. Qui te




vna cuz sanguine de latere suo pro-



duxit, & discipulis suis iussit, vt cre-



dẽtes baptizarentur in te, dicens:



I te, docete omnes gentes, bapti-



zantes eos: In nomine Patris,



& Fili j, & Spiritus sancti.

Mutat vocem, & prosequitur in modum lectionis.

HÆc nobis pręcepta seruantibus, tu Deus omnipotens, clemens adesto: tu benignus aspira.

Halat ter in aquã in modũ crucis, dicẽs: Tu has simplices aquas tuo ore benedicito, vt pręter naturalem emundationem, quam lauandis possunt adhibere corporibus, sint etiam purificandis mentibus efficaces. Hic sacerdos ponit Cereum parum intus in aquam: & resumens tonum prefationis dicit:



Descen dat in hanc ple ni tu di-



nẽ fontis, virtus Spiritus sancti.

Deinde extractum Cereum de aqua iterum profundius mergit, aliquanto altius repetens: Descendat in hanc. Postea extractum rursus Cereuz de aqua tertio immergens vsqz ad fundũ, altiori adhuc voce repetit: Descendat. vt supra. Et deinde sufflans ter in aquaz prosequitur.



To tamque huius aquę substan-



tiam regenerandi fęcundet effectu.

Hic tollitur cere⁹ de aqua, & prosequit.



Hic, om ni um pecca to rum ma-



cu lę de leantur: hic natura ad



i ma ginem tu am con di ta, &



ad ho no rem su i refor ma ta



prin ci pi j, cun ctis ve tu-

statis



statis squalo ribus emundetur: vt



omnis homo sacramentum hoc re-



generationis ingressus, in verę in-



nocentię nouā infantiā renascatur.

Sequentia dicit legendo. Per Dominū nostrum Jesum Christum Filiū tuū, qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ seculū per ignem. ℟. Amen. Deinde per assistētes sacerdotes spargitur de ipsa aqua benedicta super populum. Et interim vnus ex ministris ecclesię, accipit in vase aliquo de eadem aqua, ad aspergendum in domibus, ⁊ aliis locis. His peractis sacerdos qui benedixit fontē, infundit de oleo Catechumenorum in aquā in modum crucis, intelligibili voce dicens:

Sanctificetur ⁊ fęcundetur fons iste oleo salutis renascentibus ex eo in vitam ęternam. ℟. Amen. Deinde infundit de chrismate modo quo supra, dicens:

Infusio Chrismatis Domini nostri Jesu Christi, ⁊ Spiritus sancti paracliti, fiat in noīe sanctę Trinitatis. ℟. Amen. Postea accipit ambas ampullas dicti olei sancti ⁊ Chrismatis, ⁊ de vtroque simul in modum crucis infundendo, dicit:

Commistio chrismatis sanctificationis, ⁊ olei vnctionis, ⁊ aquę baptismatis, pariter fiat in nomine Pa✠tris, ⁊ Fi✠lij, ⁊ Spiritus ✠ sancti. ℟. Amen.

Tunc miscet ipsum oleū cū aqua, ⁊ spargit cū manu sua per oēm fontē. Si adfuerūt baptizandi, eos baptizat more cōsueto. Deinde dicūt litanię. Postea rediēs, pparat se pro Missa sollēniter celebranda.

Ubi vero nō sunt fontes baptismales, finita vltima pphetia cū sua oratione, celebrans casula deposita, cū ministris ante altare pcūbit: ⁊ aliis oib⁹ genuflexis, cantantur litanię in medio chori a duob⁹ cantorib⁹, vtroq; choro idē simul respōdēte. Circa finem litaniarum sacerdos, ⁊ ministri ad sacrariū redeunt: ⁊ induuntur paramentis albi coloris: interim accendantur luminaria in altari. In fine litaniarū cantantur sollemniter Kyrie eleison. ⁊ repetuntur: vt in Missa moris est.



Kyrie ele i son. Christe ele i son.



Christe au di nos. Christe exaudi



nos. Pater de cęlis Deus, mi se-



rere nobis. Fili redēptor mundi



Deus, mi se re re nobis. Spiritus



sancte Deus, mi se re re nobis.



Sancta Trinitas vnus De⁹, misere-



re nobis. Sctã Maria ora ꝓ nobis.
Sancta Dei genitrix ora.
Sancta virgo virginum ora.
Sancte Michael ora.
Sancte Gabriel ora.
Sancte Raphael ora.
Oẽs sancti Angeli ⁊ Archãgeli orate.
Oẽs scti beatoꝝ spirituũ ordines orate.
Sancte Joannes Baptista ora.
Omnes sancti Patriarchę ⁊ Prophetę orate.
Sancte Petre ora.
Sancte Paule ora.
Sancte Joannes ora.
Oẽs sãcti Apostoli, ⁊ Euãgelistę orate.
Omnes sancti discipuli Domini orate.
Sancte Stephane ora.
Sancte Laurenti ora.
Sancte Vincenti ora.
Omnes sancti Martyres orate.
Sancte Siluester ora.
Sancte Gregori ora.
Sancte Augustine ora.
Oẽs sancti põtifices ⁊ ꝯfessores orate.
Omnes sancti Doctores orate.
Sancte Benedicte ora.
Sancte Dominice ora.
Sancte Francisce ora.
Oẽs sancti sacerdotes ⁊ leuitę orate.
Oẽs sancti Monachi ⁊ Eremitę orate.
Sancta Maria Magdalena ora.
Sancta Agnes ora.
Sancta Anastasia ora.
Omnes sanctę virgines, ⁊ viduę orate.
Omnes sancti, ⁊ sanctę Dei intercedite pro nobis.



Propitius esto, parce nobis Domine.
Propitius esto, exaudi nos Domine.
Ab omni malo libera nos Domine.
Ab omni peccato libera nos Domine.
A morte perpetua libera nos.
Per mysteriũ sanctę incarnationis tuę, libera nos Domine.
Per aduentum tuum, libera.
Per natiuitatem tuam, libera.
Per baptismum, ⁊ sanctum ieiunium tuum, libera nos Domine.
Per crucem ⁊ passionem tuam, libera.
Per mortem ⁊ sepulturam tuam, libera.
Per sanctam resurrectioneꝫ tuã, libera.
Per admirabilem ascẽsioneꝫ tuã, libera.
Per aduentum Spiritus sancti paracliti, libera nos Domine.
In die iudicij, libera nos Domine.



Peccatores, te rogamus audi nos.



Vt nobis parcas, te rogamus audi nos.
Vt ecclesiã tuam sanctam regere, ⁊ conseruare digneris, te rogamus.
Vt domnum apostolicũ ⁊ omnes ecclesiasticos ordines in sancta religione conseruare digneris, te rogamus.
Vt inimicos sanctę Ecclesię humiliare digneris, te rogamus.
Vt regibus ⁊ principibus Christianis pacem ⁊ veram concordiam donare digneris, te rogamus.
Vt nosmetipsos i tuo sancto seruitio cõfortare ⁊ cõseruare digneris, te roga.
Vt omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, te rogamus,

Ut fructus terrę dare, & conseruare digneris, te rogamus.
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem ęternā donare digneris, te rogamus.
Ut nos exaudire digneris, te rogamus.
Fili Dei, te rogamus, audi nos.



Agnus Dei, qui tollis peccata mun-



di, parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Christe audi nos. Christe exaudi nos.
Hic cātores sollēniter incipiūt. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. & ter singula repetūtur. Jnterim sacerdos procedens cum ministris in paramentis albis accedit ad altare, & facit confessionem vt moris est in loco consueto: & deinde ascendens osculatur altare, incensat more solito: & finitis a choro. Kyrie eleison. incipit sollemniter, Gloria in excelsis Deo. & pulsantur campanę, quo finito dicit: Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus, qui hāc sacratissimā noctem gloria dominicę resurrectionis illustras: conserua in noua familię tuę progenie adoptionis spiritum quem dedisti: vt corpore, & mente renouati, puram tibi exhibeant seruitutem. Per Dominū nostrum. Jn vnitate eiusdē Spiritus sancti.
Lectio epl'ę B. Pauli Apl'i ad Coloss.
Fratres: Si consurrexistis cū Christo: quę sursum sunt quęrite, vbi Christus est in dextera Dei sedēs: quę sursum sunt sapite, nō quę super terram. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum Christus apparuerit, vita vestra: tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.
Finita Epistola, celebrans incipit:



Al le lu ia.

Et totū decantat ter, eleuando vocem gradatim: & Chorus post quālibet vicē, in eadem voce repetit illud idem. Postea chorus prosequitur ℣. Cōfitemini Domino quoniam bonus, quoniā in sęculum misericordia eius. Deinde dicitur Tractus.
Laudate Dominū omnes gētes, & collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, & veritas Domini manet in ęternū.
Ad Euangeliū non portātur luminaria, sed tantū incensum, & petitur benedictio.
Sequētia sancti Euang. sēm Mattheum.
Vespere autem sabbati, quę lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrū. Et ecce terręmotus factus est magnus. Angel⁹ enim Domini descēdit de cęlo: & accedēs reuoluit lapidē, & sedebat super eum: erat autē aspectus eius sicut fulgur, & vestimētū eius sicut nix. Prę timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Respondēs autē angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos: scio enim, quod Jesum, qui crucifixus est, quęritis: nō est hic: surrexit enim, sicut dixit. venite, & videte locum, vbi positus erat Dominus. Et cito euntes, dicite discipulis eius quia surrexit: & ecce pręcidet vos in Galilęam: ibi eum videbitis. ecce pdixi vobis. Non dicitur Credo. sed finito Euangelio sacerdos dicit: ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. & postea Oremus. Non dicitur Offertorium. Secreta.

Cap. 28.

Suscipe

Suscipe Dñe, qs, pces ppli tui, cuz oblationibus hostiaꝝ: vt paschalib⁹ initiatę mysterijs, ad ęternitatis nobis medelã te operãte proficiãt. Per Dñm.
Prefatio. Te quidẽ Dñe. vt infra. f.84.
Infra actionẽ. Cõmunicantes, ꝛ noctẽ sacratissimã, ꝛc. Sed ipsi hodie vl noctẽ. deinceps vero diem. Alia infra actionẽ.
Hanc igitur oblationem, ꝛc. vt ibidẽ vl.
Pax Domini sit semper vobiscum. sed pacis osculũ nõ datur: nec Agnus Dei. nec Postcõm. dicũtur. Post sumptionem Sacramenti pro vesperis in Choro cantatur Añа. Alleluia, alleluia, alleluia. ꝛ psalmus. Laudate Dñm oẽs gentes, cuz Gloria Pat. in fine: post quẽ repetitur eadẽ Añа. Capitulũ. Hymnus. ꝛ Versus. non dñr: sed statim Sacerdos in cantu incipit Añam ad Magnificat.

Vespere autem sabbati, quę lucescit in prima sabbati: venit Maria Magdalene, ꝛ altera Maria videre Mapulcrum alleluia. Magnificat.
Glia Pat. i fi. ꝛ repetita Añа. sacerdos dicit Dñs vob. ℞. Et cũ spũ. Oremus.
Spiritum nobis Domine tuę charitatis infunde: vt quos sacramẽtis paschalibus satiasti, tua facias pietate cõcordes. Per Dominum nostrum.
Deinde dicit Dominus vobiscũ. ℞. Et cum spiritu tuo. postea diaconus cantat.

Ite missa est: Alleluia, Alleluia.

℞. Deo gratias, alleluia, alleluia.

ORDINARIVM
MISSAE.

Sacerdos cuz ingreditur, inclinet caput ad altare, ꝛ signans se signo Crucis, clara voce dicit:



In noĩe Patris, ꝛ Filij, ꝛ Spirit⁹ sancti. Amẽ. Deinde iunctis manib⁹ ante pectus, incipit cum ministris Añam. Introibo ad altare Dei. Ministri. ℞. Ad Deum, qui lętificat iuuentutem meam.
Postea alternatiz cũ minist. dicit seq. ps.
Iudica me Deus, ꝛ discerne causaz meaz de gente non sancta, ab homine iniquo ꝛ doloso erue me.
Quia tu es Deus fortitudo mea, quare me repulisti, ꝛ quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?
Emitte lucem tuã, ꝛ veritatẽ tuam: ipsa me deduxerunt ꝛ adduxerunt in montem sanctum tuum, ꝛ in tabernacula tua.
Et introibo ad altare Dei: ad Deũ, qui lętificat iuuentutem meam.
Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meus: quare tristis es anima mea, ꝛ quare conturbas me?
Spera in Deo, qm̃ adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, ꝛ Deus meus.
Gloria Patri, ꝛ Filio, ꝛ Spiritui sãcto.
Sicut erat in principio, ꝛ nũc, ꝛ semp, ꝛ

in secula seculorum. Amen. Repetit cum ministris Antiphonam. Introibo ad altare Dei. ℟. Ad Deum, qui letificat iuventutem meam. Signat se, dicens, ℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit celum et terram.

Deinde iunctis manib⁹ inclinatus facit cõfessionẽ. In Missis defunctorum: et in Missis a Dñica Passiõis usq3 ad Sabbatũ sãctũ exclusive, i Missis de tpe omittit ps. Iudica. cũ Glia Pri. et repetitione Añe: sed dicto In noie Pris. Introibo. et Adiutoriũ. fit cõfessio, ut sequit.

Confiteor Deo omnipotenti, beate Marie semper virgini, beato Michaeli archãgelo, beato Joanni Baptiste, sanctis apostolis Petro et Paulo, oib⁹ sanctis, et vobis fratres: qa peccavi nimis, cogitatione, verbo, et opere: percutit sibi pectus, dicẽs: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper virginem: beatum Michaelem archangelum: beatum Joannem Baptistam: sanctos apostolos Petrum et Paulum: omnes sanctos, et vos fratres, orare pro me ad Dominum Deum nostrum. Ministri respondent.

Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis, perducat te ad vitã eternã. Sacerdos dicit Amẽ.

Deinde ministri repetunt Confessionem: et ubi a sacerdote dicebat Vobis fratres et Vos fratres. a ministris dicitur Tibi pater. Postea sacerdos iunctis manibus facit absolutionem, dicens:

Misereatur vestri omnipotens De⁹, et dimissis peccatis vestris, perducat vos ad vitam eternam. ℟. Amen.

Signat se signo crucis, dicens:

Indulgẽtiam, absolutionẽ, et remissionem omniũ peccatorum nostrorũ tribuat nobis oipotens, et misericors Dñs. ℟. Amẽ. Inclinatus psequitur.
℣. Deus tu conversus vivificabis nos.
℟. Et plebs tua letabitur in te.
℣. Ostẽde nobis Dñe misericordiã tuã.
℟. Et salutare tuum da nobis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscũ. ℟. Et cum spiritu tuo. Et prosequit secreto. Oremus.

Aufer a nobis, qs Dñe, cũctas iniquitates nostras: ut ad sancta sanctorum, puris mereamur mentib⁹ introire. Per Christum Dñm nostrũ. Amen.

Deinde ascendit ad altare, ubi manibus iunctis super altare inclinatus, dicit:

Oramus te Dñe p merita sanctorum tuorũ, osculat altare, dicẽs: quorũ reliquie hic sunt: et oium sanctorũ: ut indulgere digneris oia peccata mea. Amẽ.

In Missa sollemni celebrans antequam legat introitum benedicit incẽsum, dicens: Ab illo bene ✠ dicaris, in cuius honore cremaberis. Amen. Et accepto thuribulo a diacono, incensat altare, dicens:

Dirigatur Domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.
Pone Domine custodiam ori meo, et ostium circumstantie labijs meis.
Non declines cor meũ in verba malitie, ad excusandas excusationes in peccatis.

Deinde diaconus recepto thuribulo a celebrante incenset illum tantum. Postea celebrans signãs se signo crucis incipit Introitum: quo finito iunctis manibus, alternatim cum ministris dicit:

Kyrie eleison. Kyrie eleison. Kyrie eleison. Christe eleison. Christe eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Kyrie eleison. Kyrie eleison.

Postea ad medium altaris extendens et iungens manus, caputq3 aliquantulum inclinans, dicit si dicendum est Gloria in excelsis Deo. et prosequitur iunctis manibus: cum dicit Adoramus te. et Iesu Christe. et versus. Suscipe deprecationem

precationem. inclinat caput, & in fine dicens: Cum sancto Spiritu. signat se.

In duplicibus & sollemnibus diebus.



Glori a in excel sis Deo.

In Missis beatę Marię.



Glo ri a in ex cel sis Deo.

In Dominicis, festis semiduplicibus, & infra octauas, quę nō sunt beatę Marię.



Glo ri a in excel sis De o.

In festis simplicibus.



Glo ri a in excelsis De o.

Gloria in excelsis Deo. Et in terra pax hominibus bonę voluntatis. Laudamus te. Benedicim⁹ te. Adoramus te. Glorificam⁹ te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuā. Domine Deus, rex cęlestis, De⁹ Pater omnipotens. Domine fili vnigenite Jesu Christe. Domine Deus, Agnus Dei, Fili⁹ Patris. Qui tollis peccata mūdi, miserere nobis. Qui tollis peccata mūdi, suscipe deprecationem nostrā. Qui sedes ad dexterā Patris, miserere nobis. Quoniā tu solus sanctus. Tu solus Dn̄s. Tu solus altissimus Jesu Christe. Cum sancto Spiritu, in gloria Dei Patris. Amē. Sic dicit Gloria in excelsis Deo. etiā i Missis beatę Marię. Deinde osculat̄ altare i medio, & versus ad populū, dicit ℣. Dn̄s vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. postea dicit Oremus. Deinde orationes, vnā aut plures, vt ordo officij postulat: sequit̄ Epistola, Graduale, Alleluia. vel Tract⁹. Sequētia, vt tēpus postulat. His finitis, si est Missa sollemnis, diaconus deponit librum Euangeliorum super medio altaris, & benedicto incenso, vt supra, genuflexus manibus iunctis, ante mediū altaris dicit:

Munda cor meū ac labia mea omnipotens Deus, qui labia Isaię prophetę calculo mūdasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mundare, vt sanctū Euangeliū tuū digne valeā nunciare. Per Christū Dn̄m nostrū. Amen. Deinde accipit librū, & rursus genuflex⁹ petit bn̄dictionē a sacerdote, dicēs: Jube dōne bn̄dicere. Sacerdos respōdet.

Dominus sit in corde tuo, & in labijs tuis, vt digne & cōpetenter annuncies Euāgeliū suū in noīe Patris, & Filij, ✠ & Spiritus sācti. Deinde accepta benedictione osculat̄ manū sacerdotis: & cū alijs ministris, incenso, & luminarib⁹ accedēs ad locū Euangelij, stans iunctis manib⁹, dicit ℣. Dn̄s vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Pronūcians Sequentia sancti Euāgelij secundū N. Pollice dextrę manus signat librū Euāgelij, deinde frontē, labia, & pect⁹: & dū ministri respōdēt Gloria tibi Domine. incēsat ter librū, postea dicit Euangeliū iunctis manibus. Quo finito, subdiaconus defert librū sacerdoti, qui osculatur Euāgeliū, dicēs: Per euāgelica dicta deleātur nostra delicta. Deinde a diacono sacerdos incensatur. Si verò sacerdos sine diacono, & subdiacono celebrat: delato libro ad aliud cornu altaris, stans ad mediū altaris, iunctis manibus, & inclinatus dicit: Munda cor meum, & Jube domne benedicere, vt sup. & Domin⁹ sit in corde meo & in labijs meis, vt digne & competenter

tenter

tenter annunciem Euangelium suum.
Deinde ad librū cōuersus, iunctis manibus dicit ℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. ꝛ pronuncians Initiū. siue Sequētia sancti Euāgelij. ꝛc. signat se, ꝛ legit euāgeliū, vt dictū est. Quo finito respondēt ministri. Laus tibi Christe. ꝛ sacerdos osculatur euāgeliū, vt supra. In missis defunctorum dī Munda cor meū. sed nō petiť benedictio, nō deferūtur luminaria, nec osculať liber. Deinde ad mediū altaris extēdēs ꝛ iūgēs manus, dicit, si dicēdū est. Credo in vnū Deuꝫ. ꝛ prosequiť iūctis manibus. Quādo autem ventū est ad illud, Et incarnatus est. genuflectit vsqꝫ duꝫ dī, Crucifixus etiā pro nobis. In fine ad Et vitam venturi. signat se signo Crucis.



Credo in vnum Deum.
Patrem omnipotentem, factorem celi ꝛ terrę, visibilium omnium, ꝛ inuisibilium. Et in vnum Dominum Jesum Christum, filium Dei vnigenitū. Et ex Patre natum, ante omnia sęcula. Deuꝫ de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, ꝛ propter nostram salutem descendit de cęlis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine: Et homo fact⁹ est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato passus, ꝛ sepultuꝫ est. Et resurrexit tertia die, secundum scripturas. Et ascendit in cęlum, sedet ad dexteraꝫ Patris. Et iterum venturus est cū gloria iudicare viuos ꝛ mortuos: cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, ꝛ viuificantem: qui ex Patre Filioqꝫ procedit. Qui cū Patre ꝛ Filio simul adoratur, ꝛ conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et vnam sanctam Catholicam ꝛ Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnuꝫ baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuoruꝫ. Et vitam venturi sęculi. Amen.

Deinde osculať altare, ꝛ vers⁹ ad populum, dicit ℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cū spiritu tuo. Postea dicit Oremus. Offertoriū, Quo dicto: si est Missa sollēnis, diacon⁹ porrigit celebrāti patenā cū hostia: si priuata: sacerdoꝫ ipse accipit patenam cum hostia, quam offerens, dicit.

Suscipe, sancte Pater omnipotens, ęterne Deus, hanc immaculatam hostiam, quaꝫ ego indignus famulus tu⁹ offero tibi Deo meo, viuo, ꝛ vero, pro innumerabilibus peccatis, ꝛ offensionibus ꝛ negligentijs meis, ꝛ ꝓ omnibus circumstantibus sed ꝛ pro omnibus fidelibus Christianis, viuis atque defunctis: vt mihi ꝛ illis proficiat ad salutem in vitam ęternam. Amen.

Deinde reposita hostia super corporale, ministrat diaconus vinum, subdiaconus aquam in Calice, vel, si priuata est missa, vtrūqꝫ infundit sacerdos, ꝛ aquā miscēdam in calice benedicit, dicens. Oratio.

Deus, qui humanę substātię dignitatem mirabiliter cōdidisti, ꝛ mirabilius reformasti: da nobis, per huius aquę ꝛ vini mysteriū, eius diuinitatis esse consortes, q humanitatis nostrę fieri dignatus est particeps, Jesus Christus Filius tuus, Dominus noster. Qui tecum viuit ꝛ regnat i vnitate Spiritus sācti Deus, per omnia sęcula sęculorum. Amen.

In Missis pro Defunctis dicitur prędicta oratio: sed aqua non benedicitur. Accipiens calicem offert, dicens.

Offerimus tibi Domine caliceꝫ salutaris, tuam deprecanteꝫ clementiā: vt in conspectu diuinę maiestatis tuę, ꝓ

nostra, et totius mundi salute, cum odore suauitatis ascendat. Amen.

Deinde posito calice super corporale, et palla coperto, iunctis manibus, aliquantulum inclinatus dicit.

In spiritu humilitatis, et in aio contrito suscipiamur a te Domine: et sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi Domine Deus.

Erectus expandit manus, easque in altum porrectas iungens, eleuatis ad cęlum oculis, et statim demissis, dicit.

Veni sanctificator, omnipotens ęterne Deus, benedicit oblata prosequendo et bene ✠ dic hoc sacrificium tuo sancto nomini pręparatum.

Postea, si sollemniter celebrat, benedicit incensum, dicens.

Per intercessionem beati Michaelis archangeli stantis a dextris altaris incensi, et omnium electorum suorum, incensum istud dignetur Dominus bene ✠ dicere, et in odorem suauitatis accipere. Per Christum Dñm nostrum. Amen.

Et accepto thuribulo a diacono, incensat oblata, dicens.

Incensum istud a te benedictum, ascendat ad te Domine: et descendat super nos misericordia tua.

Deinde incensat altare, dicens.

Dirigatur Domine oratio mea, sicut incensum in cõspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Pone Dñe custodiam ori meo, et ostium circumstantię labijs meis: vt nõ declines cor meum in verba malitię, ad excusandas excusationes in peccatis.

Dum reddit thuribulum diacono, dicit.

Accendat in nobis Dominus ignem sui amoris, et flammam ęternę charitatis. Amen.

Postea incensatur sacerdos a diacono deinde alij per ordinem. Interim sacerdos lauat manus, dicens psalmum.

Lauabo inter innocẽtes manus meas: et circumdabo altare tuũ Domine.

Vt audiam vocẽ laudis: et enarrem vniuersa mirabilia tua.

Domine, dilexi decorem domus tuę: et locum habitationis glorię tuę.

Ne perdas cum impijs Deus animam meã: et cum viris sanguinum vitam meã.

In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, et miserere mei.

Pes meus stetit in directo: in Ecclesijs benedicam te Domine.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sãcto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper: et in sęcula sęculorum. Amen.

¶ In missis pro defunctis, et tẽpore Passionis, in missis de Tempore, omittitur.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sãcto.

Deinde ad medium altaris, et aliquantulum inclinatus, iunctis manibus dicit.

Suscipe sancta Trinitas hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam passionis, resurrectionis, et ascẽsionis Jesu Christi Domini nostri, et in honore beatę Marię semper virginis, et beati Joannis Baptistę, et sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, et istorum, et omnium sanctorum: vt illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem: et illi pro nobis intercedere dignentur in cęlis, quorum memoriam agimus in terris. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Postea osculatur altare, et versus ad populum, dicit.

Orate fratres, vt meum ac vestrum sacrificium, acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

Circumstantes respondent: alioquin ipsemet sacerdos.

Suscipiat Dñs sacrificium de manibus tuis, vel meis, ad laudẽ, et gloriam

riam

riam nominis sui: ad vtilitatē quoq3 no-strā, totiusq3 Ecclesię suę sanctę: Amen. Deinde manibus extensis absolute subiungit orationes secretas. Quibus dictis, cum peruentum fuerit ad conclusionem, clara voce dicit P er omnia secula seculorum. cum Prefatione, vt in sequentibus. Prefatio incipitur ambabus manibus positis hinc inde super Altare: quas aliquantulum eleuat, cu3 dicit S ursum corda. Jungit manus, & caput inclinat, cum dicit G ratias agamus Domino Deo nostro. Deinde disiungit manus, & disiunctas tenet vsq3 ad finem Prefationis, & iterum iungit cum dicit S anctus, Sanctus. &c.

¶ Sequens Prefatio cum suo cantu dicitur a Natiuitate Domini, vsque ad Epiphaniam. Et in Purificatione beatę Marię Virginis: Et in festo Corporis Christi. & per Octauam.

Per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spi ri tu tu o.

℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad Dominum. ℣. Gratias a ga-mus Domino Deo nostro. ℟. Dignum & iustum est. Prefatio.

Vere dignum & iustū est, ęquum & salutare: nos tibi semper & vbique gratias agere: Dñe sancte, Pater omnipotens ę terne Deus, Quia per incarnati verbi mysteri um noua mentis nostrę oculis lux tu ę claritatis insulsit: vt dum vi sibi liter Deū cognoscimus, per hūc in inuisibilium













Infra actionem.

Communicantes & diem sacratissimum celebrantes: quo beatę Marię intemerata virginitas, huic mundo edidit saluatorem. Sed & memoriam venerãtes, in primis eiusdem gloriosę semperque Virginis Marię, genitricis eiusdem Dei, & Domini nostri Jesu Christi. Sed & beatorum Apostolorum, &c.

In prima Missa dũtaxat dr̃ noctẽ sacratissimã. Deinde semper dicitur diem sacratissimum, vsque ad Octauã Natiuitatis Domini inclusiue, & non vltra.

Sequens Prefatio cũ suo cãtu dicitur in Epiphania Dominĩ, & p octauam.




















ter omnipotens, ę ter ne Deus.


Quia cum vn ge ni tus tuus in


substanti a nostrę mortalitatis ap-


paruit, noua nos immorta li tatis



su ę luce reparauit. Et ideo cum


Ange lis ⁊ Archan gelis, cum


Thronis ⁊ Do mina ti o nibus,


cumqz omni mili ti a cęlestis exer-


citus, hymnum glorię tu ę cani-


mus si ne fi ne dicentes. Sanctus.

Infra actionem.

Communicantes ⁊ diem sacratissimuz celebrantes: quo Unigenitus tuus in tua tecuz gloria coęternus in veritate carnis nostrę visibiliter corporalis apparuit: Sed ⁊ memoriam venerantes, in primis gloriosę semperque Virginis Marię, genitricis eiusdem Dei, ⁊ Domini nostri Jesu Christi: sed ⁊ beatorum Apostolorum, ac Martyruz tuorū Petri, ⁊ Pauli, Andreę, Jacobi. ⁊c.

Et dicitur per totam Octauam.

¶ Sequens Prefatio cū suo cantu dicitur in Dominicis Quadragesimę, ⁊ in festis duplicibus, ⁊ semiduplicibus in ea occurrētibus, vsque ad Dominicā passionis, nisi in festis propria assignetur.



Er omnia secu la seculorum.


℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum.


℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum


corda. ℟. Habemus ad Dominū.


℣. Gra ti as aga mus Domino Deo


nr̄o. ℟. Dignū ⁊ iustū est. Prefatio.

VEre dignũ & iustũ est, equũ & salutare, nos tibi semper & vbiqz gratias agere, dñe scẽ, pr̃ omñs eterne Deus. Qui corporali ieiunio vi ti a comprimis, mentem eleuas, virtutẽ largiris & premia: per Christum Dominum nostrũ. Per quem maiestatem tuam laudãt An geli, adorãt Dominationes, tremunt Potestates. Celi celorumqz Uirtutes, ac bea ta Seraphim, socia exultatione concelebrant. Cum quibus & nostras voces vt admitti iubeas deprecamur, supplici confessio ne dicentes.

Sequens Prefatio cũ suo cantu dicitur in Dominica Passionis, in Dominica Palmarum, in feria quinta in Cena Domini, & in festis diplicibus, & semiduplicibus eo tempore occurrẽtibus, nisi alia in festis assignetur. Et in sollemnitatibus sancte Crucis.

PEr omnia secula seculorum.

℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad Dominũ. ℣.

℣. Gratias agam⁹ Dño Deo nostro.

℟. Dignum ꝛ iustum est. Prefatio.

Vere dignuz ꝛ iustuz est, equuz ꝛ salutare: nos tibi semper ꝛ vbiqꝫ gratias agere, Domine sancte Pater omni po tens e ter ne Deus. Qui salutem hu ma ni generis in ligno Crucis con sti tuisti: vt vnde mors oriebatur, inde vita resurgeret: ꝛ qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur: per Christum Dominum nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant Angeli, adorāt Dñationes, tremunt Potestates, Celi celorumque Virtutes, ac beata Seraphim, socia exultatione concelebrant. Cuz quibus ꝛ nostras voces vt admitti iube as deprecamur, suppli ci con fes si one di cen tes.

¶ Sequẽs Prefatio cum suo cantu dicitur a Vigilia Pasche, usqz ad Octauam, ꝛ in Dominicis usque ad Ascensionem, in Festis duplicibus ꝛ semiduplicibus, eo tempore occurrentibus, nisi propria in festis assignetur. Et in Missa Sabbati sancti dicitur In hac potissimum nocte. In die Pasche usque ad Sabbatum in Albis inclusiue dicitur, In hac potissimũ die. Deinceps dicitur In hoc potissimum gloriosius.



Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad Dominuz. ℣. Gratias agamus Domino Deo nostro. ℟. Dignuz ꝛ iustum est.

Prefatio.

Vere dignum ꝛ iustuz est, equum ꝛ sa lu tare. Te quidem Domine omni tempore, sed in hac poti ssimuz die gloriosius predicare, cum Pascha nostrum immolatus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui abstulit peccata mundi. Qui mortem nostram moriẽdo destruxit, ꝛ vitam resurgendo reparauit. Et i de o cũ Angelis ꝛ Archangelis

gelis, cum Thronis et Dominatio-

nibus, cumque omni militia ce le stis

exercitus, hymnũ glo ri e tu e ca-

nimus si ne fi ne dicentes.

Infra actionem.

Communicãtes, et diẽ sacratissimũ celebrantes Resurrectionis Dñi nostri Jesu Christi fm carnẽ. Sed et memoriã venerãtes, in primis gloriose semperque Virginis Marie, genitricis eiusdẽ Dei, et Dñi nostri Jesu Chri: sed et beatorum Apostolorũ, ac Martyrũ tuorum Petri et Pauli, Andree, Jacobi, Joãnis, Thome, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Matthei, Simonis et Thadei, Lini, Cleti, Clementis, Xisti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrysogoni, Joannis et Pauli, Cosme et Damiani. Et oium sanctorum tuorũ, quorum meritis, precibusque concedas, vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eũdem Christum Dñm nostrum. Amen.

Hãc igitur oblationẽ seruitutis nostre: sed et cũcte familie tue, quam tibi offerimus, pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua et Spũ sctõ, tribuens eis remissionẽ oium peccatorum: qs Dñe, vt placatus accipias, diesque nros i tua pace disponas, atque ab eterna damnatione nos eripi, et in electorũ tuorũ iubeas grege numerari. Per Christũ Dñm nrm. Amen.

Quam oblationem. loco suo.

¶ Sic dicit a vigilia Pasche vsque ad Sabbatũ in Albis inclusiue, et nõ vltra.

¶ Sequens Prefatio cũ suo cantu dr a die Ascẽsionis, vsque ad vigiliã Pẽtecostes exclusiue, et in festis tũc occurrẽtibus.



Per omnia secula secu-

lorum. ℟. Amen. ℣. Dominus

vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Sursum corda. ℟. Habemus

ad Dominum. ℣. Gratias agamus

Domino Deo nostro. ℟. Dignum

et iustum est.

Prefatio.

Vere dignũ et iustũ est, equũ et sa lu- tare:



tare, nos tibi semper ⁊ vbiqȝ gratias



agere, Dñe sãcte, Pater oĩpotens



ęterne Deꝰ. Per Chrm Dñz nrm.



Qui post Resurrectionem suã oĩbus



discipulis suis manifestus apparuit,



⁊ ipsis cernentibus est eleuatus in



cę lũ, vt nos diuinitatis suę tribue-



ret esse participes. Et ideo cũ An-



gelis ⁊ Archangelis, cuȝ Thronis



⁊ Dominationibus cũqȝ omni mi-



litia cęlestis exercitus, hymnũ glo-



ri ę tuę canimus sine fi ne dicentes.

Infra actionem.

COmmunicantes, ⁊ diem sacratissimum celebrantes: quo Dominus noster vnigenitus tuus, vnitam sibi fragilitatis nostrę substantiaȝ, in glorię tuę dextera collocauit. Sed ⁊ memoriaȝ venerantes, in primis gloriosę semperque virginis Marię genitricis eiusdem Dei ⁊ Domini nostri Jesu Christi.

Et dicitur per totam Octauam.

¶ Præfatio a vigilia Pentecostes vsqȝ ad sequens Sabbatum inclusiue.





PEr omnia sęcula sęcu-



lorum. ℣. Dominus vobiscum.



℣. Sursum corda. ℣. Gratias aga-



mus Dño Deo nostro. Præfatio.



VEre dignũ ⁊ iustũ est, ęquũ ⁊ salutare


tare



tare: nos tibi semp et vbiqz grati as



agere: Dñe sancte, Pr omnipotēs



eterne De: Per Chrm Dñz nrm.



Qui ascēdēs sup oēs celos, sedēsqz ad



dexterā tuā pmissū Spūz sctm hodierna



dierna die i filios adoptionis effudit:



Qua pp psusis gaudijs, tot in orbe



terrarū mūdus exultat. Sed et supne



virtutes atqz angelice ptātes hym-



nū glie tue ocinūt, sine fine dicētes.

Infra actionem.

Communicantes, et diem sacratissimum Pētecostes celebrātes: quo Spiritus sanctus Apostolis innumeris linguis apparuit: Sed et memoriā venerantes, in primis gloriose semperqz Virginis Marie, genitricis eiusdem Dei, et Dñi nostri Jesu Christi: sed et beatorum Apostolorū, ac Martyrum tuorū Petri et Pauli, Andree, Jacobi, Joannis, Thome, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Matthei, Simonis et Thadei, Lini, Cleti, Clemētis, Xisti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrysogoni, Joannis et Pauli, Cosme et Damiani. Et oīuz sanctorum tuorum, quorū meritis, precibusqz ocedas, vt in oibus ptectionis tue muniamur auxilio. Per Chrz Dñm nrm. Am.

Hāc igitur oblationē seruitutis nostre: sed et cuncte familie tue: quam tibi offerimus, pro his quoqz quos regenerare dignatus es ex aqua et Spū sancto, tribuēs eis remissionem omnium peccatorū. etc.

Et dr vsqz ad sequēs sabbatū z inclusiue.

¶ Sequens Prefatio cum suo cātu dicitur in festo sancte Trinitatis.






Per oia secula seculorū.



℣. Dñs vobiscū. ℣. Sursum corda.



℣. Gratias agamus Dño Deo nro.



℟. Dignum et iustum est.

Prefatio.

Vere

Vere dignum et iustum est, equum et salutare: nos tibi semper et vbique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, eterne Deus. Qui cum vnigenito filio tuo, et Spiritu sancto vnus es De⁹, vnus es Dominus: Non in vnius singularitate persone, sed in vnius Trinitate substantie. Quod enim de tua gloria reuelante te credimus, hoc de filio tuo, hoc de Spiritu sancto, sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione vere sempiterneque deitatis, et in personis proprietas, et in essentia vnitas, et in maiestate adoretur equalitas. Quam laudant Angeli, atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim, qui non cessant clamare quotidie vna voce dicentes.

¶ Sequens Prefatio cum suo cantu dicitur in festis S. Marie et per eorum octavas (excepto festo Purificationis, in quo dicitur de Nativitate) etiam in festis infra eas occurrentibus, si propriam non habuerint, et in Missis Votivis de beata Maria, in quibus dicitur Et te in Veneratione. in festis autem dicitur Et te in Annunciatione, vel Visitatione, vel Assumptione, vel Nativitate, vel Conceptione, secundum devotionem festi, et in festo S. Marie ad Nives, dicitur Et te in Festivitate.



Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad Dominum. ℣. Gratias agamus Domino Deo nostro. ℟. Dignum et iustum est.

Prefatio.

Vere dignum et iustum est, equum et salutare: nos tibi semper et ubique gratias agere, Domine sancte, Pater omnipotens, eterne Deus. Et te in veneratione beate Marie semper virginis collaudare, benedicere, et predicare. Que et unigenitum tuum sancti Spiritus obumbratione concepit: et virginitatis gloria permanente, lumen eternum mundo effudit, Jesum

Chr̄m Dñm nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant Angeli, adorant dominationes, tremunt potestates. Celi, celorumque Virtutes, ac beata Seraphim, socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti iubeas deprecamur, supplici cõfessione dicentes.

¶ Sequens Prefatio cum suo cantu dicitur in festis Apostolorũ, et Euangelist. et per octauas eorum, et in festis infra eas occurrentibus, nisi propria assignetur.



Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad Dominum. ℣. Gratias agamus Domino Deo nostro. ℟. Dignum et iustum est.

Prefatio.

Vere dignum et iustum est, equum et salutare: Te Domine suppliciter exorare: ut gregem tuũ pastor eterne nõ deseras: sed p̄ beatos apostolos



los tuos cõtinua protectione custo-



dias. Ut ijsdez rectoribus guberne-



tur, quos operis tui vicarios eidez



contulisti præesse pastores. Et ide o



cum Angelis, et Archangelis, cum



thronis et dñationibus, cumqz om-



ni militia cælestis exercit⁹, hymnũ glo-



ri æ tuæ cani mus sine fine di centes.

¶ Sequens Præfatio cũz suo cantu dicitur in omnib⁹ festis duplicib. et per oct. eorum, et in omnibus semidup. et Dominicis diebus, vbi propria non habetur.





Er omnia sæcula sæcu-

M. Rom.



lorum. ℟. Amen. ℣. Dominus



vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.



℣. Sursum corda. ℟. Habemus



ad Dominuz. ℣. Gratias agamus



Domino Deo nostro. ℟. Dignuz



et iustum est.


Præfatio.



Vere dignum et iustum est, æquuz



et salutare: nos tibi semper, et vbiqz



gratias agere, Domine sancte, Pa-



ter omnipotens, æter ne Deus:

M ij Per

Per Chrm Dñz nostrũ. Per quem
ma ie statem tu am laudant Angeli,
adorant dominationes, tremunt po-
testates. Celi, celorumqz Uirtutes,
ac beata Seraphiz, socia exultatio-
ne concelebrant. Cuz quibus & no-
stras voces, vt admitti iubeas depre-
camur, supplici cõfessione dicentes.

¶ Sequens Prefatio cuz suo cantu di
citur in diebus ferialib. Quadrag. a quar
ta feria Cinerum vsqz ad Sabbatuz ante
Dominicam Passionis inclusiue.

Per omnia secula secu-
lorum. ℟. Amen. ℣. Dominus
vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
℣. Sursum corda. ℟. Habemus
ad Dominuz. ℣. Gratias agamus
Domino Deo nostro. ℟. Dignuz
& iustum est.

Prefatio.

Uere dignum & iustum est, equuz
& salutare: nos tibi semper, & vbiqz
gratias agere, Domine sãcte, Pa-
ter omnipotens, eter ne Deus:
Qui




Qui corporali ieiunio vitia cõprimis,



mentem eleuas, virtutez largiris ⁊




premia: per Christũ Dominuz no-



strum. Per quem maiestatem tuam



laudãt angeli, adorant dominatio-



nes, tremunt potestates. Celi celo-



rumqȝ virtutes, ac beata Seraphiz,



socia exultati o ne concelebrant. Cũ



quibus ⁊ nostras voces, vt admitti



iubeas deprecamur, supplici con-



fes si one dicentes.

¶ Sequens Prefatio cuz suo cantu dr in diebus ferialibus a Dominica Passionis vsque ad feriam v. in Cena Domini, ⁊ in Missis votiuis sancte Crucis.





Per oia secula seculoruz.



℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum.



℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum



corda. ℟. Habemus ad Dominuz.



℣. Gratias agam⁹ Dño Deo nostro.



℟. Dignum ⁊ iustum est. Prefatio.



Vere dignũ ⁊ iustũ est, equũ ⁊ salu-



tare: nos tibi semper, ⁊ vbique gra-

tias

tias agere, Dñe sancte, pater omni-
potens, eterne Deus. Q ui salutez
humani generis in ligno crucis cō-
stituisti: vt vnde mors oriebatur, in-
de vita resurgeret: et qui in ligno vin-
cebat, in ligno quoqz vinceretur, per
Chr̄m Dñm nostrum. Per quem
maiestatem tuam laudant Angeli,
adorant dominationes, tremunt po-
testates. Celi celorumqz Uirtutes,
ac beata Seraphiz, socia exultatio-
ne concelebrant. Cuz quibus et no-
stras voces, vt admitti iubeas depre-
camur, supplici cōfessione dicentes.

Sequens Prefatio cuz suo canto dr in diebus ferialibus ab octaua Pasche vsque ad Ascensionem Domini, et in festis simplicib. eo tempore occurrētibus.



Per oia secula seculoruz.
℟. Amen. ℣. D ominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo. ℣. S ursum
corda. ℟. Habemus ad Dominuz.
℣. G ratias agam' Dño Deo nostro.
℟.



℟. Dignum & iustum est. Prefatio.



Vere dignum & iustum est, equum



& salu ta re. Te quidem Domine



omni tempore, sed in hoc poti ssi-



mum glori o sius predicare, cum



Pascha nostrum immo la tus est



Christus. Ipse enim verus est a-



gnus, qui abstulit peccata mundi.




Qui mortez nostram moriendo de-



struxit, & vitaz resurgendo repara-



uit. Et ideo cũ Angelis & Archan-



gelis, cũ Thronis & Domina ti o ni-



bus, cumqz omni mi li tia ce le stis




exercitus, hymnuz glorie tue cani-



mus si ne fine dicentes.

¶ Sequens Prefatio cuz suo cantu di citur in Missis votiuis de S. Trinitate.



Per oia secula seculoruz.



℟. Am en. ℣. Dominus vobiscum.



℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum



corda. ℟. Habemus ad Dominuz.

℣.

tias agere, Dñe sancte, pater omni-

potens, eterne Deus. Q ui salutez

humani generis in ligno crucis cō-

stituisti: vt vnde mors oriebatur, in-

de vita resurgeret: & qui in ligno vin-

cebat, in ligno quoq3 vinceretur, per

Chr̄m Dñm nostrum. Per quem

maiestatem tuam laudant Angeli,

adorant dominationes, tremunt po-

testates. Celi celorumq3 Uirtutes,

ac beata Seraphi3, socia exultatio-

ne concelebrant. Cu3 quibus & no-

stras voces, vt admitti iubeas depre-

camur, supplici cōfessione dicentes.

¶ Sequens Prefatio cu3 suo canto di in diebus ferialibus ab octaua Pasche vsque ad Ascensionem Domini, & in festis simplicib. eo tempore occurrētibus.



P Er oïa secula seculoru3.

℟. Amen. ℣. D ominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo. ℣. S ursum

corda. ℟. Habemus ad Dominu3.

℣. G ratias agam⁹ Dño Deo nostro.

℟.



℟. Dignum et iustum est. Prefatio.



Vere dignum et iustum est, equum



et salu ta re. Te quidem Domine



omni tempore, sed in hoc potis si-



mum glori o sius predicare, cum



Pascha nostrum immo la tus est



Christus. Ipse enim verus est a-



gnus, qui abstulit peccata mundi.




Qui mortez nostram moriendo de-



struxit, et vitaz resurgendo repara-



uit. Et ideo cũ Angelis et Archan-



gelis, cũ Thronis et Domina ti o ni-



bus, cumqz omni mi li tia ce le stis



exercitus, hymnuz glorie tue cani-



mus si ne fine dicentes.

Sequens Prefatio cuz suo cantu di citur in Missis votiuis de S. Trinitate.



Per oia secula seculoruz.



℟. Am en. ℣. Dominus vobiscum.



℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum



corda. ℟. Habemus ad Dominuz.

℣.

℣. Gratias agam⁹ Dño Deo nostro.

℟. Dignum, ⁊ iustum est. Prefatio.

Vere dignū ⁊ iustū est, ęquū ⁊ salutare: nos tibi semper, ⁊ vbique gratias agere, Domine sancte, Pater omnipotens, ęterne De us.

Qui cū vnigenito Filio tuo, ⁊ Spiritu sancto, vnus es De⁹, vnus es Dominus. Nō in vnius singularitate psonę, sed in vnius trinitate substātię.


Quod enim de tua gloria reuelante te credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu sancto, sine differētia discretionis sentimus. Ut in cōfessione verę sempiternęq; deitatis, ⁊ in psonis proprietas, ⁊ in essentia vnitas, ⁊ in maiestate adoretur equalitas. Quaz laudāt Angeli, atq; Archāgeli, Cherubiz quoq;, ac Seraphiz, q nō cessāt clamare quotidie vna voce dicētes.

Se-

¶ Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur in Missis votivis de Spiritu sancto.



Per oĩa secula seculorũ.



℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum.



℟. Et cũ Spiritu tuo. ℣. Sursum



corda. ℟. Habemus ad Dominũ.



℣. Gratias agamus Domino Deo



nr̃o. ℟. Dignũ & iustũ est. Præfatio.



Vere dignũ, & iustũ est, equũ,



& salutare: nos tibi semp̃ & vbiq; gra-



tias agere: Dñe sãcte, Pater omni-



potẽs eterne Deus: p̃ Chr̃m Dñm nr̃m.




Qui ascendens super omnes celos,



sedensq; ad dexteram tuã, promis-



sum Spiritum sanctũ in filios ado-



ptionis effudit: Qua propter profu-



sis gaudijs, totus in orbe terrarum



mundus exultat. Sed & su per ne



virtutes atque angelice po te sta-



tes hymnum glo ri e tue conci-



nunt, si ne fi ne dicentes.

¶ Sequens Prefatio cum suo cantu dicitur in Missis votiuis de Apostolis.



Per oĩa secula seculorũ.

℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cuz Spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad Dominũ.

℣. Gratias agamus Domino Deo nr̃o. ℟. Dignũ ⁊ iustuz est. Prefatio.

Uere dignuz, ⁊ iustuz est, equuz, ⁊ salutare. Te Domine suppliciter exorare: vt gregem tuum pastor eterne non deseras: sed per beatos Apostolos tuos cõtinua ꝓtectione custodias. Ut ijsdẽ rectoribus gubernetur quos operis tui vicarios eidem cõtulisti preesse pastores. Et ideo cum Angelis ⁊ Archangelis cum Thronis, ⁊ Dominationibus, cumque omni mili ti a celestis exercitus, hymnum glo ri e tu e canimus sine fi ne dicen tes.

¶ Sequens Prefatio cũ suo cantu dicitur in festis simplicibus, & diebus ferialibus, vbi propria non habetur.

Per o ia secula seculorũ.

℞. Amen. ℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum Spiritu tuo. ℣. Sursum

corda. ℞. Habemus ad Dominũ.

℣. Gratias agamus Domino Deo

nrõ. ℞. Dignũ & iustũ est. Prefatio.

Vere dignum, & iustũ est, equum,

& salutare: nos tibi semper, & vbiqz

gratias agere: Domine sãcte: Pa-

ter om ni potens, eterne Deus.

Per Christũ Dñm nrm. Per quẽ

maiestatẽ tuã laudãt Angeli, adorãt

Dñationes, tremunt Potestates.

Celi celorũqz virtutes, ac beata Se-


raphim socia exultatione ↄcelebrãt.


Cum quibus & nostras voces, vt

admitti iubeas deprecamur, sup-

plici con fes sio ne di cen tes.

Sanctus, Sãctus, Sanctus, Dñs Deus Sabaoth. Pleni sũt celi, & terra glĩa tua. Hosanna i excelsis. Bñdictus q venit i noie Dñi. Hosanna in excelsis.


I·N·R·I·







SACERDOS EXTENDENS, & iungens manus, eleuans ad cęlum oculos, & statim demittens, inclinatus ante Altare, dicit.



TE igitur clementissime Pater, per Iesu3 Christum filium tuū Dominū nostrum, supplices rogamus, ac petimus: Osculatur altare, Uti accepta habeas, & benedicas, Signat ter super oblata: Hęc ✠ dona, hęc ✠ munera, hęc ✠ sancta sacrificia illibata. Extensis manib⁹ prosequitur: In primis quę tibi offerimu3 pro Ecclesia tua sancta Catholica: qua3 pacificare, custodire, adunare, & regere digneris toto orbe terrarum, vna cum famulo tuo Papa nostro N. & Antistite nostro N. & omnibus orthodoxis, atque Catholicę & Apostolicę fidei cultorib⁹.






Commemoratio pro Viuis.

MEmento Domine famulorum famularumque tuarum N. & N. iūgit manus, orat aliquātulū pro quibus




orare intendit: deinde extensis manibus prosequitur. Et omnium circumstantium: quorum tibi fides cognita est, et nota devotio: pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se, suisque omnibus: pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis et incolumitatis sue: tibique reddunt vota sua eterno Deo vivo et vero.

Infra actionem.

Communicantes, et memoriam venerantes: in primis gloriose semperque virginis Marie, genitricis Dei, et Domini nostri Jesu Christi. Sed et beatorum Apostolorum, ac martyrum tuorum Petri et Pauli, Andree, Jacobi, Joannis, Thome, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Matthei, Simonis, et Thadei, Lini, Cleti Clementis, Xisti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrysogoni, Joannis et Pauli, et Cosme et Damiani. Et omnium sanctorum tuorum: quorum meritis precibusque concedas, ut in omnibus protectionis tue muniamur auxilio: iungit manus. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Tenens manus extensas super oblata, dicit.

Hanc igitur oblationem servitutis nostre: sed et cuncte familie tue, quesumus Domine, ut placatus accipias: diesque nostros in tua pace disponas: atque ab eterna damnatione nos eripi, et in electorum tuorum iubeas grege numerari. iungit manus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Quam oblationem tu Deus, in omnibus quesumus, signat ter super oblata bene ✠ dictam, ascri ✠ ptam, ra ✠ tam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris. Signat semel super hostiam, et semel super calicem, ut nobis cor ✠ pus, et sanguis ✠ fiat dilectissimi filij tui Domini nostri Jesu Christi.

Qui pridie quam pateretur, accipit hostiam: accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, elevat oculos ad celum. Et elevatis oculis in celum ad te Deum Patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens, signat super hostiam bene ✠ dixit, fregit, deditque discipulis suis dicens, accipite, et manducate ex hoc omnes.

Tenens ambabus manibus hostiam profert verba consecrationis distincte, secrete, et attente.

Hoc est enim Corpus meum.

Prolatis verbis consecrationis, statim hostiam consecratam genu-

genuflexus adorat, surgit, ostendit populo, reponit sup corporale, iterum adorat, & nō disiungit pollices & indices, nisi qñ hostia tractāda est, vsqȝ ad ablutionem digitorum. Tunc adorato sacramento, & detecto calice dicit.

SImili modo postquam cenatum est: ambabus manibus accipit calicem, accipiens & hunc preclarum calicem: in sanctas ac venerabiles manꝰ suas, item tibi gratias agens, sinistra tenens calicem, dextra signat super eum. Bene ✠ dixit, deditqȝ discipulis suis, dicens: Accipite, & bibite ex eo omnes.

Profert verba consecrationis super calicem, tenens illum parum eleuatum.

Hic est enim calix sanguinis mei: noui & eterni testamenti: mysterium fidei: qui pro vobis & ꝓ multis effundetur in remissionē peccatorum.

Prolatis verbis cōsecrationis, reponit calicem super corporale, & dicens. Hec quotiescumque feceritis in mei memoriam facietis. genuflexus adorat: surgit, & ostendit populo.

Deponit, coopit, & iterū adorat.

Deinde disiunctis manibꝰ dicit.

VNde & memores Domine, nos serui tui: sed & plebs tua sancta eiusdē Christi filij tui Dñi nostri: tam beate passionis, necnon & ab inferis resurrectionis, sed & in celos gloriose Ascēsionis, offerimus preclare maiestati tue, de tuis donis ac datis, signat ter super hostiam, & calicem simul. hostiam ✠ puram hostiam ✠ sanctam, hostiam ✠ immaculatam: signat semel sup hostiam, & semel super calicem. panem ✠ sanctum vite eterne: & calicem ✠ salutis perpetue.

Extēsis manibus prosequitur.

SUpra que propitio ac sereno vultu respicere digneris: & accepta habere, sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium patriarche nostri Abrahe, & qđ tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculatam hostiā.

Profunde inclinatus iunctis manibus dicit.

SUpplices te rogamus omnipotens Deus: iube hec perferri per manus sancti Angeli tui, in sublime altare tuum, in conspectu diuine maiestatis tue: Ut quotquot, osculatur altare ex hac altaris participatione, sacrosanctum filij tui, Signat semel super hostiam, & semel super calicem. Cor ✠ pus & san ✠ gui-

guinem sumpserimus, seipsum signat, omni bene ✠ dictione cęlesti, & gr̃a repleamur. Per eũdẽ Christum Dñm nostrum. Amẽ.

Cõmemoratio pro Defunctis.

Memẽto etiã Dñe famulorũ famularũq; tuarũ N. & N. qui nos pręcesserũt cu; signo fidei, & dormiũt in somno pacis. iungit manus, orat aliquantulum pro ijs Defunctis, pro quibus orare intendit: deinde extẽsis manibus prosequitur.

Ipsis Domine, & omnibus in Christo quiescentibus, locũ refrigerij, lucis, & pacis, vt indulgeas, deprecamur. iũgit manus: Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Percutit pectus, elata parum voce dicens.

Nobis quoq; peccatoribus famulis tuis, de multitudine miserationũ tuarum sperantibus, parte; aliquã, & societatẽ donare digneris, cum tuis sanctis Apostolis & martyribus: cũ Joanne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexãdro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cęcilia, Anastasia, & omnibus Sanctis tuis. Intra quorum nos consortium, nõ ęstimator meriti, sed venię, quęsumus, largitor admitte. iungit manus.

Per Christũ Dñm nostrũ. Per quem hęc omnia, Domine, semper bona creas: Signat ter super hostiam & calice; simul, dicens: Sancti ✠ ficas: viui ✠ ficas: bene ✠ dicis, & pręstas nobis: discooperit calicem, genuflectit, accipit Sacramentum dextera, tenens sinistra calicem: signat cum hostia ter a labio ad labium calicis, dicens.

Per ip ✠ sum, & cũ ip ✠ so: & in ip ✠ so: bis signat inter pect⁹ & calicẽ, est tibi Deo Patri ✠ omnipotẽti, in vnitate Spũs ✠ sancti, eleuans parũ calicẽ cũ hostia dicit. Omnis honor, & gloria: reponit hostiam, cooperit calicem, genuflectit, surgit, & dicit.











Exten-

Extendit manus.

Pater noster, qui es in celis: Sancti fi cetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tu a, si cut in ce lo, & in terra. Panem nostrum quotidi a num da no bis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, si cut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos in ducas in ten ta ti o nem.

℟. Sed li be ra nos a malo.

Sacerdos secrete respondet.

Amen.

Supradictus cantus dicitur in duplicibus & semiduplic. festis. Sequēs cātus dicitur in festis simplicibus, & ferialibus dieb⁹.

Per omnia secula seculorū. ℟. Amē. Oremus.

Preceptis salutaribus moniti & diuina instituti o ne for-



formati audemus di ce re.



PAter noster, qui es in



cęlis: Sancti fi cetur no-



men tuum. Adueniat re-



gnum tuum. Fiat volun-



tas tu a, si cut in cę lo, ⁊



in terra. Panem nostrum



quotidi a num da no bis



hodie. Et dimitte nobis



debita nostra, si cut ⁊ nos



dimittimus debitoribus



nostris, Et ne nos in du-



cas in ten ta ti o nem.



℟. Sed li be ra nos a malo.

Sacerdos submissa voce dicit.

Amen.


Deinde accipit patenā inter indicem ⁊ mediuꝫ digitos, ⁊ dicit.

LIbera nos, quęsumus Domine ab omnibus malis, pręteritis, pręsentibus, ⁊ futuris: ⁊ intercedente beata ⁊ gloriosa semper virgine Dei genitrice Maria, cuꝫ beatis Apostolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque Andrea ⁊ omnibus Sanctis.

Signat se cū patena a fronte ad pectus. Da propitius pacem in diebꝰ nostris: vt ope misericordię tuę adiuti, ⁊ a peccato simus semp liberi, ⁊ ab omni pturbatione securi. Submittit patenā

hostie

hostię, discooperit calicē, genu-flectit, surgit, accipit hostiā, frangit eā super calicē per mediū, dicens. **Per eūdē Dñm nostrum Jesum Christū filiū tuū.** Partē quę in dextera est, ponit sup patenā. Deinde ex parte, quę i sinistra remāserat, frāgit particulā, dicens: **Qui tecū viuit, & regnat in vnitate Spirit⁹ sancti Deus.** Aliam mediam partem cū ipsa sinistra ponit super patenam, & dextera tenēs particulā paruā super calicē, sinistra calicē, dicit.




Per omnia sęcula sęculorū.



Cum ipsa particula signat ter super calicē, dicens.

℟. **Amen.**



Pax ✠ Domini, sit ✠ sem-



per vobis ✠ cum. ℟.



Et cum spi ri tu tu o.

Particulam ipsam imponit in calicem, dicens secrete.

Hæc commistio & consecratio corporis, & sanguinis Domini nostri Jesu Christi, fiat accipientibus nobis in vitam ęternam. Amen. Cooperit calicē, genuflectit, surgit: & inclinatus sacramēto iūctis manibus, & ter pectus percutiens, dicit.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

In missis pro Defunctis, omisso **miserere nobis,** dī **dona eis requiē:** & tertio addit **sempiternā.** Deinde iunctis manibus, inclinatus dicit sequētes orationes.

Domine Jesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis: Pacem relinquo vobis: pacē meā do vobis: ne respicias peccata mea, sed fidē Ecclesię tuę: eamque secundum voluntatem tuā pacificare, & coadunare digneris. Qui viuis & regnas Deus: per omnia sęcula sęculorū. Amē.

Si danda est pax, osculatur altare, & dans pacem, dicit. **Pax tecum.** ℟. **Et cum spiritu tuo.**

¶ In missis Defunctorū nō dat pax, neq; dicitur pręcedēs Orō.

Domine Jesu Christe, fili Dei viui, qui ex voluntate Pātris, cooperante Spiritu sancto, per mortem tuam mundū viuificasti: libera me per hoc sacrosanctum corpus, & sanguinē tuum, ab omnibus iniquitatibus

bus meis, et vniuersis malis, et fac me tuis inherere mandatis, et a te numquam separari permittas. Qui cum eodem Deo Patre et Spiritu sancto viuis, et regnas Deus in secula seculorum. Amen.

Perceptio corporis tui Domine Jesu Christe, quod ego indignus sumere presumo, non mihi proueniat in iudicium et condemnationem: sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis et corporis, et ad medelam percipiendam. Qui viuis et regnas cum Deo Patre, in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Genuflectit, surgit, et dicit.

Panem celestem accipiam, et nomen Domini inuocabo. accipit ambas partes hostie inter pollicem, et indicem sinistre manus, et patenam inter eumdem indicem et medium, et dextera percutiens pectus, dicit ter.

Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea.

Postea dextera se signans cum hostia super patena, dicit.

Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam meam in vitam eternam. Amen. Sumit ambas partes hostie, iungit manus, et quiescit aliquantulum. Deinde discooperit calicem, genuflectit, et extergit patenam sup illum, et dicit.

Quid retribuam Domino pro omnibus, que retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini inuocabo. Laudans inuocabo Dominum, et ab inimicis meis saluus ero. Accipit calicem: et eo se signans dicit.

Sanguis Domini nostri Jesu Christi custodiat animam meam in vitam eternam. Sumit totum sanguinem cum particula. Quo sumpto, siqui sunt communicandi, eos communicet, antequam se purificet. Postea dicit.

Quod ore sumpsimus, Domine, pura mente capiamus, et de munere temporali, fiat nobis remedium sempiternum.

Interim porrigit calicem ministro qui infundit ei parum vini, quo se purificat: deinde prosequitur.

Corpus tuum Domine, quod sumpsi, et sanguis quem potaui, adhereat visceribus meis: et presta: vt in me non remaneat scelerum macula: quem pura et sancta refecerunt sacramenta. Qui viuis et regnas in secula seculorum. Amen. Abluit digitos, et sumit ablutionem, extergit calicem, et plicato corporale operit more solito. Deinde prosequitur missam. Dicto post vltimam orationem. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo: dicit Jte Missa est. vel Benedicamus Domino. pro qualitate misse. ℟. Deo gratias. In Missis Defunctorum, dicit. Requiescant in pace. ℟. Amen.

¶ Tem-

¶ Tempore paschali, hoc est, a Missa Sabbati sancti vsq; ad sabbatum in Albis inclusiue.

I te Missa est, Alleluia, Alle lu ia.

¶ In festis duplicibus.

I te Missa est.

¶ In missis Beatę Marię.

I te Missa est.

¶ In festis semiduplicibus, infra octauas, & Dominicis diebus infra annum.

I te Missa est.

¶ In festis simplicibus.

I te Missa est.

In Dñicis diebus tpe Aduē. & Quadr.

Benedicamus Do mi no.

¶ In Ferijs.

Be ne di camus Do mi no.

¶ In Missis Defunctorum.

Re qui e scant in pa ce.

Dicto Ite Missa est. vel Benedicamus Domino. inclinat se ante medium Altaris, & dicit.

Placeat tibi sancta Trinitas, obsequium seruitutis meę: & pręsta: vt sacrificium, quod oculis tuę maiestatis indignus obtuli tibi sit acceptabile, mihiq; & omnibus pro quibus illud obtuli, sit te miserante propitiabile. Per Christum Dominum nostrum. Amen. Deinde benedicit populū, dicens: Benedicat vos omnipotens Deus Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. In missa pontificaliter benedicit: Deinde in cornu Euangelij dicto. Dominus vobiscum. & Initium vel Sequentia sancti Euangelij. signans vt supra in Euangelio Missę, legit Euāgelium secundum Joannem, In principio erat verbum. vel aliud Euangelium, vt dictum est in Rubricis generalibus.

¶ In missis Defunctorū non datur benedictio: sed dicto, Requiescāt in pace. dicit Placeat tibi. &c. Deinde Euangelium sancti Joannis, vt supra.

¶ Finito Euangelio sancti Joannis, discedens, pro gratiarum actione dicit Antiphonam. Trium puerorum. &c. vt habetur in principio Missalis.

IN DIE RESVRRECTIONIS DOMINI.



Statio ad sanctã Mariã Maiorẽ. Intr.

Ps. 138.  REsurrexi, ⁊ adhuc tecũ sum, alleluia: posuisti super me manuȝ tuaȝ, alleluia: mirabilis facta est scientia tua alleluia, alleluia.
Ibidem. Ps. Dñe, probasti me, ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam ⁊ resurrectionem meam. ℣. Gloria Patri, ⁊ Filio. ⁊c. Oratio.

DEus, qui hodierna die, per vnigenitum tuum æternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti: vota nostra, quæ præueniendo aspiras, etiam adiuuando prosequere. Per eundem Dñm.

Lectĩo Ep̃l'æ B. Pauli Ap̃l'i ad Corint.

1. cap. 5. FRatres. Expurgate vetus fermentũ, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nr̃m immolatꝰ est Chr̃s. Itaqȝ epulemur: nõ in fermento veteri, neqȝ ĩ fermẽto malitiæ, ⁊ nequitiæ: sed in azymis sinceritatis, ⁊ veritatis,

Gradu. Hæc est dies, quam fecit Dñs, exultemus ⁊ lætemur in ea. ℣. Cõfitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius. Ps. 117. Alleluia, alleluia. ℣. Pascha nostrum immolatus est Christus. Sequentia.

VIctimæ Paschali laudes immolent Christiani.
Agnus redemit oues: Christus innocens Patri reconciliauit peccatores.
Mors ⁊ vita duello, conflixere mirando: dux vitæ mortuus regnat viuus.
Dic nobis Maria, quid vidisti in via?
Sepulchrum Christi viuentis: ⁊ gloriã vidi resurgentis.
Angelicos testes, sudarium, ⁊ vestes.
Surrexit Christus spes mea: præcedet vos in Galilæam.
Scimꝰ Christũ surrexisse a mortuis vere: tu nobis victor rex miserere, Amẽ. All'.

Sequẽtia dr̃ vsqȝ ad Sab. ĩ Albis inclus.

Sequentia sancti Euang. sẽm Marcum. Cap. 16.

IN illo tempore: Maria Magdalene ⁊ Maria Iacobi, ⁊ Salome emerunt aromata vt venientes vngerent Iesum. Et valde mane vna sabbatorum, veniunt ad monumentum, orto iam sole. Et dicebant adinuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab hostio monumenti? Et respicientes viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida, ⁊ obstupuerunt. Qui dicit illis: Nolite expauescere: Iesum quæritis Nazarenum, crucifixum: surrexit, nõ est hic, ecce locus vbi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius, ⁊ Petro quia præcedit vos in Galilæã: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis. Credo. Offert.

Terra tremuit ⁊ quieuit, cum exurgeret in iudiciũ Deus, Alleluia. Secreta.

SVscipe, quæsumus Domine, preces populi tui cuȝ oblationibus hostiarum:

rum: vt paschalibus initiata mysterijs, ad ęternitatis nobis medelam te operante proficiant. Per Dominum nostrum.

Præfatio. & Cōmunicātes. vt sup. f. 84.

1. Cor. 5. Communio. Pascha nostrum immolatus est Christus, alleluia: itaque epulemur in azymis sinceritatis & veritatis, Alleluia, alleluia. Postcommunio.

Spiritum nobis Dñe tuę charitatis infunde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per Dñm nostrū. in vnitate eiusdē.

Post Dominus vobiscum, dicitur Ite missa est, alleluia, alleluia. ℟. Deo gratias, alleluia, alleluia. Sic dicitur vsque ad Sabbatum in Albis inclusiue.

¶ Infra octauā Paschę non fit de aliquo festo duplici vel semidupl. sed post octauam celebratur. De simplici autem fit tantum commemoratio post triduum.

FERIA SECVNDA.

Statio ad sanctū Petrum. Introitus.

Exod. 3. Cap. 
Introduxit vos Dominus in terram fluentem lac, & mel, Alleluia: & vt lex Domini semp sit in ore vestro: Alleluia, alleluia. Ps. 104. ps. Confitemini Domino, & inuocate nomē eius: annunciate inter Gentes opera eius. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Oro.

Deus, qui sollēnitate paschali, mūdo remedia contulisti, populū tuū, quęsumus: cęlesti dono prosequere: vt & perfectam libertatē consequi mereatur: & ad vitam proficiat sempiternam. Per.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 10. In diebus illis: Stans Petrus in medio plebis, dixit: Viri fratres, vos scitis quod factum est verbū per vniuersam Iudęam: incipiens enim a Galilęa post baptismum, quod prędicauit Ioannes, Iesum a Nazareth: quomodo vnxit eū Deus Spiritu sancto, & virtute, qui pertransijt benefaciendo, & sanando omnes oppressos a diabolo, quoniam Deus erat cum illo. Et nos testes sumus omnium, quę fecit in regione Iudęorum, & Ierusalem, quem occiderunt suspendētes in ligno. Hunc Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus pręordinatis a Deo: nobis, qui manducauimus, & bibimus cū illo postquā resurrexit a mortuis. Et pręcepit nobis prędicare populo, & testificari quia ipse est, qui constitutus est a Deo iudex viuorum, & mortuorum. Huic omnes Prophetę testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eum. Graduale.

Hęc est dies, quā fecit Dñs exultem⁹, & ps. 117. lętemur in ea. ℣. Dicat nunc Israel qm̄ bonus, quoniā in sęculū misericordia ei⁹.

Alleluia, alleluia. ℣. Angelus Domini Mat. 28 descendit de cęlo: & accedēs reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Sequentia. Victimę pascha. cum Alleluia. in fine.

Sequentia sancti Euang. sm̄ Lucam.

In illo tempore: Duo ex discipulis Cap. 24. Iesu ibant ipsa die in castellū, quod erat in spatio stadiorū sexaginta ab Ierusalem, noie Emmaus: & ipsi loquebantur adinuicem de his omnibus, quę acciderant. Et factum est, dum fabularentur & secū quęrerēt: & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis: oculi autem illorū tenebantur ne eum agnoscerēt. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones, quos confertis adinuicem ambulantes, & estis tristes? Et respōdēs vnus, cui nomē Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Ierusalē, & nō cognouisti quę facta sunt in illa his diebus? Quib⁹ ille dixit: Quę? Et dixerūt: De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potēs in opere, & sermone coram Deo, & omni populo: Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes, & princi-

principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum, nos autem sperabamus quia ipse esset redēpturus Israel: & nunc super hęc omnia, tertia dies est hodie quod hęc facta sunt. Sed & mulieres quędā ex nostris terruerunt nos, quę ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, venerunt, dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentū: & ita inuenerunt sicut mulieres dixerūt, ipsum vero non inuenerūt. Et ipse dixit ad eos: O stulti, & tardi corde ad credendum in oībus, quę locuti sunt Prophetę: Nōne hęc oportuit pati Christū, & ita intrare in gloriam suā? Et incipiens a Moyse, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quę de ipso erāt. Et appropinquauerūt castello quo ibant: & ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscū, quoniā aduesperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panē, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorū, & cognouerūt eum: & ipse euanuit ex oculis eorum. Et dixerunt ad inuicem: Nonne cor nostrū ardens erat in nobis dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas? Et surgentes eadem hora regressi sunt in Jerusalem: & inuenerunt congregatos vndecim, & eos, qui cum ipsis erant, dicentes: Quod surrexit Dominus vere, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quę gesta erāt in via: & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Credo. Offertorium.

Mat. 28 Angelus Domini descendit de cęlo, & dixit mulieribus: Quem quęritis, surrexit, sicut dixit, Alleluia. Secreta.

Suscipe, quęsumus Dñe, preces populi tui cū oblationibus hostiarum: vt paschalibus initiata mysterijs, ad ęternitatis nobis medelam te operante proficiāt. Per Dñm nostrū Jesum Christū.

Communio. Surrexit Dñs, & apparuit Petro, Alleluia. Luc. 14. Postcommunio.

Spiritum nobis Dñe tuę charitatis infunde: vt quos sacramētis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per Dñm. in vnitate eiusdem.

FERIA TERTIA.

Statio ad sanctum Paulū. Introitus.



Aqua sapientię potauit eos, Alleluia: firmabitur in illis, & non flectetur, Alleluia: & exaltabit eos in ęternū, Alleluia, alleluia. Ecclesi. 15. Ps. Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: annunciate inter gētes opera eius. Ps. 104. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spūi sancto. Orō.

Deus, qui Ecclesiam tuā nouo semper fętu multiplicas: cōcede famulis tuis: vt sacramentū viuendo teneant, quod fide perceperūt. Per Dominum.

Lectio Actuum Apostolorum.

In diebus illis: Surgens Paulus, & manu silentium indicens, ait: Viri Cap. 13. fratres, filij generis Abrahā, & qui in vobis timent Deum, vobis verbum salutis huius missum est. Qui enim habitabant Jerusalē, & principes eius Jesum ignorantes, & voces prophetarum, quę per omne sabbatum leguntur, iudicātes impleuerunt, & nullā causam mortis inuenientes in eo, petierunt a Pilato, vt interficerent eū. Cumque consummassent omnia, quę de eo scripta erāt, deponentes eū de ligno, posuerunt eū in monumēto. Deus vero suscitauit eum a mortuis tertia die: qui visus est per dies multos his, qui simul ascenderant cum eo de Galilęa in Jerusalem: qui vsque nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annunciamus eam, quę ad patres nostros repromissio facta est: quoniam hanc Deus adimpleuit

uit filijs nostris, resuscitans Jesuz Christum dominum nostrum. Graduale.

Ps 117. Hęc dies quam fecit Dominus: exultemus & letemur in ea. ℣. Dicant nunc qui redempti sunt a domino, quos redemit de manu inimici: & de regionibus cōgregauit eos. Alleluia, alleluia. ℣. Surrexit Dominus de sepulchro, qui pro nobis pependit in ligno. Sequentia.

Victimę paschali. vt in dñica Paschę.

Sequentia sancti Euangelij sm Lucam.

Lu. 24. In illo tempore: Stetit Jesus in medio discipulorum suoruz: & dicit eis: Pax vobis: ego sum, nolite timere. Conturbati vero, & conterriti, existimabant se spiritum videre. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Uidete manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum. Palpate, & videte: quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus, & pedes. Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus prę gaudio, dixit: Habetis hic aliquid, quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauuz mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos: Hęc sunt verba, quę locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum, quoniaz necesse est impleri omnia, quę scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensuz vt intelligerent Scripturas. Et dixit eis: Quoniam sic scriptuz est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis die tertia & prędicari in nomine eius penitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gētes. Credo. Offertorium.

Ps 17. Intonuit de cęlo dominus: & altissimus dedit vocem suam: & apparuerunt fontes aquarum. Alleluia. Secreta.

Suscipe domine, fideliū preces cum oblationibus hostiarum: vt per hęc pię deuotionis officia, ad cęlestez gloriā transeamus. Per Dominum nostrum.

Communio. Si consurrexistis cū Christo, quę sursum sunt quęrite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: Alleluia: quę sursum sunt sapite: Alleluia. Col. 3.

Postcommunio.

Concede, quęsumus omnipotens Deus: vt paschalis pceptio sacramenti, continua in nostris mentibus perseueret. Per Dominum nostrū Jesum.

FERIA QVARTA.

Statio ad sanctum Laurentium extra muros. Introitus.



Venite bñdicti pr̄is mei, percipite regnum, Alleluia: qd̄ vobis paratū est ab origine mūdi. Alleluia, alleluia, alleluia. Mat. 25

psal. Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra. ℣. Gloria patri, & fil. Oratio. Ps 95.

Deus, qui nos resurrectionis dominicę annua sollēnitate letificas: cōcede propitius, vt p temporalia festa quę agimus: peruenire ad gaudia ęterna mereamur. Per eumdem Dñm nostrum.

Ab hac die vsqz ad octauam, post orationem diei, dicitur vna ex sequentibus orationibus tantum.

Contra persecutores Ecclesię. Oratio.

Ecclesię, tuę, quęsumus domine, preces placat⁹ admitte: vt, destructis aduersitatibus & erroribꝰ vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per Dominum.

Vel pro Papa.

Deus omnium fidelium pastor, & rector, famulum tuum N. quem pastorem Ecclesię tuę prępesse voluisti ppitius respice: da ei qs̄umus, verbo & exemplo, quibus prępest, proficere: vt ad vitā, vna cū grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Lectio actuum Apostolorum.

In diebus illis: Aperiens Petrus Cap. 3.

os suum, dixit: Viri Israelitę, ꝛ qui timetis Deum, audite: Deus Abraham, ꝛ Deus Isaac, ꝛ Deus Jacob, Deus patrum nostrorum glorificauit filium suū Jesum, quem vos quidem tradidistis, ꝛ negastis ante faciem Pilati, iudicāte illo dimitti. Vos autem sanctum, ꝛ iustum negastis, ꝛ petistis virum homicidā donari vobis: auctorē vero vitę interfecistis, quē Deus suscitauit a mortuis, cuiꝰ nos testes sumus. Et nunc fratres scio q: per ignorātiam fecistis, sicut ꝛ principes vestri. Deus autem, qui prenunciauit p os omnium prophetarū pati Christū suū, impleuit sic. Pęnitemini igitur, ꝛ cōuertimini vt deleātur peccata vestra. Grad.

Ps. 117. Hęc dies, quam fecit Dominus: exultemus ꝛ lętemur in ea. ℣. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, dextera domini fecit virtutem.

Luc. 22. Alleluia, allelu. ℣. Surrexit Dominus vere, ꝛ apparuit Petro.

Ecclesia Sequentia. Victimę Paschali. ꝛc. vt in Dominica Paschę.

Sequentia sancti Euangelij sm Joannē.

Cap. 21. In illo tempore: Manifestauit se iterum Jesus discipulis suis ad mare Tiberiadis. Manifestauit autē sic: Erāt simul Simon Petrus, ꝛ Thomas, qui dicitur Didymus, ꝛ Nathanael, qui erat a Cana Galilęę, ꝛ filij Zebedęi, ꝛ alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus ꝛ nos tecum. Et exierunt, ꝛ ascēderunt in nauē: ꝛ illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem facto stetit Jesus in littore: non tamen cognouerunt discipuli quia Jesus est. Dicit ergo eis Jesus: Pueri nūquid pulmētariū habetis? Responderunt ei: Non. Dixit eis: Mittite in dexterā nauigij rete: ꝛ inuenietis. Miserunt ergo: ꝛ iam non valebant illud trahere prę multitudine piscium. Dixit ergo discipulus ille, quem diligebat Jesus, Petro: Dominus est. Simō ergo Petrus cum audisset quia Dominus est, tunica succinxit se (erat enim nudus) ꝛ misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio venerunt: (non enim longe erant a terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, ꝛ piscem super positū, ꝛ panē. Dicit eis Jesus: Afferte de piscibus, quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, ꝛ traxit rete in terrā, plenū magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cū tanti esset, non est scissum rete. Dicit eis Jesus: Venite, prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eū: Tu quis es? scientes, quia Dñs est. Et venit Jesus, ꝛ accepit panē, ꝛ dabat eis, ꝛ piscē similiter. Hoc iam tertio manifestatus est Jesus discipulis suis cum resurrexisset a mortuis. Credo. Offertorium.

Portas cęli aperuit Dominus, ꝛ pluit illis manna vt ederent: panem cęli dedit eis: panem angelorum manducauit homo, alleluia. Ps. 77.

Secreta.

Sacrificia Dñe paschalibus gaudijs immolamus: quibus ecclesia tua mirabiliter, ꝛ pascitur, ꝛ nutritur. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Cōtra persecutores Ecclesię. Secreta.

Protege nos Domine tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inhęrētes, ꝛ corpore tibi famulemur, ꝛ mente. Per Dominum nostrum Jesum Chrm.

Vel pro Papa.

Oblatis, quęsumꝰ Domine, placare muneribus: ꝛ famulum tuū N. quē pastorem Ecclesię tuę pręesse voluisti, assidua protectione guberna. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Communio. Christus resurgēs ex mortuis, iam non moritur, alleluia: mors illi vltra non dominabitur, alleluia, alleluia, alleluia. Rom. 6.

Postcommunio.

Ab omni nos, quęsumus Dñe, vetustate purgatos, sacramēti tui veneran-

neranda perceptio, in nouam transferat creaturam. Qui viuis regnas.

Alia Postcommunio.

Quesumus Domine Deus noster: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Vel pro Papa.

Haec nos, quesumus Domine, diuini sacramenti perceptio protegat: famulum tuum N. quem pastorem Ecclesie tue preesse voluisti, vna cum commisso sibi grege, saluet semper, et muniat. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum.

FERIA QVINTA.

Statio ad sanctos duodecim Apostolos. Introitus.

Sap. 10 
Ictricem manum tuam Dñe laudauerunt pariter, alleluia: quia sapientia aperuit os mutum, et linguas infantium fecit disertas, Al-

Ps. 97. leluia, alleluia. psalm. Cantate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. V. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui diuersitatem gentium in confessione tui nominis adunasti: da, vt renatis fonte baptismatis, vna sit fides mentium, et pietas actionum. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Deinde Ecclesie. vel Deus omnium. vt in feria precedenti.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 8. In diebus illis: Angelus Domini locutus est ad Philippum, dicens: Surge, et vade contra meridianum ad viam, que descendit ab Jerusalem in Gazam: hec est deserta. Et surgens abijt. Et ecce vir Æthiops, eunuchus potens Candacis Regine Æthiopum, qui erat super omnes gazas eius: venerat adorare in Jerusalem: et reuertebatur sedens super currum suum, legensque Jsaiam prophetam. Dixit autem Spiritus Philippo: Accede, et adiunge te ad currum istum. Accurrens autem Philippus, audiuit illum legentem Jsaiam prophetam, et dixit: Putasne intelligis que legis? Qui ait: Et quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi? Rogauitque Philippum, vt ascenderet, et sederet secum. Locus autem scripture quam legebat, hic erat: Tanquam ouis ad occisionem ductus est: et sicut agnus coram tondente se, sine voce, sic non aperuit os suum. Jn humilitate iudicium eius sublatum est. Generationem eius quis enarrabit? quoniam tolletur de terra vita eius. Respondens autem Eunuchus Philippo, dixit: Obsecro te, de quo Propheta dicit hoc? de se, an de alio aliquo? Aperiens autem Philippus os suum, et incipiens a Scriptura ista euangelizauit illi Jesum. Et dum irent per viam, venerunt ad quandam aquam: et ait Eunuchus: Ecce aqua, quis prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus: Si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait: Credo, Filium Dei esse Jesum Christum. Et iussit stare currum: et descenderunt vterque in aquam, Philippus, et Eunuchus, et baptizauit eum. Cum autem ascendissent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, et amplius non vidit eum Eunuchus. Jbat autem per viam suam gaudens. Philippus autem inuentus est in Azoto, et pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, (donec veniret Cesaream,) nomen Domini Jesu Christi.

Graduale. Hec dies quam fecit Dominus: exultemus, et letemur in ea. V. Lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli: a Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris. Alleluia, alleluia. V. Surrexit Christus, qui creauit omnia: et misertus est humano generi. Ps. 117. Sequentia.

Victime paschali. vt in dñica Pasche.

Sequentia sancti Euangelij s̃m Joannē.

Jo. 20. In illo tēpore: Maria stabat ad monumentū foris, plorans. Dū ergo fleret, inclinauit se, et ꝓspexit in monumē tum: et vidit duos angelos in albis, sedentes, vnum ad caput, et vnū ad pedes, vbi positū fuerat corpus Jesu. Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominū meū: et nescio vbi posuerunt eum. Hec cū dixisset, cōuersa est retrorsum, et vidit Jesum stantem: et non sciebat qꝛ Jesus est. Dicit ei Jesus: Mulier, quid ploras? quem queris? Jlla existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Dñe si tu sustulisti eū, dicito mihi vbi posuisti eum: et ego eum tollam. Dicit ei Jesus: Maria. Conuersa illa, dicit ei: Rabboni (quod dicitur Magister.) Dicit ei Jesus: Noli me tangere, nōdū enim ascendi ad Patrē meū: vade autē ad fratres meos, et dic eis: Ascendo ad Patrem meum, et Patrē vestrum, Deum meum, et Deum vestrum. Uenit Maria Magdalene annūcians discipulis: Quia vidi Dominū, et hec dixit mihi. Credo. Offertorium.

Exo. 13. In die sollemnitatis vestrę: dicit dominus, inducam vos in terram fluentē lac, et mel, alleluia. Secreta.

Suscipe, quęsum⁹ Domine, munera populorum tuorꝫ propitius: vt confessione tui nominis, et baptismate renouati, sempiternam beatitudinem consequantur. Per Dominum nostrum.

Deinde. Protege nos Dñe. vel Oblatis. vt in feria pręcedenti.

1. petr. 2 Communio. Populus acquisitionis annunciate virtutes eius, alleluia: qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum, alleluia. Postcommunio.

Exaudi Domine p̃ces nostras, vt redemptionis nostrę sacrosancta cōmercia, et vitę nobis conferant pręsentis auxiliū, et gaudia sempiterna concilient. Per Dominum nostrum Jesum Christ.

Deinde Quęsumus Domine. vel Hec nos q̃s Domine. vt in feria pręced.

FERIA SEXTA.

Statio ad S. Mariā Rotundā. Introit.

Duxit eos Dñs in spe, alleluia: et inimicos eorꝫ operuit mare, alleluia, alleluia, alleluia. psalm. Ps. 77.

Attendite popule me⁹ legem meā: inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Gloria patri, et filio, et spiritui sancto. Oratio. Ps. 67.

Omnipotens sempiterne Deus, qui paschale sacramentū, in reconciliationis humanę fędere contulisti: da mentibus nostris, vt quod ꝓfessione celebramus, imitemur effectu. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Deinde Ecclesię tuę. vel Deus omniū. vt in feria pręcedenti.

Lectio Epistolę beati Petri Apostoli.

1. Petr. cap. 3. Charissimi. Christus semel ꝓ peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu. Jn quo et his, qui in carcere erāt, spiritibus veniens pędicauit: qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cū fabricaretur arca: in qua pauci, idest octo animę saluę factę sunt per aquam. Quod et vos nunc similis formę saluos facit baptisma: non carnis depositio sordium, sed cōsciētię bonę interrogatio in Deum per resurrectionem Jesu Christi Domini nostri, qui est in dextera Dei.

Ps. 117. Graduale. Hęc dies, quam fecit Dominus: exultemus et lętemur in ea. ℣. Benedictus qui venit in nomine Domini: De⁹ Dominus et illuxit nobis. Alleluia, alleluia. ℣. Dicite in gētibus: quia Dominus regnauit a ligno. Sequentia. Uictimę paschali. vt in Dominica Paschę.

Sequentia sancti Euang. s̃m Mattheū.

Cap. 28 In illo tempore: Undecim discipuli abierunt in Galileam, in montem,

vbi

vbi cõstituerat illis Jesus. Et videntes eũ
adorauerunt: quidã autem dubitauerunt.
Et accedens Jesus locutus est eis, dicẽs:
Data est mihi omnis potestas in cęlo, ⁊ i
terra. Euntes ergo docete omnes gẽtes:
baptizantes eos in nomine Patris, ⁊ Fi-
lij, ⁊ Spiritus sancti: docentes eos serua-
re omnia quęcũq; mãdaui vobis. Et ec-
ce ego vobiscum sum omnibus diebus,
vsq; ad cõsummationem seculi. Credo.
Leui. 23. Offertoriũ. Erit vobis hęc dies memora
bilis, alleluia: ⁊ diem festum celebrabitis
sollemnẽ Domino in progenies vestras:
legitimum sempiternum diem, Alleluia,
alleluia, alleluia. Secreta.

Hostias, quęsumus Domine, placatus assume: quas ⁊ pro renatorum expiatione peccati deferimus, ⁊ pro acceleratione cęlestis auxilij. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Deinde Protege nos. vel Oblatis. vt in feria quarta precedenti.

Mat. 28 Cõm. Data est mihi omnis potestas in
cęlo, ⁊ in terra, alleluia, euntes docete
omnes gentes, baptizantes eos, in no-
mine Patris, ⁊ Filij, ⁊ Spiritus sancti,
alleluia. Postcommunio.

Respice, quęsumus Dñe, populum tuum: ⁊, quem ęternis dignatus es renouare mysterijs, a temporalibus culpis dignanter absolue. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Deinde. Quęsumus Domine. vel Hęc nos. vt in feria quarta precedenti.

SABBATO in Albis.

Statio ad S. Joannem in Laterano.

Introitus.

ps 104. Eduxit dñs populũ suũ
in exultatione, Alleluia:
⁊ electos suos in lętitia,
Alleluia, alleluia. ps.
ps 104. Confitemini Dño, ⁊ in-
uocate nomen eius: an-
nunciate inter gẽtes opera eius. V. Glo-
ria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Oratio.

Concede, quęsumus omnipotens Deus: vt, qui festa paschalia venerando egimus: per hęc cõtingere ad gaudia ęterna mereamur. Per Dominum.

Deinde Ecclesię tuę. vel Deus omniũ. vt in feria quarta precedenti.

Lectio Epistolę beati Petri Apostoli.

Charissimi, Deponentes omnes ma 1.cap.2.
litiam, ⁊ omnem dolum, ⁊ simulatio-
nes, ⁊ inuidias, ⁊ omnes detractiones, si-
cut modo geniti infantes, rationabiles,
sine dolo lac concupiscite: vt in eo cresca
tis in salutem: si tamen gustatis, quoniam
dulcis est Dominus. Ad quem acceden-
tes lapidem viuum, ab hominibus quidẽ
reprobatum, a Deo autem electum, ⁊ ho-
norificatum: ⁊ ipsi tamquam lapides viui
superędificamini, domus spiritualis, sa-
cerdotium sanctum, offerrentes spiritua-
les hostias, acceptabiles Deo per Jesum
Christum. Propter quod continet scri-
ptura: Ecce ponam in Sion lapidem sum
mum, angularem, probatum, electum, pre-
tiosum: ⁊ qui crediderit in illum, non cõfun
detur. Vobis igitur honor credentibus:
non credentibus autem lapis, quem re-
probauerunt ędificantes, hic factus est
in caput anguli: ⁊ lapis offensionis, ⁊ pe-
tra scandali his, qui offendunt verbo, nec
credunt in quo ⁊ positi sunt. Vos autem
genus electum, regale sacerdotium, gens
sancta, populus acquisitionis: vt virtutes
eius annuncietis, qui de tenebris vos vo-
cauit in admirabile lumen suum. Qui ali-
quando non populus: nunc autem popu
lus Dei: qui non consecuti misericordiã,
nunc autem misericordiam consecuti.

Ab hac die vsq; ad octauã Pẽtecostes, tam in officio de tpe, quã de sanctis, nõ di Grad. sed eius loco dicuntur duo versus cũ quattuor Allelu. ordine infrascripto, preterquam in missis Rogationũ, ⁊ vigilię Pẽte. in quib⁹ di vnũ All'a. cũ vno Vsu: similiter ⁊ post quamlibet pphetiã i sab-

bato quattuor temporum post Pentecost. Alio tempore vsque ad Septuagesimam, quando dicitur Graduale, dicuntur tria Alla. post Graduale, bis ante versum, et semel post versum: cum autem dicitur Sequentia, Alla. quod dicendum esset post versum, dicitur post Sequentiam.

Ps 117. Alleluia, alleluia. ℣. Hec dies quam fecit Dñs: exultemus et letemur in ea, Alle-
Ps 112. luia. ℣. Laudate pueri Dñm, laudate nomen dñi. Sequentia Victime paschali. vt in Dominica Pasche, et in fine.

Sequētia sancti euangelij sm Joannem.

Cap. 20. In illo tempore: Una sabbati, Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebre essent, ad monumentum: et vidit lapidem sublatum a monumento. Cucurrit ergo, et venit ad Simonem Petrum, et ad alium discipulum, quem diligebat Jesus, et dicit eis: Tulerunt Dominum de monumento, et nescimus vbi posuerunt eū. Exijt ergo Petrus, et ille alius discipulus, et venerunt ad monumentum. Currebant aūt duo simul, et ille alius discipulus precucurrit citius Petro, et venit primus ad monumentum. Et cum se inclinasset, vidit linteamina posita, nō tamen introiuit. Uenit ergo Simon Petrus sequēs eum, et introiuit in monumentum, et vidit linteamina posita, et sudarium, quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum. Tunc ergo introiuit et ille discipulus, qui venerat primus ad monumentum: et vidit, et credidit: nondum enim sciebāt Scripturas, quia oportebat eum a mortuis resurgere. Credo.

Offertoriū. Benedictus qui venit in nomine Domini: benediximus vobis de domo domini: Deus Dominus, et illuxit nobis, alleluia, alleluia. Secreta.

Concede, qs Dñe semp nos per hec sacra mysteria paschalia gratulari: vt cōtinua nostre reparationis operatio, ppetue nobis fiat causa letitie. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Deinde Protege. vel Oblatis. vt in feria quarta precedenti. Communio.

Omnes qui in Christo baptizati estis, Christum induistis, alleluia. Galat. 3. Postcōm.

Redēptionis nostre munere vegetati, quesumus Domine: vt hoc perpetue salutis auxilio, fides semper vera proficiat. Per Dominum nostrum Jesum. Quesumus Domine. vel Hec nos que sumus Dñe. vt in feria quarta pcedenti.

DOMINICA in octaua Pasche.

Statio ad Sanctum Pancratium. Int.



Quasi modo geniti infantes, alleluia: rationabiles, sine dolo lac concupiscite. Alleluia, allelu. 1. pe. 2.
Ps. Exultate Deo adiutori nostro: iubilate deo Jacob. ℣. Gloria Patri. Oratio. Ps 80.

Presta, quesumus omnipotēs Deus vt qui paschalia festa peregimus: hec te largiente, moribus et vita teneamus. Per Dominum nostrum.

Lectio epistole beati Joannis Apostoli.

Charissimi: Omne, quod natū est ex Deo, vincit mundum: et hec est victoria, que vincit mundum, fides nostra. Quis est aūt, qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Jesus est filius Dei? hic est qui venit per aquam et sanguinem, Jesus Christus: non in aqua solum, sed in aqua et sanguine. Et spiritus est, qui testificatur, quoniam Christus est veritas. Quoniam tres sunt, qui testimoniū dant in celo, Pater, Uerbū, et Spūs sanctus: et hi tres, vnum sunt. Et tres sunt, qui testimoniū dāt in terra, Spiritus, aqua, et sāguis: et hi tres vnum sunt. Si testimoniū hominum accipimus, testimonium Dei maius est: qm̄ hoc est testimonium Dei, quod maius est: qa testificatus est de Filio suo. Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se. Alleluia, alleluia. 1. cap. 5.

luia. ℣. In die resurrectionis meę, dicit Dominus, pręcedam vos in Galilęam.
Joã. 20. Alleluia. ℣. Post dies octo, ianuis clausis, stetit Jesus in medio discipulorũ suorum, & dixit, Pax vobis, alleluia.

Sequentia sancti Euang. sm Joannem.

Cap. 20 

In illo tempore. Cũ esset sero die illo, vna sabbatorum, & fores essent clausę, vbi erant discipuli congregati propter metum Judęorum: venit Jesus, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus, & latus. Gauisi sunt ergo discipuli, viso Domino: Dicit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Hoc cum dixisset, insufflauit: & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Thomas autem vnus ex duodeci, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Jesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorũ, & mittam digitum meum in locũ clauorũ, & mittam manum meam in latus eius: nõ credam. Et post dies octo, iterum erant discipuli eius intus: & Thomas cum eis. Venit Jesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomę: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Dixit ei Jesus: Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati, qui non viderunt, & crediderunt. Multa quidem, & alia signa fecit Jesus in conspectu discipulorum suorum, quę non sunt scripta in libro hoc. Hęc autem scripta sunt vt credatis, quia Jesus est Christus Filius Dei: & vt credẽtes, vitam habeatis in nomine eius. Credo.

Offertoriũ. Angelus Domini descendit de cęlo, & dixit mulieribus: quem quęritis, surrexit, sicut dixit, alleluia. Secreta.

Suscipe munera, quęsumus Domine, exultantis ecclesię: & cui causam tanti gaudij pręstitisti, perpetuę fructum concede lętitię. Per Dominum nostrũ.

Cõmu. Mitte manũ tuã, & cognosce loca clauorum alleluia: & noli esse incredulus, sed fidelis, alleluia, allelu. Postcõ.

Quęsumus Dñe Deus noster: vt sacrosancta mysteria, quę pro reparationis nostrę munimine contulisti: & pręsens nobis remedium esse facias, & futurum. Per Dñm nostrum Jesum. &c.

A Feria ij. post Octa. Paschę vsque ad Ascensionem, post Orationẽ diei, dicunt orationes sequẽtes, si nõ est festũ duplex.

De Beata Virgine. Oratio.

Concede nos famulos tuos, quęsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatę Marię semper virginis intercessione, a pręsenti liberari tristitia, & ęterna perfrui lętitia.

Contra persecutores Ecclesię.

Ecclesię tuę, quęsumus Dñe, preces placatus admitte: vt, destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per Dominum no.

Vel pro Papa.

Deus oĩum fidelium pastor & rector, famulum tuũ N. quẽ pastorẽ Ecclesię tuę pręesse voluisti, propitius respice: da ei qs, verbo & exemplo, quibus pręest, proficere: vt ad vitam, vna cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per D.

De beata Virgine. Secreta.

Tua dñe, ꝓpitiatione, & beatę Marię semp virginis intercessione, ad

ad perpetuam atqz presentem hec oblatio nobis proficiat, prosperitatem & pacem.

Contra persecutores Ecclesie. Secreta.

PRotege nos Dñe tuis mysterijs seruiẽtes: vt, diuinis rebus inherentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per.

Uel pro Papa. Secreta.

OBlatis, quesumus Domine, placare muneribꝰ: & famulũ tuũ N. quem pastorem ecclesie tue pręesse voluisti, assidua ꝓtectione guberna. Per Dominuz.

De beata Uirgine. Postcommunio.

SUmptis Domine salutis nostre subsidijs: da quesumus, beate Marie semper virginis patrocinijs nos vbique protegi: in cuius veneratione, hec tue obtulimus maiestati.

Contra persecutores Ecclesie. Postcõ.

QUesumus Domine Deus noster: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per Dominum nostrum.

Uel pro Papa.

HÆc nos, quesumus Dñe, diuini sacramenti perceptio protegat: & famulum tuum N. quem pastorem Ecclesie tue ꝑesse voluisti, vna cũ commisso sibi grege, saluet semper & muniat. Per Do.

DOMINICA SECVNDA post Pascha. Introitus.



Ps. 32. Misericordia domini plena est terra, alleluia: verbo Domini celi firmati sunt, alleluia, alle-
Ps. 32. luia. Ps. Exultate iusti in Dño: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui in filij tui humilitate, iacentez mundum erexisti: fidelibus tuis perpetuam cõcede letitiam: vt, quos perpetue mortis eripuisti casibus, gaudijs facias sempiternis perfrui. Per eũdẽ Do.

Alie orationes. Concede nos. & Ecclesie tue. vel Deus omniũ. vt sup. 108.

Lectio Epistole beati Petri Apostoli.

CHarissimi: Chr̃s passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. Qui peccatuz non fecit, nec inuẽtus est dolus in ore eiꝰ: qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti se iniuste: qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: vt peccatis mortui, iustitie viuamus: cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem, & episcopum animarum vestrarum. 1. Cap. 2

Alleluia, alleluia. ℣. Cognouerunt discipuli Dominum Jesum in fractione panis. Alleluia. ℣. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me mee. Alleluia. Luc. 24. Joã. 10.

Sequentia sancti Euangelij ßm Joãnez.



IN illo tempore: Dixit Jesus pharisęis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues proprie, videt lupum venientẽ, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oues: mercenarius autez fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus: & cognosco meas, & cognoscunt me mee. Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrez: & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, que non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocez meã audient, & fiet vnũ ouile, & vnus pastor. Credo in vnũ. Cap. 10.

Offertorium. Deus Deus meus ad te de luce vigilo: & in nomine tuo leuabo manus meas, alleluia. Ps. 62.

Secreta.

Bene-

BEnedictionem nobis Domine conferat salutarem sacra semper oblatio: vt quod agit mysterio, virtute perficiat. Per Dominum nostrum Jesum Chri. Deinde Tua Domine. Protege nos. vel Oblatis. vt supra. folio 108.

Joã.10. Commu. Ego sum pastor bonus, Alleluia: et cognosco oues meas, et cognoscũt me meę, alleluia, alleluia. Postcommu.

PResta nobis, quęsumus omnipotens Deus: vt viuificationis tuę gratiam consequentes, in tuo semper munere gloriemur. Per Dominum nostrum Jesum. Deinde Sumptis Domine. Quęsumus. vel Hęc nos. vt supra. folio 108.

DOMINICA TERTIA post Pascha. Introitus.

ps.65. IUbilate Deo oĩs terra, alleluia: psalmum dicite nomini eius, all'a: date gloriã laudi eius, allelu. ps.65. all'a. ps. Dicite Deo, quam terribilia sunt opera tua dñe! in multitudine virtutis tuę mẽtientur tibi inimici tui. ℣. Gloria. Oro.

DEus, qui errantibus, vt in viã possint redire iustitię, veritatis tuę lumen ostendis: da cunctis, qui Christiana professione censentur: et illa respuere quę huic inimica sunt nomini: et ea quę sunt apta sectari. Per Dominum nostrum. Et dicitur. Concede nos. Ecclesię. vel Deus omnium. vt supra. folio 108.

Lectio Epistolę beati Petri apostoli.

1.Cap.2 CHarissimi: Obsecro vos tamquam aduenas et peregrinos abstinere vos a carnalibus desiderijs, quę militant aduersus animã, conuersationem vestram inter Gentes habentes bonam: vt in eo, q detrectant de vobis tamquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis. Subiecti igit estote oĩ humanę creaturę, ꝓpter Deũ: siue regi quasi pcellenti: siue ducibus tamquã ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum: quia sic est voluntas Dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam: quasi liberi, et non quasi velamen habentes malitię libertatem, sed sicut serui Dei. Omnes honorate: fraternitatem diligite: Deum timete: Regem honorificate. Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam dyscolis. Hęc est enim gratia in Christo Jesu Domino nostro.

Alleluia, alleluia. ℣. Redemptionem misit Dñs populo suo. Alleluia. ℣. Oportebat pati Christũ, et resurgere a mortuis: et intrare in gloriam suam, alleluia. Luc.24.

Sequentia sancti Euangelij s̃m Joannẽ.



IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Modicum, et iam non videbitis me: et iterum modicum, et videbitis me: quia vado ad Patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem: Quid est hoc, q dicit nobis: Modicum, et non videbitis me: et iterũ modicum, et videbitis me, et q vado ad Patrem? Dicebant ergo: Quid est hoc, quod dicit, Modicum? nescimus quid loquitur. Cognouit autem Jesus, quia volebant eum interrogare, et dixit eis: De hoc quęritis inter vos quia dixi, Modicum, et non videbitis me: et iterum modicum, et videbitis me. Amẽ, amen dico vobis: quia plorabitis, et flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos vero contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem pepererit puerum, iam non meminit pressurę propter gaudium: quia natus est homo in mun- Cap.16.

mundum. Et vos igitur nunc quidē tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, ꝛ gaudebit coꝛ vestrum: ꝛ gaudiū vestruꝫ nemo tollet a vobis. Credo. Offerto.

Ps. 145. Lauda anima mea Dominum: laudabo Dominum in vita mea: psallaꝫ Deo meo quandiu ero, alleluia. Secreta.

Hjs nobis Domine mysterijs conferatur: quo terrena desideria mitigantes, discamus amare cęlestia. Per Dominum nostrum Jesum Chꝛistum.

Deinde Tua Domine. Protege nos. vel Oblatis. vt supꝛa. folio 108.

Joā. 16. Cōm. Modicū ꝛ non videbitis me, alleluia: iterū modicū, ꝛ videbitis me, quia vado ad patrem, alleluia, alleluia. Postcō.

Sacramenta quę sumpsimus, quęsumus Domine, ꝛ spiritualibus nos instaurent alimētis, ꝛ coꝛpoꝛalibus tueātur auxilijs. Per Dominum nostrum.

Deinde Sumptis Dñe. ꝛ Quęsumus Domine. vel Hęc nos q̄s. vt sup. f. 108.

DOMINICA QVARTA post Pascha. Introitus.



Cantate Domino cāticū nouuꝫ, alleluia: quia mirabilia fecit Dominus, alleluia: ante cōspectum gentium reuelauit iustitiam suam, alleluia, al'la, al'la.

Ps. 97. Ps. Saluauit sibi dextera eius, ꝛ bꝛachiū sanctū eius. ℣. Gloꝛia patri. Oīo.

Deus, qui fidelium mentes vnius efficis voluntatis: da populis tuis id amare quod pꝛęcipis, id desiderare quod pꝛomittis: vt inter mundanas varietates, ibi nostra fixa sint coꝛda, vbi vera sunt gaudia. Per Dominum nostrum Jesum.

Alię Oꝛationes. Concede quęsumus. Ecclesię tuę. vel Deꝰ om. vt sup. 108.

Lectio Epistolę beati Jacobi Apostoli.

Cap. 1. Charissimi. Omne datuꝫ optimum, ꝛ omne donum perfectū desursum est, descēdēs a Patre luminū, apud queꝫ nō est trāsmutatio, nec vicissitudinis obūbꝛatio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, vt simus initiuꝫ aliquod creaturę eiꝰ. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit aūt omnis homo velox ad audiendū: tardus aūt ad loquenduꝫ, ꝛ tardus ad iram. Jra eniꝫ viri, iustitiam Dei non operatur. Pꝛopter quod abijcientes omnem immunditiā, ꝛ abundantiam malitię, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras.

Alleluia, alleluia. ℣. Dextera Dñi fecit virtutem, dextera Dñi exaltauit me, dextera Dñi fecit virtuteꝫ, alleluia. ℣. Chꝛistuꝫ resurgens ex moꝛtuis, iam non moꝛitur: moꝛs illi vltra non dominabitur, alleluia. Ps. 117.

Sequentia sancti Euangelij s̄m Joannē.



In illo tempoꝛe: Dixit Jesus discipulis suis: Vado ad eum, qui misit me: ꝛ nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis? Sed quia hęc locutuꝫ sum vobis, tristitia impleuit coꝛ vestrū. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadam: si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, ꝛ de iustitia, ꝛ de iudicio. de peccato quidem: quia non crediderunt in me: de iustitia vero quia ad Patrem vado: ꝛ iam non videbitis me: De iudicio autem: quia pꝛinceps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis poꝛtare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. non enim loquetꝰ a semetipso: sed quęcumque audiet, loquetur, ꝛ quę ventura sunt annunciabit vobis. Jlle me clarificabit: quia de meo accipiet, ꝛ annunciabit vobis. Credo. Cap. 16

Offerto.

Ps 65. Offer. Iubilate Deo omnis terra, iubilate Deo vniuersa terra: psalmum dicite nomini eius: venite, & audite, & narrabo vobis, omnes qui timetis Deum, quanta fecit dominus animę meę, allelu. Secr.

DEus, qui nos per huius sacrificij venerãda commercia, vnius, summęque diuinitatis participes esse fecisti: pręsta quęsumus: vt sicut tuam cognouimus veritatem, sic eam dignis moribus assequamur. Per Dominum nostrum. Deinde Tua Domine. & Protege nos. vel Oblatis quęsumus. vt supra. f. 108.

Ioã. 16. Cõmunio. Cum venerit paraclitus spiritus veritatis: ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio, alleluia, alleluia. Postcommunio.

ADesto nobis Dñe Deus noster: vt per hęc, quę fideliter sumpsimus, & purgemur a vitijs, & a periculis omnibus eruamur. Per Dominum nostrum. Deinde Sumptis Domine. & Quęsumus. vel Hęc nos. vt supra. folio 108.

DOMINICA QVINTA post Pascha. Introitus.

Isaię 48 VOcem iucunditatis annunciate, & audiatur, alleluia: annunciate vsque ad extremum terrę: liberauit Dominus populum suum, alleluia, alle-

Ps 65. luia. Ps. Iubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, a quo bona cũcta procedunt: largire supplicibus tuis: vt cogitemus te inspirante quę recta sunt: & te gubernante, eadẽ faciamus. Per Dominũ. Et dicit Concede nos. & Ecclesię tuę. vel Deus omniũ fidelium. vt supra. 108.

Lectio Epistolę beati Iacobi Apostoli.

Cap. 1. CHarissimi: Estote factores verbi, & nõ auditores tantũ: fallẽtes vosmet ipsos. Quia siquis auditor est verbi, & nõ factor: hic comparabitur viro considerãti vultum natiuitatis suę in speculo: considerauit enim se, & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfectę libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis: hic beat⁹ in facto suo erit. Siquis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguã suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Religio munda, & immaculata apud Deum & Patrem, hęc est: Visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc sęculo. Alleluia, alleluia. ℣. Sur- Ioã. 19.
rexit Christus, & illuxit nobis: quos redemit sanguine suo. Alleluia. ℣. Exiui a pa- Ioã. 16.
tre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.



IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis: si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Vsque modo non petistis quidquã in nomine meo: Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. Hęc in prouerbijs locutus sum vobis. Venit hora cum iam non in prouerbijs loquar vobis, sed palam de Patre annunciabo vobis. Illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis: Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quia a Deo exiui. Exiui a Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis: nunc scimus quia scis omnia, & non est opus tibi vt quis te interroget: in hoc credimus quia a Deo existi. Credo. Offertorium.

Benedi-

ps. 65. Benedicite gentes dñm Deum nostrũ, & obaudite vocẽ laudis eius: qui posuit animaꝫ meam ad vitam, & nõ dedit commoueri pedes meos: benedictus dñs, qui nõ amouit deprecationẽ meam, & misericordiam suam a me, alleluia. Secreta.

Suscipe domine fidelium preces cuꝫ oblationibus hostiarum: vt per hęc pię deuotionis officia, ad cęlesteꝫ gloriã transeamus. Per Dominum nostrum. Deinde Tua domine. & Protege nos. vel Oblatis. vt supra. folio 108.

ps. 95. Communio. Cantate domino, alleluia: cantate Domino & benedicite nomini eius: bene nunciate de die in diem salutare eius, alleluia, alleluia. Postcommu.

Tribue nobis Domine, cęlestis mẽsę virtute satiatis, & desiderare quę recta sunt, & desiderata percipere. Per. Deinde Sumptis Dñe. & Quesumus Dom. vel Hęc nos. vt supra. folio 108.

IN LITANIIS Maioribus.

¶ In festo S. Marci. Statio ad sanctuꝫ Petrũ. Et in minoribus ante Ascẽsionẽ. Feria secunda Rogationũ, Statio ad sãctam Mariam Maiorem. Feria tertia, Ad sanctũ Joannẽ i Laterano. Feria quarta, Ad sanctum Petrum. Quibus diebus si occurrat festum noueꝫ lectionũ, in missa de festo fiat cõme. ð feria litaniaꝝ. Int.

ps 17. Exaudiuit de templo sãcto suo vocẽ meam, alleluia: & clamor meus in cõspectu eius introiuit in aures eius, alleluia, al-

ps 17. leluia. ps. Diligam te Dñe fortitudo mea: Dñs firmamentum meum, & refugium meuꝫ, & liberator meꝰ. ℣. Gloria Pri. In hac Missa non dicit Gloria in excelsis. neqꝫ Credo. Oratio.

Presta, quęsumus omnipotẽs Deꝰ: vt, qui in afflictione nr̃a de tua pietate cõfidimus, contra aduersa omnia, tua semper protectione muniamur. Per dominum nostrum Jesum Christum. Et dicitur Concede nos. & Ecclesię. vel Deus omnium. vt supra. folio 108.

Lectio epistolę beati Jacobi Apostoli.

Charissimi: Confitemini alterutruꝫ Cap. 5. peccata vestra, & orate pro inuicem vt saluemini: multum enim valet deprecatio iusti assidua. Elias homo erat similis nobis passibilis: & oratione orauit vt non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursum orauit: & cęlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. Fratres mei, si quis ex vobis errauerit a veritate, & conuerterit quis eum: scire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vię suę, saluabit animam eius a morte, & operiet multitudinem peccatorum. Alleluia. ℣. Confitemini Domino quoniam bonus: ps 117. quoniam in sęculum misericordia eius.

Sequentia sancti Euangelij sm Lucam.

In illo tẽpore: Dixit Jesus discipulis Cap. 11 suis: Quis vestruꝫ habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice, accõmoda mihi tres panes, quoniã amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum: & ille deintus respondens dicat: Noli mihi molestus esse: iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili: non possum surgere, & dare tibi. Et si ille perseuerauerit pulsans: dico vobis, & si nõ dabit illi surgens eo ꝙ amicus sit, ꝑpter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis: Petite, & dabit vobis: quęrite, & inuenietis: pulsate, & aperiet vobis. Omnis eniꝫ, qui petit, accipit: & qui quęrit, inuenit: & pulsanti aperietur. Quis auteꝫ ex vobis patrem petit panem, nũquid lapidẽ dabit illi? Aut piscẽ: numquid pro pisce serpẽtẽ dabit illi? Aut si petierit ouuꝫ: numquid porriget ei scorpionẽ? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis Pr vester de

celo dabit spiritu3 bonum petentibus se.
Ps 108. Offertorium. Confitebor Domino nimis in ore meo: et in medio multorum laudabo eum, qui astitit a dextris pauperis: ut salvam faceret a persequentibus animam meam, Alleluia. Secreta.

Haec munera, quesumus Domine, et vincula nostrę pravitatis absolvant, et tuę nobis misericordię dona concilient. Per Dominum nostrum Jesu3. Deinde. Tua Dñe propitiatione. Protege nos Dñe tuis. vel Oblatis, quesumus Domine. ut supra. folio 108.

Luc. 11. Cōmunio. Petite et accipietis: querite, et invenietis: pulsate, et aperietur vobis: oīs enim, q petit, accipit: et qui q̄rit invenit: et pulsanti aperietur, alleluia. Postcōmu.

Vota nostra, quesumus Domine, pio favore prosequere: ut dum dona tua in tribulatione percipimus: de cōsolatione nostra in tuo amore crescamus. Per Dominum nostrum Jesum. Deinde. Sumptis Domine salutis. Quesumus Dñe Deus. vel Hec nos, quesumus Domine. ut supra. folio 108.

IN VIGILIA Ascensionis.

Si hodie occurrat festum simplex, fit de ipso tm̄ cōmemoratio i missa. Si occurrat festū duplex, vel semidu. Missa dī de festo cu3 commemoratione vigilię. Sed in ecclesijs cathed. et collegiatis dicunt duę Misse, una de festo alia de Vig.

Introitus.

Isa. 48. Vocem iucunditatis annunciate, et audiatur, alleluia: annunciate usq3 ad extremum terrę: liberavit dominus populum suum, alleluia,
Ps 65. alleluia. psalm. Jubilate Deo omnis terra: psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. ℣. Gloria patri, et filio, et spiritui sancto. Et dicitur Gloria in excelsis Deo. Oratio.

Deus, a quo bona cuncta ꝓcedunt, largire supplicibus tuis: ut cogitemus te inspirante quę recta sunt, et te gubernante eadem faciamus. Per Dñm. Secūda Oīo de Rogationib9. Oremus.

Presta quesumus, omnipotens De9 ut qui in afflictione nostra de tua pietate ꝯfidimus, contra adversa omnia, tua semper protectione muniamur. Per do. De Beata Virgine. Oratio.

Concede nos famulos tuos, quesumus domine Deus, perpetua mētis, et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beatę Marię semper virginis intercessione, a pręsenti liberari tristitia, et ęterna perfrui letitia. Per dominum nostrum.

¶ Ubi autem in Ecclesijs cathedralibus et collegiatis dicitur alia quoque Missa de Rogationibus: secunda Oratio erit de sancta Maria: tertia contra persecutores Ecclesię, vel pro Papa, ut supra in eius Missa. Exaudivit.

Lect. ep̄le beati Pauli Ap̄li ad Ephes.

Fratres: Unicuiq3 nostrum data est Cap. 4.
gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter qđ dicit: Ascēdens in altum captivam duxit captivitatem: dedit dona hominibus. Quod autē ascendit, quid est, nisi quia et descēdit primum in inferiores partes terrę. Qui descendit, ipse est et qui ascendit sup omnes celos, ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam aūt Prophetas, alios vero Euāgelistas, alios autem pastores, et doctores ad consummatione3 sanctoru3 in opus ministerij, in ędificationem corporis Christi: donec occurram9 omnes in unitate3 fidei, et agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ętatis plenitudinis Christi.
Alleluia, alleluia. ℣. Surrexit Christus, Joā. 19.
et illuxit nobis, quos redemit sanguine suo, alleluia. ℣. Exivi a patre, et veni in mundum: iterum relinquo mundum, et vado ad patrem, alleluia.

Sequen-

Sequentia sancti Euangelij secundum Joannem.

Cap. 17. IN illo tempore: Subleuatis Jesus oculis in cęlum dixit: Pater venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne, quod dedisti ei, det eis vitam ęternam. Hęc est autem vita ęterna. Ut cognoscant te, solum Deum verum, & quem misisti Jesum Christum. Ego te clarificaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciã: & nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum, claritate, quam habui prius quam mundus fieret, apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mũdo: Tui erãt, & mihi eos dedisti: & sermonem tuũ seruauerũt. Nunc cognouerunt quia omnia, quę dedisti mihi, abs te sunt: quia verba, quę dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognouerũt vere quia a te exiui, & crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo: Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi: quia tui sunt: & mea omnia tua sunt, & tua, mea sunt: & clarificatus sum in eis: Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio.

fo. 65. Offertorium. Benedicite gentes Dominum Deum nostrum, & obaudite vocem laudis eius: qui posuit animam meam ad vitam, & non dedit commoueri pedes meos: benedictus Dominus qui non amouit deprecationem meam, & misericordiam suam a me, alleluia. Secreta.

SUscipe Domine fideliũ preces, cum oblationibus hostiarum: vt per hęc pię deuotionis officia, ad cęlestẽ gloriam transeamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti.

Secreta de Rogationibus.

HÆc munera, quęsumus Domine, & vincula nostrę prauitatis absoluant, & tuę nobis misericordię dona concilient. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti.

De beata Uirgine. Secreta.

TUa Domine propitiatione, & beatę Marię semper virginis intercessione, ad perpetuam, atque pręsentem hęc oblatio nobis proficiat prosperitatem, & pacem. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia sęcula sęculorum.

Et dicitur pręfatio Paschalis.

TE quidem Domine omni tempore, sed in hoc. &c. vt supra. folio 84.

Communio. Cantate Domino, alleluia: cantate Domino, & benedicite nomini eius, alleluia, alleluia. fo. 95.

Postcommunio.

TRibue Domine cęlestis mensę virtute satiatis, & desiderare quę recta sunt, & desiderata percipere. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen.

Postcommunio de Rogationibus.

UOta nostra, quęsumus Domine, pio fauore prosequere: vt dum dona tua in tribulatione percipimus: de consolatione nostra, in tuo amore crescamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen.

De Beata Uirgine. Postcommu.

SUmptis Domine salutis nostrę subsidijs, da quęsumus beatę Marię semper virginis, patrocinijs nos vbique protegi: in cuius veneratione hęc tuę obtulimus maiestati. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen.

IN DIE ASCENSIONIS DOMINI.



Statio ad sanctum Petrum. Introitus.

Act. 1. Viri Galilei, quid admiramini aspicientes in celum, alleluia: quemadmodum vidistis eum ascendentem in celum, ita veniet, alleluia, alleluia, alle
Ps. 46. luia. Ps. Omnes gentes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis. ℣. Gloria patri, et filio. Oratio.

Concede, quesumus omnipotens Deus: vt qui hodierna die vnigenitum tuum redemptorem nostrum, ad celos ascendisse credimus: ipsi quoque mente in celestibus habitemus. Per eundem.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 1. Primum quidem sermonem feci de omnibus o Theophile, que cepit Iesus facere, et docere vsque in diem, qua precipiens Apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est: quibus et prebuit se ipsum viuum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, et loquens de regno Dei. Et conuescens, precepit eis ab Ierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris, quam audistis (inquit) per os meum: quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies. Igitur qui conuenerant, interrogabant eum, dicentes: Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? Dixit autem eis: Non est vestrum nosse tempora vel momenta, que Pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos, et eritis mihi testes in Ierusalem, et in omni Iudea, et Samaria, et vsque ad vltimum terre. Et cum hoc dixisset, videntibus illis, eleuatus est: et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in celum euntem illum, ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui et dixerunt: Viri Galilei quid statis aspicientes in celum? hic Iesus, qui assumptus est a vobis in celum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum.

Alleluia, alleluia. ℣. Ascendit Deus in Ps. 46.
iubilatione, et Dominus in voce tube, Alleluia. ℣. Dominus in Sina, in sancto, ascendens in Ps. 67.
altum captiuam duxit captiuitatem. Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Marcum.

In illo tempore: Recumbentibus vnde- Cap. 16
cim discipulis apparuit illis Iesus: et exprobrauit incredulitatem eorum, et duritiam cordis: quia his, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum vniuersum predicate Euangelium omni creature. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, saluus erit: Qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hec sequentur: In nomine meo demonia eijcient: linguis loquentur nouis: Serpentes tollent, et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super egros manus imponent, et bene habebunt. Et Dominus quidem Iesus

sus postquam locutus est eis, assumptus est in cęlum, & sedet a dextris Dei. Illi autem profecti prędicauerunt vbiq; domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis.

Dicto Euãgelio extinguitur cereus Paschalis, nec amplius accenditur vlterius nisi in sabbato Pentecostes ad bñdictionem fontium. Credo. Offertorium.

Ps 46. Ascendit Deus in iubilatione, & dominus in voce tubę. Alleluia. Secreta.

Suscipe domine munera, quę pro filij tui gloriosa Ascẽsione deferimus, & concede propitius: vt a pręsentibus periculis liberemur, & ad vitam perueniamus ęternam. Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Prefatio. Qui post resurrectionẽ suam. vt supra. 85. Et dicitur vsq; ad vigiliam Pentecostes, exclusiue. Infra actionem. Communicantes, & diem sacratissimum celebrãtes. Et dicitur per octauam tantũ.

Ps 67. Communio. Psallite Domino, qui ascẽdit super cęlos cęlorum ad orientem, alleluia. Postcommunio.

Presta nobis, quęsumus oĩpotens & misericors Deus: vt q̃ visibilibus mysterijs sumenda percepimus, inuisibili consequamur effectu. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Infra octauam Ascensionis, quotidie dicitur missa de Ascensione, nisi festum duplex vel semiduplex occurrat, de quo tunc fit cum commemoratione Octauę de simplici autem fit tantum commemoratio. Post orationem diei dicitur secunda oratio de sancta Maria.

Concede nos famulos tuos. tertia.
Ecclesię. vel pro Papa. vt sup. fo. 108.

DOMINICA INFRA Octauam Ascensionis. Introitus.



Exaudi dñe vocem meã, qua clamaui ad te, all'a: tibi dixit cor meum, q̃siui vultũ tuũ, vultũ tuũ dñe requiram: ne auertas faciem tuã a me. All'a, all'a. Ps. Dñs illuminatio mea, & sal' mea, quẽ timebo? ℣. Gloria patri. Oratio. Ps. 26. Ps 26.

Omnipotens sempiterne Deus, fac nos tibi semper, & deuotam gerere voluntatem: & maiestati tuę sincero corde seruire. Per Dominum nostrum.

Et fit cõm. d Ascẽs. tñ. Concede q̃s. 112.

Lectio Epistolę beati Petri Apostoli.

Charissimi: Estote prudentes, & vigilate in orationibus. Ante omnia autem, mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes: q: charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicẽ sine murmuratione: Vnusquisque, sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratię Dei. Siquis loquitur, quasi sermones Dei: si qs ministrat, tãquã ex virtute, quã administrat Deus: vt in omnibus honorificetur Deus per Jesum Christũ Dñm nostrũ. 1. cap. 4.

Alleluia, alleluia. ℣. Regnauit dominus super omnes gentes: Deus sedet super sedem sanctam suam, alleluia. ℣. Nõ vos relinquam orphanos: vado, & venio ad vos: & gaudebit cor vestrum. Alleluia. Ps. 46. Joã. 14.

Sequentia sancti Euang. sm Joannem.



In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Cũ venerit Paraclit', quẽ ego mittam vobis a Patre, spiritum veritatis, q a Patre procedit, ille testimoniũ perhibebit de me: & vos testimonium per hibe- Cap. 15

Cap.16. bibebitis, quia ab initio mecũ estis. Hec locutus sum vobis, vt nõ scandalizemini. Absque synagogis facient vos: sed venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se prestare Deo. Et hec facient vobis, quia non nouerunt Patrem, neqꝫ me. Sed hec locutus sum vobis: vt cũ venerit hora eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis. Credo.

Psa.46. Offert. Ascendit Deus in iubilatione: ⁊ Dominus in voce tube, allel. Secreta.

Sacrificia nos Domine immaculata purificent, ⁊ mentibus nostris superne gratie dent vigorem. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium.

Pro Ascensione. Secreta.

Suscipe Domine munera. ⁊c.

Joã.17. Commu. Pater cum essem cum eis: ego seruabam eos, quos dedisti mihi, alleluia: nunc autem ad te venio: non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo, alleluia, allel. Postcommunio.

Repleti Domine muneribꝰ nostris, da quesumus, vt in gratiarum semper actione maneamus. Per Dominũ.

Pro Ascensione. Postcommunio.

Presta nobis, q̃s oĩps, ⁊ misericors. ⁊c.

¶ In octa. Ascensionis dicitur Missa sicut in die, cum vna tantum Oratione.

¶ Feria vi. post oct. Ascẽsio. si festũ dup. vel semidup. non fuerit, Missa dicitur de Dñica preterita, cum Oõne de S. Maria.

Concede nos famulos tuos. ⁊ Ecclesie tue q̃s. ⁊c. vel p Papa. vt su. f. 108. De simplici fit tantum commemoratio: ⁊ non dicitur Credo.

IN VIGILIA Pentecostes.

Statio ad sanctũ Joannem in Laterano.

Hora cõpetenti dĩ Nona. Qua finita, sacerdos ⁊ ministri induti vestimẽtis violaceis, facta reuerẽtia ante altare, in locis suis sedent: postea legũtur prophetie sine titulo, cãdelis altaris extinctis vsqꝫ ad principiũ Misse, vt i sabbato sãcto. In fine pphetiarũ dicuntur Oõnes sine Flectamus genua.

Prophetia prima. In diebꝰ illis: Tentauit Deus Abraham. vt in Sabbato sancto. folio. 70. qua finita sacerdos dicit Oremus. Oratio.

Deus, qui in Abrahe famuli tui opere, humano generi obediẽtie exempla prebuisti: concede nobis, ⁊ nostre voluntatis prauitatem frangere, ⁊ tuorum preceptorum rectitudinem in omnibus adimplere. Per Dominum nostrum.

Prophetia secunda.

In diebꝰ illis: Factũ est in vigilia matutina, ⁊ ecce respiciẽs Dñs super castra Ægyptiorum per columnam ignis ⁊ nubis, interfecit exercitum eorũ: ⁊ subuertit rotas curruũ, ferebãturqꝫ in profundum. Dixerũt ergo Ægyptij: Fugiamus Israelem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait Dominus ad Moysen: Extende manum tuã super mare, vt reuertantur aque ad Ægyptios super currus ⁊ equites eorum. Cumque extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est primo diluculo ad priorẽ locum: fugientibusqꝫ Aegyptijs occurrerunt aque, ⁊ inuoluit eos Dñs in medijs fluctibꝰ. Reuerseqꝫ sunt aque, ⁊ operuerunt currus ⁊ equites cũcti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant mare: nec vnus quidem superfuit ex eis. Filij autẽ Israel perrexerunt per medium sicci maris, ⁊ aque eis erant quasi pro muro a dextris ⁊ a sinistris: liberauitque Dñs in die illa Israel de manu Aegyptiorum. Et viderunt Aegyptios mortuos super littus maris, ⁊ manũ magnam quam exercuerat Dominus cõtra eos: timuitqꝫ populus Dominũ, ⁊ crediderunt Domino, ⁊ Moysi seruo eius. Tunc cecinit Moyses ⁊ filij Israel carmen hoc Domino, ⁊ dixerunt. Tractus. Exo.14.

Cantemus Dño, gloriose eniʒ honorificatus est: equũ ꝛ ascẽsorẽ proiecit in mare: adiutor ꝛ ꝓtector fact⁹ est mihi in salu-
Exo.15. tẽ. ℣. Hic De⁹ me⁹, ꝛ honorificabo eũ: De⁹ patris mei, ꝛ exaltabo eũ. ℣. Dñs cõterẽs bella: Dñs nomẽ est illi. Oratio.

Deus, qui in primis tẽporibus impleta miracula noui testamenti luce reserasti, vt ꝛ mare rubrũ forma sacri fontis existeret, ꝛ liberata plebs ab Ægyptia seruitute, Christiani populi sacramenta proferret: da vt omnes gẽtes Israelis priuilegium merito fidei cõsecutę, spiritus tui participatione regenerẽtur. Per Dominum nostrum. in vnitate eiusdem.

Prophetia tertia. In dieb⁹ illis: Scripsit Moyses canticum: ꝛ docuit filios Israel. vt in Sabbato sancto. folio 72.

Deu.32. Tractus. Attende celũ, ꝛ loquar: ꝛ audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectetur sicut pluuia eloquium meuʒ: ꝛ descendat sicut ros verba mea. ℣. Sicut imber super gramen, ꝛ sicut nix super fenuʒ: qa nomen Domini inuocabo. ℣. Date magnitudinem Deo nostro: De⁹ verax: opera eius, ꝛ oẽs vię eius iudicia. ℣. Deus fidelis, in quo non est iniquitas: iustus ꝛ sanctus Dominus. Oremus. Oratio.

Deus glorificatio fideliuʒ, ꝛ vita iustorũ: q per Moysen famulũ tuum nos quoqʒ modulatione sacri carminis erudisti: vniuersis gentibus misericordię tuę mun⁹ operare, tribuẽdo beatitudinẽ, auferendo terrorẽ: vt quod pronunciatũ est ad supplicium, in remediũ transferatur ęternum. Per Dominum nostrum.

Prophetia quarta. Apprehendent septem mulieres virum vnuʒ in die illa, dicentes. vt in Sabbato sancto. fol. 71.

Isa.5. Tractus. Vinea facta est dilecto meo in cornu, i loco vberi. ℣. Et maceriã circũdedit, ꝛ circũfodit, ꝛ plantauit vineã Sorech, ꝛ ędificauit turrim in medio eius. ℣. Et torcular fodit in ea: vinea eniʒ Dñi Sabaoth, dom⁹ Israel est. Oremus. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne Deus, qui per vnicũ filium tuum Ecclesię tuę demonstrasti te esse cultorem: omneʒ palmitem, fructũ in eodẽ Christo tuo, qui vera vitis est, afferentẽ, clementer excolẽs, vt fructus afferat ampliores: fidelibus tuis, quos velut vineam ex Ægypto, per fonteʒ baptismi transtulisti, nullę peccatorũ spinę pręualeãt: vt spiritus tui sanctificatione muniti, perpetua fruge ditentur. Per eundẽ Dñm. in vnitate eiusdẽ.

Prophetia quinta. Audi Israel mãdata vitę: auribus percipe, vt scias. vt in Sabbato sancto. fol. 71. Oremus. Oratio.

Deus, qui nobis per prophetarum ora pręcepisti, tẽporalia relinquere, atque ad ęterna festinare: da famulis tuis, vt quę a te iussa cognouimus, implere cęlesti inspiratione valeamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Prophetia sexta. In dieb⁹ illis: Facta est super me manus Domini. vt in Sabbato sancto. fol. 71. Oremus. Oratio.

Domine De⁹ virtutũ, qui collapsa reparas, ꝛ reparata conseruas, auge populos in tui nominis sanctificatione renouandos: vt omnes, qui sacro baptismate diluuntur, tua semper inspiratione dirigantur. Per Dominũ nostrũ.

His expletis presbyter accipit pluuiale violaceũ, ꝛ descẽdendo ad fontes cãtat.

Tractus. Sicut ceru⁹ desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat aĩa mea ad te Deus. ℣. Sitiuit aĩa mea ad Deũ fortẽ viuũ: quando veniã, ꝛ apparebo ante faciem Dei mei. ℣. Fuerunt mihi lacrymę mee panes die ac nocte: dũ dicitur mihi, per singulos dies: vbi est Deus tuus. Ps.41.

Deinde ad fonteʒ anteq̃ sacerdos intret ad benedictionem fontiuʒ, dicit: Dominus vobiscuʒ. Oremus. Oratio.

Concede, quęsumus omnipotens De⁹: vt q sollemnitatem doni sancti

eti Spiritus colim⁹, cęlestib⁹ desiderijs accēsi, fontem vitę sitiamus. Per Dñz. Deinde procedit ad benedictionem fontiū, vt in Sabbato sancto. fol. 65. Ubi vero nō fuerit fontes. Tract⁹. Sicut ceru⁹. ꝛ oratio sequēs tractum, ꝛ fontium benedictio pretermittūtur: sed finita Orone. Oñe Deus virtutum. Sacerdos casula deposita cū ministris ante altare procumbit: ꝛ alijs oibus genuflexis cantantur Litanię a duobus cantoribus in medio chori, vtroqz choro idē simul respondente. Circa finem Litaniaruz sacerdos ꝛ ministri sollēniter induuntur vestimentis rubeis, ꝛ accenduntur luminaria circa altare. Peruento aūt ad K yrie eleison. in fine Litaniarum. K yrie eleison. pro Missa a cantoribus sollemniter incipitur. Quo incepto, sacerdos cum ministris facit cōfessionē: ꝛ ascēdens ad altare, finito K yrie eleis. incipit sollēniter G loria i excelsis. Et cāpanę pulsant. Or.

PRęsta, quęsum⁹ omnipotens De⁹: vt claritatis tuę super nos splēdor effulgeat: ꝛ lux tuę lucis, corda eorū, qui per gratiam tuaz renati sunt, sancti Spiritus illustratione confirmet. Per Dominum nostrum. in vnitate eiusdem.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 19. IN diebus illis: Factū est cū Apollo esset Corinthi, vt Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum, ꝛ inueniret quosdaz discipulos: dixitqz ad eos: Si Spiritum sanctum accepistis credētes? At illi dixerunt ad eū: Sed neqz si Spiritus sanctus est, audiuimus. Ille vero ait: In quo ergo baptizati estis? Qui dixerūt: In Joannis baptismate. Dixit autez Paulus: Joānes baptizauit baptismo pęnitētię populuz, dicens: In eū, qui venturus esset post ipsum, vt crederent, hoc est, in Jesum. His auditis, baptizati sunt in noie Dñi Jesu. Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, ꝛ loquebātur linguis, ꝛ prophetabāt. Erāt autem omnes viri fere duodecim. Ingressus autem synagogam, cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans, ꝛ suadens de regno Dei.

A lleluia. ℣. Cōfitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in sęculum misericordia eius. Non repetitur Alleluia. sed immediate sequitur. Tractus. Ps. 117.

L audate Dñm omnes gentes, laudate eum omnes populi. ℣. Quoniaz confirmata est super nos misericordia eius, ꝛ veritas Domini manet in ęternum. Ps. 116.

Ad euangelium non portantur luminaria, sed incensum tantum.

Sequentia sancti Euang. sm Joānem.



IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Si diligitis me: mādata mea seruate. Et ego rogabo Patrem, ꝛ alium paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscum in ęternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia nō videt eum, nec scit eum. vos autez cognoscetis eum: quia apud vos manebit, ꝛ in vobis erit. Nō relinquā vos orphanos: veniā ad vos. Adhuc modicum: ꝛ mundus me iam non videt. Vos autem videbitis me, quia ego viuo, ꝛ vos viuetis. In illo die vos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, ꝛ vos in me, ꝛ ego in vobis. Qui habet mandata mea, ꝛ seruat ea: ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo: ꝛ ego diligam eum, ꝛ manifestabo ei meipsum. Et non dicitur Credo. Offertorium. Cap. 14.

E mittes Spirituz tuum, ꝛ creabuntur, ꝛ renouabis faciem terrę: sit gloria Domini in sęcula alleluia. Secreta.

Munera, quesumus Domine, oblata sanctifica: et corda nostra sancti Spiritus illustratione emūda. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit, et regnat in vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus. Prefatio. Qui ascendens super omnes celos. folio 81. Infra actionem. Communicantes, et diem sacratissimum celebrantes. Alia infra actionem. Hanc igitur oblationem seruitutis nostre. Et dicuntur vsque ad sequēs sabbatū inclusiue.

Joā.6. Communio. Ultimo festiuitatis die dicebat Jesus: Qui in me credit, flumina de ventre eius fluent aque viue: hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum, alleluia, alleluia, alleluia, alleluia. Postcommunio.

Sancti Spirit' Domine corda nostra mundet infusio: et sui roris intima aspersione fecundet. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit, et regnat in vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus, per omnia.

¶ In Missis priuatis hui' vigilie omissis Prophetijs, Orationibus, et Litanijs, vt supra: Missa absolute incipitur ab Introitu, vt infra. Introitus.

Ezec.36. 
Cum sanctificatus fuero in vobis, cōgregabo vos de vniuersis terris: et effundam super vos aquam mūdā, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: et dabo vobis spi-
Ps.33. ritum nouum. Ps. Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto: sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in secula seculorum. ℟. Amen. deinde dicit Kyrie eleison. Gloria in excelsis. et alia vt supra.

Presta, quesumus omnipotens Deus: vt claritatis tue super nos. etc.

IN DIE PENTECOSTES.



Statio ad sanctum Petrum. Introitus.

Spiritus Dñi repleuit orbem terrarum, alleluia: et hoc, qd continet oia, scientiam habet vocis, alleluia, alleluia, allel. Sap.1.
Ps. Exurgat Deus, et dissipētur inimici eius: et fugiāt qui oderūt eū, a facie eius. Ps.67.
℣. Gloria Patri, et Filio. Oratio.

Deus, qui hodierna die, corda fidelium, sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis, in eodem Spiritu recta sapere, et de eius semper consolatione gaudere. Per Dominum nostrum. in vnitate eiusdem Spiritus sancti.

Lectio Actuum Apostolorum.

In diebus illis: Cum cōplerentur dies Pētecostes, erāt omnes discipuli pariter in eodem loco: et factus est repente de celo sonus, tamquam aduenientis spiritus vehemētis, et repleuit totam domum vbi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertite lingue tamquam ignis, seditque supra singulos eorum: Cap.2.

et reple-

et repleti sunt omnes Spiritu sancto, et cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in Jerusalem habitantes Judęi, viri religiosi ex omni natione, quę sub cęlo est. Facta autem hac voce, conuenit multitudo, et mente confusa est, quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes, et mirabantur, dicentes: Nonne ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilęi sunt, et quomodo nos audiuimus vnusquisque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi, et Medi, et Elamitę, et qui habitant Mesopotamiam, Judęam, et Cappadociam, Pontum, et Asiam, Phrygiam, et Pamphyliam, Ægyptum, et partes Lybię, quę est circa Cyrenen, et aduenę Romani, Judei quoque, et Proselyti, Cretes, et Arabes: audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei.

Ps. 103. Alleluia, alleluia. ℣. Emitte Spiritum tuum, et creabuntur: et renouabis faciem terrę, alleluia. ℣. Veni sancte Spiritus reple tuorum corda fidelium, et tui amoris in eis ignem accende. Sequentia.

Veni sancte Spiritus, et emitte cęlitus lucis tuę radium.

Veni pater pauperum, veni dator munerum, veni lumen cordium.

Consolator optime, dulcis hospes animę, dulce refrigerium.

In labore requies, in ęstu temperies, in fletu solatium.

O lux beatissima, reple cordis intima, tuorum fidelium.

Sine tuo numine, nihil est in homine, nihil est innoxium.

Laua quod est sordidum, riga quod est aridum, sana quod est saucium.

Flecte quod est rigidum, foue quod est frigidum, rege quod est deuium.

Da tuis fidelibus, in te confidentibus: sacrum septenarium.

Da virtutis meritum, da salutis exitum,

da perenne gaudium. Amen. Alleluia.

Et dicitur quotidie per totam octauam: et dicitur vsque ad Sabbatum inclusiue.

Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionē apud eum faciemus: qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem, quem audistis, non est meus: sed eius, qui misit me, Patris. Hęc locutus sum vobis apud vos manens: Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia, quęcumque dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis: Vado, et venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem: quia Pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat: vt cum factum fuerit, credatis. Jam non multa loquar vobiscum, venit enim princeps mundi huius, et in me non habet quidquam. Sed vt cognoscat mundus quia diligo Patrem, et sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Credo. Offertorium. Cap. 14

Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis, a templo tuo, quod est in Jerusalem: tibi offerent reges munera, alleluia. Ps. 67. Secreta.

Munera, qs Dñe, oblata sanctifica: et corda nostra sancti Spiritus illustratione emunda. Per Dñm. in vnitate.

Commun. Factus est repente de cęlo sonus, tamquā aduenientis spiritus vehementis, vbi erant sedentes, allel. et repleti sunt oēs Spiritu sancto, loquentes magnalia Dei, alleluia, allel. Act. 2. Postcōmun.

Sancti Spiritus Domine corda nostra mundet infusio: et sui roris inti-

ma aspersione fecundet. Per Dominum nostrum. in vnitate eiusdem Spiritus.

Infra oct. Pentec. nõ fit de aliquo festo duplici, vel semid. sed post oct. celebrant: de simplici fit commemor. post triduum.

FERIA SECVNDA.

Statio ad S. Petrum in Vincula. Intr.

Ps 80. Ibauit eos ex adipe frumẽti, alleluia, & de petra melle saturauit eos, alleluia, allel. Ps. Exultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Jacob. ℣. Gloria Patri. Oratio.

DEus, qui Apostolis tuis, sanctum dedisti Spiritum: concede plebi tuę pię petitionis effectum: vt quibus dedisti fidem, largiaris & pacem. Per Dominum nostrum. in vnitate eiusdem.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 10. IN diebus illis: Aperiens Petrus os suum, dixit: Viri fratres, & patres: Nobis pręcepit Dominus prędicare populo, & testificari quia ipse est, qui constitutus est a Deo iudex viuorum, & mortuorum. Huic omnes Prophetę testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eum. Adhuc loquente Petro verba hęc, cecidit Spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum. Et obstupuerunt ex circuncisione fideles, qui venerant cũ Petro: quia & in nationes gratia Spiritus sancti effusa est. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum. Tunc respondit Petrus: Nunquid aquam quis prohibere potest vt non baptizentur hi, qui Spiritum sanctũ acceperunt sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine Domini Jesu Christi. Alleluia, alleluia. ℣. Loquebantur varijs linguis Apostoli magnalia Dei, alleluia. ℣. Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende. Sequentia.

Veni sancte Spiritus. &c. fol. 115. & in fine Alleluia. vt sup. in Dominica Pentec.

Sequentia sancti Euangelij secundum Joannem.

IN illo tempore: Dixit Jesus Nicodemo: Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret: vt omnis, qui credit in ipsum, nõ pereat, sed habeat vitam ęternã. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, nõ iudicatur: qui autẽ non credit, iam iudicatus est: quia nõ credit in noĩe vnigeniti Filij Dei. Hoc est autem iudiciũ: quia lux venit in mundum: & dilexerunt homines magis tenebras, quã lucem: erant enim eorũ mala opera. Omnis enim, qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius: qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta. Credo. Offertorium. Cap. 3.

INtonuit de cęlo Dominus: & Altissimus dedit vocem suam: & apparuerunt fontes aquarum, alleluia. Secreta. Ps 17.

PRopitius, Domine quęsumus, hęc dona sanctifica: & hostię spiritalis oblatione suscepta, nosmetipsos tibi perfice munus ęternum. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Communio. Spiritus sanctus docebit vos, alleluia: quęcumque dixero vobis, alleluia, alleluia. Postcommunio. Joã. 14.

ADesto, quęsumus Domine, populo tuo: & quem mysterijs cęlestibus imbuisti, ab hostium furore defende. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

FERIA TERTIA.

Statio ad S. Anastasiam. Introitus.

Ccipite iucunditatẽ glorię vestrę, alleluia: gratias agentes Deo, alleluia: qui vos ad cęlestia regna vocauit, allel. allel. allel. Ps. Attendite Ps 77.

popule

popule meus, legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei.
℣. Gloria Patri, et Filio. Oratio.

Adsit nobis, quesumus Domine, virtus Spiritus sancti: que et corda nostra clementer expurget, et ab omnibus tueatur adversis. Per Dominum. in unitate eiusdem. etc.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 8. In diebus illis: Cum audissent Apostoli, qui erant Jerosolymis, quia recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum, et Joannem. Qui cum venissent, oraverunt pro ipsis ut acciperent Spiritum sanctum. Nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum sanctum.

Joã. 4. Alleluia, alleluia. ℣. Spiritus sanctus docebit vos quecumque dixero vobis, alleluia. ℣. Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, et tui amoris in eis ignem accende.

Sequentia Veni sancte Spiritus. ut supra. folio 115. et in fine Alleluia.

Sequentia sancti Evang. secundum Joannem.

Joã. 10. In illo tempore: Dixit Jesus Phariseis: Amen, amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde: ille fur est, et latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ovium. Huic hostiarius aperit, et oves vocem eius audiunt, et proprias oves vocat nominatim, et educit eas. Et cum proprias oves emiserit, ante eas vadit: et oves illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non noverunt vocem alienorum. Hoc proverbium dixit eis Jesus. Illi autem non cognoverunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Jesus: Amen, amen dico vobis, quia ego sum ostium ovium. Omnes quotquot venerunt, fures sunt, et latrones, et non audierunt eos oves. Ego sum ostium. Per me si quis introierit, salvabitur: et ingredietur, et egredietur, et pascua inveniet. Fur non venit nisi ut furetur, et mactet, et perdat. Ego veni ut vitam habeant, et abundantius habeant. Credo.

Offertorium. Portas celi aperuit Dominus, et pluit illis manna, ut ederent: panem celi dedit eis, panem angelorum manducavit homo, alleluia. Ps 77. Secreta.

Purificet nos, quesumus Domine, muneris presentis oblatio: et dignos sacra participatione efficiat. Per Dominum.

Communio. Spiritus, qui a Patre procedit, alleluia: ille me clarificabit, alleluia, alleluia. Joã. 15. Postcommunio.

Mentes nostras, quesumus Domine, Spiritus sanctus divinis reparet sacramentis: quia ipse est remissio omnium peccatorum. Per Dominum. in unitate eiusdem.

FERIA QUARTA.

Quattuor temp. Pentecostes.

Statio ad S. Mariam Maiorem. Introitus.



Deus dum egredereris coram populo tuo, allel. iter facies eis, habitans in illis, allel. terra mota est, celi distillaverunt, alleluia, allel. Ps. Exurgat Deus, et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Ps. 77.
℣. Gloria Patri. dicto Kyrie eleison. dicitur Oremus. non dicitur Flectamus genua. Oratio.

Mentes nostras, quesumus Domine, Paraclitus, qui a te procedit, illuminet: et inducat in omnem, sicut tuus promisit filius, veritatem. Qui tecum. in unitate eiusdem.

Lectio Actuum Apostolorum.

In diebus illis: Stans Petrus cum undecim levavit vocem suam, et locutus est eis: Viri Judei, et qui habitatis Jerusalem universi, hoc vobis notum sit, et auribus percipite verba mea. Non enim, sicut vos existimatis, hi ebrii sunt, cum sit hora diei tertia: sed hoc est quod dictum Cap. 2.

est per prophetam Joel: Et erit in nouis-
simis diebus (dicit Dominus) effundã
de Spiritu meo super omnem carnem: ⁊
prophetabunt filij vestri, ⁊ filię vestrę, iu-
uenes vestri visiones videbunt, ⁊ seniores
vestri somnia somniabũt. Et quidẽ super
seruos meos, ⁊ super ancillas meas in
diebus illis effundam de Spiritu meo, ⁊
prophetabunt: ⁊ dabo prodigia in cęlo
sursum, ⁊ signa in terra deorsum, sangui-
nem, ⁊ ignem, ⁊ vaporem fumi: Sol con-
uertetur in tenebras, ⁊ luna in sanguinẽ,
antequam veniat dies Domini magnus
⁊ manifestus. Et erit: omnis, quicum-
que inuocauerit nomen Domini, saluus
Ps 32. erit. Alleluia. ℣. Verbo Domini cęli fir-
mati sunt: ⁊ spiritu oris eius omnis virt⁹
eorum. Hic dicitur Gloria in excelsis.
Postea di. Dominus vobiscũ. Oratio.

PRęsta quęsumus, omnipotẽs ⁊ mi-
sericors De⁹: vt Spiritus sanctus
adueniens, templum nos glorię tuę di-
gnanter inhabitãdo perficiat. Per Do-
minum nostrum. in vnitate eiusdem.

Ab hac die vsque ad Dominicam se-
quentem, post orationem diei dicitur:
Ecclesię tuę, quęsumus. vel Deus om-
nium fidelium. vt supra. folio 108.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 5. IN diebus illis: Per manus autem
Apostolorũ fiebant signa, ⁊ prodi-
gia multa in plebe. Et erant vnanimiter
omnes in porticu Salomonis. Ceterorũ
autem nemo audebat se coniungere illis:
sed magnificabat eos populus. Magis
autem augebatur credẽtium in Domino
multitudo virorum, ac mulierũ, ita vt in
plateis eijcerent infirmos, ⁊ ponerent in
lectulis ⁊ grabatis, vt, veniente Petro,
saltẽ vmbra illius obumbraret quemquã
illorum, ⁊ liberarentur omnes ab infirmi-
tatibus suis. Concurrebat autem ⁊ mul-
titudo vicinarum ciuitatum Jerusalem,
afferentes ęgros, ⁊ vexatos a spiritibus
immundis: qui curabantur omnes.

Alleluia, alleluia. ℣. Veni sancte Spiri-
tus, reple tuorum corda fidelium, ⁊ tui
amoris in eis ignem accende.
Sequentia. Veni sancte Spiritus. vt
supra in Dominica, in fine Alleluia.

Sequentia sancti Euang. sm Joannem.

IN illo tempore: Dixit Jesus tur- Cap. 6.
bis Judęorum: Nemo potest veni-
re ad me, nisi Pater, qui misit me, traxe-
rit eum: ⁊ ego resuscitabo eum in nouis-
simo die. Est scriptũ in Prophetis: Et
erunt omnes docibiles Dei. Omnis, qui
audiuit a Patre, ⁊ didicit, venit ad me.
Non quia Patrem vidit quisquam, nisi
is, qui est a Deo, hic vidit Patrem.
Amen, amen dico vobis: Qui credit in
me, habet vitam ęternã. Ego sum panis
vitę. Patres vestri mãducauerunt man-
na in deserto, ⁊ mortui sunt. Hic est pa-
nis de cęlo descendens: vt si quis ex ipso
manducauerit, non moriatur. Ego sum
panis viuus, qui de cęlo descendi. Si
quis manducauerit ex hoc pane, viuet in
ęternum: ⁊ panis, quem ego dabo, caro
mea est pro mundi vita. Credo.
Offertorium. Meditabor in mandatis Ps 118.
tuis, quę dilexi valde: ⁊ leuabo manus
meas ad mandata tua quę dilexi, alleluia.

Secreta.

ACcipe, q̃s Domine, munus obla-
tum: ⁊ dignanter operare: vt quod
mysterijs agimus, pijs effectibus cele-
bremus. Per Dominum nostrum.
Deinde Protege nos Dñe. vel Obla-
tis quęsumus. vt supra. folio 108.
Communio. Pacem relinquo vobis, al- Joã. 14.
leluia: pacem meam do vobis, alleluia,
alleluia. Postcommunio.

SUmentes Domine cęlestia sacra-
menta, quęsumus clementiam tuã:
vt quod temporaliter gerimus, ęternis
gaudijs consequamur. Per Dominum
nostrum Jesum Christum. ⁊c.
Deinde Quęsumus Dñe. vel Hęc nos,
quęsumus. vt supra. folio 108.

FERIA QVINTA.

Statio ad S. Laurentium extra muros.

Introitus.

Sap. 1. 

Spiritus Dñi repleuit orbem terrarum, allelu. ⁊ hoc quod ꝯtinet omnia, scientiam habet vocis, alleluia, alleluia, alleluia. Ps. 67. Ps. Exurgat Deus, ⁊ dissipentur inimici eius, ⁊ fugiant, qui oderunt eum a facie eius. ℣. Gloria Patri, ⁊ Filio. ⁊c. Oratio.

DEus, qui hodierna die, corda fidelium, sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere, ⁊ de eius semper consolatione gaudere. Per Dominum nostrū. in vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus. Deinde, Ecclesię tuę, quęsumus. vel Deus omnium. vt supra. olio 108.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 8. IN diebus illis: Philippus descendens in ciuitatem Samarię, prędicabat illis Christum. Intendebāt autem turbę his, quę dicebantur a Philippo vnanimiter audientes, ⁊ videntes signa quę faciebat. Multi enim eorū, qui habebant spiritus immundos, clamantes voce magna, exibant. Multi autē paralytici, ⁊ claudi curati sunt. Factum est ergo gaudium magnum in illa ciuitate.

Ps. 103. Alleluia, alleluia. ℣. Emitte spiritum tuum, ⁊ creabuntur: ⁊ renouabis faciem terrę, alleluia. ℣. Veni sancte Spiritus reple tuorum corda fidelium, ⁊ tui amoris in eis ignem accende.

Sequentia. Veni sancte Spiritus. vt supra in Dominica, in fine Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij sēm Lucam.

Cap. 9. IN illo tempore: Conuocatis Jesus duodecim Apostolis, dedit illis virtutem, ⁊ potestatem super omnia dęmonia, ⁊ vt languores curarent. Et misit illos prędicare regnum Dei, ⁊ sanare infirmos. Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Et in quācumque domū intraueritis, ibi manete, ⁊ inde ne exeatis. Et quicumqꝫ non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedū vestrorum excutite in testimoniū supra illos. Egressi autē circuibant per castella euāgelizātes, ⁊ curantes vbique. Credo.

Offertorium. Confirma hoc Deus, qđ operatus es in nobis: a tēplo tuo, quod est in Jerusalem, tibi offerent reges munera, alleluia. Ps. 67.

Secreta.

MVnera, quęsumus Domine, oblata sanctificā: ⁊ corda nostra sancti Spiritus illustratione emunda. Per Dominum nostrum. in vnitate eiusdem. Deinde Protege nos Dñe. vel Oblatis quęsumus. vt supra. folio 108.

Communio. Factus est repente de cęlo sonus aduenientis spiritus vehementis, vbi erant sedentes, alleluia: ⁊ repleti sunt omnes Spiritu sancto loquentes magnalia Dei, alleluia, allel. Act. 2.

Postcommun.

SAncti Spiritus Domine, corda nostra mūdet infusio: ⁊ sui roris intima aspersione fęcundet. Per Dominum nostrum. in vnitate eiusdem. Deinde Quęsumus Domine. vel Hęc nos quęsumus. vt supra. folio 108.

FERIA SEXTA

Quattuor temp. Pentecostes.

Statio ad sanctos duodecim Apostolos.

Introitus.



REpleatur os meum laude tua, alleluia: vt possim cantare, alleluia: gaudebunt labia mea, cum cantauero tibi, alleluia, alleluia. Ps. 70. psalm. In te Domine speraui, non confundar in ęternum: in iustitia tua libera me, ⁊ eripe me. ℣. Gloria patri. ⁊c. Oratio.

DA, quęsumus, Ecclesię tuę misericors Deꝰ: vt Spiritu sancto congrega-

gregata, hostili nullaten⁹ incursione turbetur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat, in vnitate eiusdem Spiritus.
Deinde, Ecclesię tuę, quęsumus Dñe. vel Deus omnium fidelium pastor. vt supra. folio 108.

Lectio Joelis prophetę.

Cap. 2. HAec dicit Dominus Deus: Exultate filię Sion, & lętamini in Domino Deo vestro: quia dedit vobis doctorem iustitię: & descendere faciet ad vos imbrem matutinum & serotinum, sicut in principio. Et implebuntur areę frumento, & redundabunt torcularia vino, & oleo. Et comedetis vescentes, & saturabimini: & laudabitis nomen Domini Dei vestri, qui fecit vobiscum mirabilia: & non confundetur populus meus in sempiternum. Et scietis quia in medio Jsrael ego sum: & ego Dominus Deus vester, & non est amplius: & non confundetur populus meus in ęternum. Ait Dominus omnipotens.

Sap. 12 Alleluia, alleluia. ℣. O quam bonus, & suauis est, Domine, spiritus tuus in nobis, alleluia. ℣. Ueni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende.

Sequentia. Ueni sancte Spiritus. vt supra in Dominica Pentecostes.

Sequentia sancti Euangelij sm Lucam.

Cap. 5. IN illo tempore: Factum est in vna dierum, & Jesus sedebat docens. Et erant Pharisęi sedentes, & legis doctores, qui venerãt ex omni castello Galilęę, & Judęę, & Jerusalem: & virtus Domini erat ad sanandum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus: & quęrebant eum inferre, & ponere ante illum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent pręturba, ascenderunt supra tectum, & per tegulas summiserunt illum cum lecto in medium ante Jesum. Quorum fidem vt vidit, dixit: Homo remittuntur tibi peccata tua. Et cęperunt cogitare Scribę & Pharisęi, dicentes: Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Ut cognouit autem Jesus cogitationes eorum, respondens, dixit ad illos: Quid cogitatis in cordib⁹ vestris? Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere: Surge, & ambula? Ut autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuã. Et confestim surgens coram illis, tulit lectum, in quo iacebat: & abijt in domum suam, magnificans Deum. Et stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum. Et repleti sunt timore dicentes: Quia vidimus mirabilia hodie. Credo. Offertorium.

Lauda anima mea Dominum: laudabo Dominũ in vita mea: psallã Deo meo, quamdiu ero, alleluia. Secreta.

SAcrificia Domine tuis oblata conspectibus, ignis ille diuinus assumat, qui discipulorũ Christi Filij tui per Spiritum sanctũ corda succendit. Per eumdem Dominum nostrũ Jesũ Christum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat, Jn vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus, per omnia sęcula sęculorum.
Deinde, Protege nos Domine. &c. vel Oblatis quęsumus. vt sup. fol. 108.

Cõmu. Non vos relinquam orphanos: veniam ad vos iterum, alleluia: & gaudebit cor vestrum, allel. Postcommunio. Joã. 15.

SUmpsimus Dñe sacri dona mysterij, humiliter deprecantes: vt quę in tui commemoratione nos facere pręcepisti, in nostrę proficiãt infirmitatis auxilium. Qui viuis & regnas cũ Deo Patre, Jn vnitate Spiritus sancti Deus.
Deinde, Quęsumus, Domine Deus noster. vel Hęc nos, quęsumus Domine. vt supra. folio 108.

SABBATO
Quattuor temp. Pentecostes.
Statio ad sanctum Petrum. Introitus.

Rom. 5.  Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, alleluia: per inhabitantem spiritum eius in nobis, alleluia, alleluia. ps. Benedic anima mea Do- Ps. 102. mino: et omnia que intra me sunt nomini sancto eius. V. Gloria Patri, et Filio. etc.

Orationes sequentes dicuntur sine Flectamus genua. Oremus. Oratio.

Mentibus nostris, quesumus Domine, Spiritum sanctum benignus infunde, cuius et sapientia conditi sumus, et prouidentia gubernamur. Per Dominum nostrum. in vnitate eiusdem.

Lectio Joel prophete.

Cap. 2. Haec dicit Dominus Deus: Effundam spiritum meum super omnem carnem: et prophetabunt filij vestri, et filie vestre: senes vestri somnia somniabunt, et iuuenes vestri visiones videbunt. Sed et super seruos meos, et ancillas meas, in diebus illis effundam spiritum meum. Et dabo prodigia in celo sursum, et signa in terra deorsum: sanguinem, et ignem, et vaporez fumi. Sol conuertetur in tenebras, et luna in sanguinem: antequam veniat dies Domini magnus, et horribilis. Et erit: omnis quicunque inuocauerit no-
Joa. 16. men Domini, saluus erit. Alleluia. V. Spiritus est, qui viuificat: caro autem non prodest quidquam. Oratio.

Illo nos igne, quesumus Domine, Spiritus sanctus inflammet, quem Dominus noster Jesus Christus misit in terram: et voluit vehementer accendi. Qui tecum viuit et regnat in vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus. etc.

Lectio libri Leuitici.

Cap. 23. In diebus illis: Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filijs Israel, et dices ad eos: Cum ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, et messueritis segetem, feretis manipulos spicarum, primitias messis vestre ad sacerdotem: qui eleuabit fasciculum coram Domino, vt acceptabile sit pro vobis, altero die Sabbati, et sanctificabit illum. Numerabitis ergo ab ipso die Sabbati, in quo obtulistis manipulos primitiarum, septez hebdomadas plenas, vsqz ad alteram diem expletionis hebdomade septime, et sic offeretis sacrificium nouuz Domino ex omnibus habitaculis vestris, panes primitiarum duos de duabus decimis simile, quos eleuabit sacerdos coram Domino. Cumque eleuauerit eos sacerdos cum panibus primitiarum coram Domino, cedent in vsum eius. Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atque sanctissimum: omne opus seruile non facietis in eo. Legitimum sempiternum erit in cunctis habitaculis, et generationibus vestris: dicit Dominus omnipotens. Alleluia. V. Spiritus eius or- Joa. 6.
nauit celos. Oratio.

Deus, qui ad animarum medelam ieiunij deuotione castigari corpora precepisti: concede nobis propitius, et mente et corpore tibi semper esse deuotos. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum.

Lectio libri Deuteronomij.

In diebus illis: Dixit Moyses fi- Cap. 26.
lijs Israel: Audi Israel que ego precipio tibi hodie. Cum intraueris Terram, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi possidendam, et obtinueris eam: atque habitaueris in ea: tolles de cunctis frugibus tuis primitias, et pones in cartallo, pergesque ad locuz, quem Dominus Deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomen eius: accedesque ad sacerdotem, qui fuerit in diebus illis, et dices ad eum: Profiteor hodie coram Domino Deo tuo: qui exaudiuit nos, et respexit humilitatem nostraz, et labo-

et laborem, atque angustias: et eduxit nos de Ægypto in manu forti, et brachio extento, in ingenti pauore, in signis atque portentis: et introduxit ad locum istum, et tradidit nobis Terram lacte et melle manantem. Et idcirco nunc offero primitias frugum Terrę, quam Dominus dedit mihi. Et dimittes eas in conspectu Domini Dei tui, et adorato Domino Deo tuo, epulaberis in omnibus bonis, quę Dominus Deus tuus dederit tibi.

Act. 2. Alleluia. ℣. Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter sedentes. Oratio.

Presta, quęsumus, omnipotens De⁹: vt salutaribus ieiunijs eruditi, ab omnibus etiam vitijs abstinentes, propitiationem tuam facilius impetremus. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Lectio libri Leuitici.

Cap. 26 In diebus illis: Dixit Dominus ad Moysen: Loquere filijs Jsrael, et dices ad eos: Si in pręceptis meis ambulaueritis, et mandata mea custodieritis, et feceritis ea, dabo vobis pluuiam temporibus suis, et terra gignet germen suum, et pomis arbores replebuntur. Apprehendet messium tritura vindemiam, et vindemia occupabit sementem: et comedetis panem vestrum in saturitate, et absque pauore habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris: dormietis, et non erit qui exterreat. Auferam malas bestias: et gladius non transibit terminos vestros. Persequimini inimicos vestros, et corruent coram vobis: persequentur quinque de vestris centum alienos, et centum de vobis decem millia: cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro. Respiciam vos, et crescere faciam: multiplicabimini, et firmabo pactum meum vobiscum. Comedetis vetustissima veterum, et vetera nouis superuenientibus projicietis. Ponam tabernaculum meū in medio vestri, et non abijciet vos vltra anima mea. Ambulabo inter vos, et ero vester Deus, vosque eritis populus meus: dicit Dominus omnipotens.

Alleluia. ℣. Ueni sancte Spiritus, reple tuorum corda fideliū, et tui amoris in eis ignem accende. Oremus. Oratio.

Presta, quęsumus, omnipotens De⁹, sic nos ab epulis carnalibus abstinere: vt a vitijs irruentibus pariter ieiunemus. Per Dominum nostrum.

Lectio Danielis prophete.

Cap. 3. In diebus illis: Angelus Domini descendit cum Azaria, et socijs eius in fornacem: et excussit flammam ignis de fornace, et fecit medium fornacis, quasi vētum roris flantem. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouem: et incendit quos reperit iuxta fornacē de Chaldęis ministros regis, qui eā incendebant. Jllos autem omnino non tetigit ignis, neq; contristauit, nec quidquam molestię intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant, et glorificabant, et benedicebant Deum in fornace, dicentes. Alleluia. ℣. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum: et laudabilis in secula. Finito versu, dicitur Gloria in excelsis Deo. Sequitur Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit, et regnat in vnitate.

Deinde pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium. etc. vel Ecclesię tuę, vt supra, folio 108.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Rom. 5 Fratres: Justificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deū per Jesum Christum Dn̄m nostrum: per quem et accessum habemus per fidem in gratiam

istam,

istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Non solum autem sed & gloriamur in tribulationibus: scientes quod tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Ps. 116. Tractus. Laudate Dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.

Sequētia. Veni sancte Spirit⁹. vt sup. in Dominica, sine Alleluia, in fine.

Sequētia sancti Euangelij sm Lucam.

Cap. 4. In illo tempore: Surgēs Jesus de synagoga, introiuit i domū Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri: & dimisit illam. Et continuo surgens, ministrabat illis. Cum sol autem occidisset: omnes, qui habebant infirmos varijs lāguoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. Exibāt autem dæmonia a multis clamātia, & dicētia: Quia tu es filius Dei: & increpans non sinebat ea loqui: quia sciebāt ipsum esse Christū. Facta autem die egressus ibat in desertum locū, & turbæ requirebant eum, & venerunt vsq; ad ipsum: & detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Quia & alijs ciuitatibus oportet me euāgelizare regnum Dei: quia ideo missus sum. Et erat prædicans in synagogis Galilææ. Credo.



Ps. 87. Offertorium. Domine Deus salutis meæ, in die clamaui, & nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo Domine, alleluia. Secreta.

Et accepta tibi sint Domine nostra ieiunia, præsta nobis, quæsumus, huius munere sacramenti, purificatum tibi pectus offerre. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen. Altera Secreta.

Oblatis, quæsumus Dñe, placare muneribus: & famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectione guberna. Per Dñm.

Contra persecutores Ecclesiæ. Secreta.

Protege nos Domine, tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inhærentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per Dominum nostrum Jesum.

Communio. Spiritus, vbi vult spirat: & vocem eius audis, alleluia, alleluia: sed nescis vnde veniat, aut quo vadat, allel. alleluia, alleluia. Postcommunio. Joā. 3.

Præbeant nobis Domine, diuinum tua sancta feruorem: quo eorum pariter & actu delectemur, & gustu. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Vel pro Papa.

Hæc nos, quæsumus Domine, diuini sacramenti perceptio protegat: & famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, vna cum commisso sibi grege, saluet semper & muniat. Per Dominum nostrum Jesum.

Contra persecutores Ecclesiæ. Postcō.

Quæsumus Domine Deus noster: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. &c.

IN FESTO SANCTAE TRINITATIS.



Introitus.

Benedicta sit sācta Trinitas, atq; indiuisa vnitas: cōfitebimur ei, qa fecit nobiscū misericordiam suā. Ps. Domi- Ps. 8.
ne Dn̄s noster: quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! ℣. Gloria Patri. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis, in confessione verę fidei, ęternę Trinitatis gloriam agnoscere: & in potentia maiestatis adorare vnitatem, quęsumus, vt eiusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur aduersis. Per Dominum nostruz.

Deinde fit cōm. de Dn̄ica j. post Pent. Oratio. Deus in te sperantium. vt inferius habetur in eius Missa. folio 120.

Lctō Ep̄le B. Pauli Ap̄li ad Rom.

Cap. 11. O Altitudo diuitiarū sapiētię, & scientię Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vię ei⁹! Quis enim cognouit sensum Dn̄i? Aut quis cōsiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniā ex ipso, & per ipsuz, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula. Amen.

Graduale. Benedictus es Dn̄e, qui intueris abyssos, & sedes super Cherubiz. Dan. 3.
℣. Benedictus es Dn̄e in firmamento cęli, & laudabilis in secula, alleluia, allel.
℣. Benedictus es Dn̄e Deus patrum nostrorū, & laudabilis in secula, alleluia.

Sequētia sancti Euang. sm̄ Matthęum.

In illo tp̄e: Dixit Jesus discipulis Cap. 28.
suis: Data est mihi oīs potestas in cęlo, & in terra. euntes ergo docete oēs gentes: baptizantes eos in noīe Patris, & Filij, & Spiritus sancti: docentes eos seruare oīa quęcumq; mandaui vobis: & ecce ego vobiscum suz omnib⁹ diebus, vsq; ad consummationē seculi. Credo.

Offertorium. Benedictus sit De⁹ Pa- Tob. 12.
ter, vnigenitusque Dei Filius, sanctus quoque Spiritus: quia fecit nobiscum misericordiam suam. Secreta.

Sanctifica, quęsumus Dn̄e Deus noster, per tui sancti nominis inuocationem, huius oblationis hostiā: & per eam nosmetipsos tibi perfice munus ęternum. Per Dominum nostrum.

Pro commemor. Dominicę. Secreta.
Hostias nostras. vt infra. folio 120.
Prefatio. Qui cum vnigenito. folio 87.

Communio. Benedicimus Deum cę- Tob. 12.
li, & coram omnibus viuentibus, confitebimur ei: quia fecit nobiscum misericordiam suam. Postcommunio.

Proficiat nobis ad salutez corporis & animę Domine Deus noster, huius sacramenti susceptio: & sempiternę sanctę Trinitatis, eiusdemq; indiuiduę vnitatis confessio. Per Dn̄m nostrum.

Pro cōmemo. Dominicę. Postcōmu.
Tantis Domine. folio 120.

DOMINICA PRIMA post Pentecosten. Introitus.

Ps. 12. 
Omine in tua misericordia speraui: exultauit cor meum in salutari tuo, cantabo Dño, qui bona tribuit mihi. Ps. Usquequo Domine obliuisceris me in finē? vsquequo auertis faciem tuā a me. ℣. Gloria. Oratio.

Deus in te sperantiū fortitudo, adesto propitius inuocationibus nostris: ꝛ q̄a sine te nihil potest mortalis infirmitas: prēsta auxiliū gratię tuę: vt i exequendis mandatis tuis, ꝛ voluntate tibi, ꝛ actione placeamus. Per Dominum.

¶ Ab hac die, vsq; ad Aduent. Dñi exclusiue, in Missa tā de tpe, q̄ de sanctis eodē tpe occurrētib⁹, excepto nisi sit duplex, vel infra oct. Secūda Oño dicit̄ ad poscenda suffragia sanctorū. Oremus.

A Cunctis nos, q̄s Dñe, mētis ꝛ corporis defende periculis: ꝛ intercedēte gloriosa virgine Dei genitrice Maria cū beatis Apl'is tuis Petro ꝛ Paulo, atq; beato N. ꝛ oib⁹ sanctis: salutē nobis tribue benignus ꝛ pacē, vt destructis aduersitatibus, ꝛ erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate.

Tertia vero Oño dicat̄ ad libitū sacerd.

Lectio Epist. beati Joannis Apostoli.

1. Joā. 4. Charissimi: Deus charitas est. In hoc apparuit charitas Dei i nobis, q̄m Filiū suū vnigenitū misit De⁹ in mūdū, vt viuam⁹ p eū. In hoc est charitas: nō quasi nos dilexerim⁹ Deū, sed quoniā ipse prior dilexit nos, ꝛ misit Filiū suū ꝓpitiationē ꝓ peccatis nr̄is. Charissimi, si sic De⁹ dilexit nos: ꝛ nos debem⁹ alterutrū diligere. Deū nemo vidit vnq̄uā. Si diligim⁹ inuicem, De⁹ in nobis manet, ꝛ charitas ei⁹ i nobis pfecta est. In hoc cognoscimus q̄m in eo manemus, ꝛ ipse in nobis: q̄m de Spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus, ꝛ testificamur quoniam Pater misit Filiū suū Saluatorē mundi. Quisquis cōfessus fuerit quoniā Jesus est Filius Dei, Deus in eo manet, ꝛ ipse in Deo. Et nos cognouimus, ꝛ credidimus charitati, quā habet Deus in nobis. Deus charitas est: ꝛ qui manet in charitate, in Deo manet, ꝛ De⁹ in eo. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscū, vt fiduciam habeamus in die iudicij: q̄a sicut ille est, ꝛ nos sumus in hoc mundo. Timor nō est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorē, q̄m timor pęnā habet. qui aūt timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deum, quoniā Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit quoniam diligo Deum, ꝛ fratrem suū oderit, mendax est. Qui enim nō diligit fratrem suū quem videt, Deum, quē non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus a Deo: vt qui diligit Deum, diligat ꝛ fratrem suum.

Grad. Ego dixi, Dñe miserere mei, sana aīam meā, q̄a peccaui tibi. ℣. Beatus vir q̄ intelligit sup egenū, ꝛ pauperē: i die mala liberabit eū Dñs. Alleluia, allel. Ps. 40.
℣. Uerba mea aurib⁹ percipe Domine: intellige clamorem meum, alleluia. Ps. 5.

Sequentia sancti Euang. sm̄ Lucam.



In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis: Estote misericordes sicut ꝛ pater vester misericors est. Nolite iudicare, ꝛ nō iudicabimini: nolite ꝯdēnare, ꝛ nō cōdēnabimini. Dimittite, ꝛ dimittemini. Date, ꝛ dabit̄ vobis: mensuram bonā, ꝛ confertā, ꝛ coagitatā, ꝛ supereffluentē dabūt in sinū vestrū. Eadē quippe mēsura, qua mēsi fueritis, remetietur vobis. Dicebat aūt illis ꝛ similitudinē: Numquid potest Cap. 6.

cęcus

cecus cecũ ducere: nõne ambo in foueã cadunt? Non est discipulus super magistrum: perfectus autem oĩs erit, si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autẽ, que in oculo tuo est, nõ consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater sine eijciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo: et tunc prospicies vt educas festucam de oculo fratris tui. Credo.

ps. 5. Offertorium. Intende voci orationis mee rex meus, et Deus meus: quoniam ad te orabo Domine. Secreta.

Hostias nostras, quesumus Domine, tibi dicatas, placatus assume: et ad perpetuũ nobis tribue prouenire subsidium. Per Dominum nostrum Jesũ Christum Filium tuũ: Qui tecum viuit, et regnat, in vnitate Spiritus sancti.

Alia Secreta.

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutem, a cunctis nos mentis et corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in presenti, et gloriam in futuro.

ps. 9. Commu. Narrabo omnia mirabilia tua: letabor, et exultabo in te, psallam nomini tuo Altissime. Postcommunio.

Tantis Domine repleti muneribus, presta quesumus: vt et salutaria dona capiamus, et a tua laude numquã cessemus. Per Dominum nostrum Jesũ Christum Filium tuum: Qui tecum.

Alia Postcommunio.

Mundet et muniat nos, quesumus Domine, diuini sacramenti munus oblatum: et intercedente beata Dei genitrice Maria: cum beatis Apostolis tuis Petro et Paulo, atque beato N. et omnibus sanctis: a cunctis nos reddat, et peruersitatibus expiatos, et aduersitatibus expeditos

IN SOLLEMNITATE
Sacratissimi Corporis Christi.



Introitus.

Cibauit eos ex adipe frumenti, alleluia: et de petra melle saturauit eos, alleluia, allel. allel. ps. 80. Ps. Exultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Jacob. V. Gloria Patri, et Filio. Oratio.

Deus, qui nobis sub sacramẽto mirabili, passionis tue memoriã reliquisti: tribue, quesumus, ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tue fructum, in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis et regnas cum Deo Patre, in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula.

Lect. Ep̃le B. Pauli Ap̃li ad Corint.

Fratres: Ego enim accepi a Domino quod et tradidi vobis, quoniam 1. cor. 11. Dñs Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panẽ, et gratias agẽs fregit, et dixit: Accipite, et manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite

cite in meã commemorationẽ. Similiter ⁊ calicem, postquã cęnauit, dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotiescũque bibetis, in meam cõmemorationem. Quotiescũque enim manducabitis panem hunc, ⁊ calicem bibetis: mortem Domini annunciabitis donec veniat. Itaqꝫ quicumqꝫ mãducauerit panem hunc, vel biberit calicẽ Domini indigne: reus erit corporis, ⁊ sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo: ⁊ sic de pane illo edat, ⁊ de calice bibat. Qui enim manducat, ⁊ bibit indigne, iudicium sibi manducat, ⁊ bibit: non dijudicans corpus Domini.

Graduale. Oculi omnium in te sperant Domine: ⁊ tu das illis escam in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam: ⁊ imples omne animal benedictione.

Alleluia, alleluia. ℣. Caro mea vere est cibus, ⁊ sanguis meus vere est potus: qui manducat meam carnem, ⁊ bibit meum sanguinem, in me manet, ⁊ ego in eo.

Sequentia.

Lauda Sion Saluatorẽ, lauda ducẽ ⁊ pastorẽ: in hymnis, ⁊ canticis.

Quantum potes, tantũ aude: quia maior omni laude, nec laudare sufficis.

Laudis thema specialis, panis viuus ⁊ vitalis, hodie proponitur.

Quem in sacrę mẽsa cęnę, turbę fratrum duodenę, datum non ambigitur.

Sit laus plena, sit sonora, sit iucunda, sit decora mentis iubilatio.

Dies enim sollẽnis agitur: in qua mensę prima recolitur huius institutio.

In hac mensa noui regis, nouum pascha nouę legis, phase vetus terminat.

Vetustatem nouitas, vmbram fugat veritas, noctem lux eliminat.

Quod in cęna Christus gessit, faciendũ hoc expressit in sui memoriam.

Docti sacris institutis, panem vinum in salutis consecramus hostiam.

Dogma datur Christianis, quod in carnem transit panis, ⁊ vinum in sanguinẽ.

Quod nõ capis, quod nõ vides, animosa firmat fides, pręter rerum ordinem.

Sub diuersis speciebus, signis tantum ⁊ non rebus, latent res eximię.

Caro cibꝰ, sanguis potus: manet tamen Christus totus sub vtraque specie.

A sumente non concisus, non confractus, non diuisus integer accipitur.

Sumit vnus, sumunt mille, quantũ isti, tantum ille: nec sumptus consumitur.

Sumunt boni, sumunt mali: sorte tamen inęquali, vitę vel interitus.

Mors est malis, vita bonis: vide paris sumptionis, quam sit dispar exitus.

Fracto demum sacramento, ne vacilles: sed memento, tantum esse sub fragmento, quantum toto tegitur.

Nulla rei fit scissura: signi tñ fit fractura qua nec statꝰ, nec statura signati minuit.

Ecce panis Angelorũ, factꝰ cibꝰ viatorũ: vere panis filiorũ, nõ mittendus canibus.

In figuris pręsignatur, cum Isaac immolatur: agnus paschę deputatur, datur manna patribus.

Bone pastor, panis vere, Iesu nostri miserere: tu nos pasce, nos tuere: tu nos bona fac videre, in terra viuentium.

Tu qui cuncta scis ⁊ vales: qui nos pascis hic mortales: tuos ibi commensales, coheredes, ⁊ sodales fac sanctorum ciuium. Amen. Alleluia.

Sequentia sancti Euang. sm Ioannem.

In illo tempore: Dixit Iesus turbis Cap. 6.
Iudęorũ: Caro mea vere est cibus: ⁊ sanguis meus vere est potus: qui manducat meã carnem, ⁊ bibit meum sanguinẽ, in me manet, ⁊ ego in illo. Sicut misit me viuens Pater, ⁊ ego viuo ꝑ Patrẽ: ⁊ q manducat me, ⁊ ipse viuet ꝓpter me. Hic est panis, qui de cęlo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri manna, ⁊ mortui sunt. Qui maducat hũc panem, viuet in ęternum. Credo.

Offertor. Sacerdotes Dñi incensum ⁊ Luc. 21.

panes offerunt Deo: & ideo sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius, alleluia. Secreta.

Ecclesię tuę, q̄s dñe, vnitatis & pacis propitius dona cócede: q̄ sub oblatis muneribꝰ mystice designant. Per d.

Prefatio. Quia per incarnati verbi mysterium noua mentis. &c. folio 80.

Et dicitur per totam octauam.

Cor. 2. Communio. Quotiescumq3 māducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortē Domini annunciabitis, donec veniat. Itaque quicumque manducauerit panem, & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis, & sanguinis Domini, alleluia. Postcommunio.

Fac nos, quęsumus Dñe, diuinitatis tuę sempiterna fruitione repleri quam pretiosi corporis & sanguinis tui, tēporalis perceptio prefigurat. Qui viuis, & regnas cū Deo Pře: in vnitate. &c.

¶ Infra octauam non fit de aliquo sancto, nisi fuerit duplex. In die Octauę nō fit nisi de festo sancti Joannis Baptiste, & sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, si occurrat: & tunc fit de festo cu3 cōmem. Octauę. Secunda Oratio infra Octauam De Sancta Maria.

Concede nos famulos tuos quęsumus.

Tertia. Ecclesię tuę quęsumus Dñe.

vel pro Papa. Deus omnium. fol. 108.

DOMINICA SECVNDA post Pentec. quę est infra Octauam Corporis Christi. Introitus.

Ecclesia  Factus est Dominus protector meus, & eduxit me in latitudinem: saluum me fecit, quonia3 voluit

ps 17. me. psalm. Diligam te Domine fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. ℣. Gloria Patri, & Filio, &c. Oratio.

Sancti nominis tui dñe timorē pariter & amorem fac nos habere perpetuū: q2 nūquā tua gubernatione destituis quos i soliditate tuę dilectionis instituis. Per Dñm nostrum Jesum Christum.

Deinde fit cōmemoratio de Octa. Corporis Chři tātū. Deus qui nobis. vt sup.

Lectio Eplę beati Joannis Apostoli.

Charissimi: Nolite mirari, si odit vos mūdus. Nos scimus, quoniā trāslati sumus de morte ad vita3, quonia3 diligimus fratres. Qui nō diligit, manet in morte: omnis, qui odit frattre3 suum, homicida est. Et scitis qm̄ omnis homicida nō habet vitam ęternā in se manentē. In hoc cognouimus charitate3 Dei, qm̄ ille pro nobis animā sua3 posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substātiā huius mundi, & viderit fratrē suū necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo: quomodo charita3 Dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate. 1. cap. 3.

Graduale. Ad dñm cum tribularer, clamaui: & exaudiuit me. ℣. Dñe, libera animā meā a labijs iniquis, & a lingua dolosa. Alleluia, alleluia. ℣. Dñe Deus, in te speraui, saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me, alleluia. ps 119. ps 7.

Sequentia sancti euangelij sm Lucam.



In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam fecit cęnam magnam, & vocauit multos. Et misit seruum suum hora cęnę dicere inuitatis vt venirent, quia iam parata sunt omnia. Et cęperunt omnes simul excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam: rogo te habe me excusatum. Et alter dixit: Juga boum emi quinque, & eo probare illa: rogo te habe me excusatum. Et alius dixit: Vxorem duxi: & ideo non Cap. 14

possum

possum venire. Et reuersus seruus nũciauit hec dño suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo: Exi cito in plateas, ꝛ vicos ciuitatis: ꝛ pauperes, ac debiles, ꝛ cecos, ꝛ claudos introduc huc. Et ait seruus: Domine, factum est vt imperasti, ꝛ adhuc locus est. Et ait dominus seruo: Exi in vias, ꝛ sepes: ꝛ compelle intrare, vt impleatur domus mea. Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cenam meam. Credo. Offertorium.

ps.6. Dñe conuertere, ꝛ eripe aiaꝫ meã, saluũ me fac propter misericordiã tuã. Secre.

Oblatio nos, que sumus Dñe, tuo nomini dicãda, purificet: ꝛ de die in diem ad celestis vite transferat actionem. Per Dominum nostrum. Communio.

ps.12. Cantabo Dño, qui bona tribuit mihi: ꝛ psallam nomini Dñi altissimi. Postcõ.

Sumptis muneribus sacris, quesumus Dñe: vt cum frequentatione mysterij, crescat nostre salutis effectus. Per Dominum nostrum Jesum. ꝛc.

DOMINICA TERTIA post Pentecosten. Introitus.

ps.24. 
Respice in me, ꝛ miserere mei Dñe: qm̃ vnicꝰ, ꝛ pauper sum ego: vide humilitateꝫ meam, ꝛ laborem meum: ꝛ dimitte oia peccata mea, Deus meus. ps. Ad te Domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam. ℣. Gloria patri. Oratio.

Protector in te sperantium Deus, sine quo nihil est validũ, nihil sanctuꝫ: multiplica super nos misericordiã tuam: vt te rectore, te duce, sic transeamus per bona temporalia, vt non amittamus eterna. Per Dñm nostrum Jesum Christũ. Deide A cũctis. f. 120. Tertia ad libitũ.

Lectio Ep̃le beati Petri Ap̃li.

1. Cap.5 Charissimi: Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis: omnem solicitudinem vestram proijcientes in eum, quoniam ipsi est cura de vobis. Sobrij estote, ꝛ vigilate: quia aduersarius vester diabolus, tãquam leo rugiens circuit, querens quem deuoret: Cui resistite fortes in fide: scientes eandem passionem ei, que in mundo est, vestre fraternitati fieri. Deus autem omnis gratie, qui vocauit nos in eternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. Ipsi gloria, ꝛ imperium in secula seculorum: Amen. Graduale.

Iacta cogitatum tuuꝫ in Dño: ꝛ ipse te enutriet. ℣. Dum clamarem ad Dñm, exaudiuit vocem meam ab his: qui appropinquant mihi. Alleluia, alleluia. ℣. ps.54.

Deus iustus, fortis, ꝛ patiens, numquid irascetur per singulos dies? alleluia. ps.7.

Sequentia sancti Euangelij sm Lucam.



In illo tempore. Erant appropinquantes Jesu publicani, ꝛ peccatores vt audirent illum. Et murmurabant Pharisei, ꝛ Scribe, dicentes: Quia hic peccatores recipit, ꝛ manducat cum illis. Et ait ad illos parabolã istã, dicens: Quis ex vobis homo, q̃ habet centum oues: ꝛ si pdiderit vnam ex illis, nõne dimittit nonagintanouẽ in deserto, ꝛ vadit ad illã, que perierat, donec inueniat eam? Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens: ꝛ veniens domum, conuocat amicos, ꝛ vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi quia inueni ouem meam, que perierat. Dico vobis quod ita gaudium erit in celo super vno peccatore penitentiam agente, quam super nonagintanouem iustis, qui non indigent penitentia Cap.15.

tia. Aut que mulier habẽs drachmas decem, si perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernam, et euerrit domum, et querit diligenter, donec inueniat? Et cũ inuenerit, cõuocat amicas, et vicinas, dicẽs: Cogratulamini mihi qꝛ inueni drachmã, quã pdiderã. Ita dico vobis, gaudiũ erit corã angelis Dei super vno peccatore penitentiã agente. Credo. Offertor.

Ps. 9. Sperẽt in te oẽs, qui nouerũt nomẽ tuũ Dñe: qm̃ nõ derelinqs querẽtes te: psallite Dño, qui habitat in Sion: qm̃ non est oblitus orationem pauperum. Secreta.

Respice, q̃sumus Dñe, munera supplicantis Ecclesie: et saluti credentium perpetua sanctificatione sumenda concede. Per Dominum nostrum.

Deinde Exaudi nos Deus salutaris noster. etc. vt supra. folio 120. Cõmunio.

Luc. 15. Dico vobis, gaudiũ est angelis Dei sup vno peccatore penitentiã agẽte. Poste.

Sancta tua Dñe nos sumpta viuificent: et misericordie sempiterne preparent expiatos. Per Dominum nr̃m.

Deinde Mundet, et muniat nos, quesumus Domine, vt supra. folio 120.

DOMINICA QVARTA post Pentecosten. Introitus.

Ps. 26. Dominus illuminatio mea et salus mea, quem timebo? Dñs defensor vite mee, a quo trepidabo? q tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, et ceciderunt. Ps. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. ℣. Gloria Patri, et Filio. Oratio.

Da nobis, quesumus Domine: vt et mundi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur: et Ecclesia tua tranquilla deuotione letetur. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. etc.

Deinde A cunctis nos, quesumus dñe. vt in prima Dominica. folio 120.

Lectio Ep̃le B. Pauli Ap̃li ad Rom.

Fratres: Existimo quod nõ sunt cõdigne passiones huius tẽporis ad futurã gloriã, que reuelabit in nobis. Nã expectatio creature, reuelationem filiorũ Dei expectat. Vanitati enĩ creatura subiecta est non volens, sed propter eum, qui subiecit eam in spe: quia et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis i libertatem glorie filiorum Dei. Scimus enim quod omnis creatura igemiscit, et parturit vsq; adhuc. Non solum autem illa, sed et nos ipsi primitias spiritus habẽtes: et ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorũ Dei expectantes, redẽptionem corporis nostri. In Christo Jesu Domino nostro. Cap. 8.

Graduale. Propitius esto Domine peccatis nostris: ne quando dicant gentes vbi est Deus eorũ? ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster, et propter honorem nominis tui Domine libera nos. Alleluia, alleluia. ℣. Deus, qui sedes super thronum, et iudicas equitatem: esto refugium pauperum in tribulatione, alleluia. Ps. 78.

Sequentia sancti Euangelij s̃m Lucam.



In illo tpe. Cum turbe irruerent in Jesum, vt audirent verbum Dei, et ipse stabat secus stagnum Genesareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant, et lauabant retia. Ascendens autem in vnam nauiũ, que erat Simonis, rogauit eum a terra reducere pusillũ. Et sedens docebat de nauicula turbas. Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altũ, et laxate retia vestra in capturam. Et rñdens Simon, dixit illi: Preceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cũ hoc fecissent, con- Cap. 5.

clauserunt

cluſerunt piſciū multitudinez copioſam,
rumpebatur autē rete eorum. Et annuerunt
ſocijs,qui erant in alia naui vt venirent, ⁊
adiuuarent eos. Et venerunt, ⁊ impleue-
runt ambas nauiculas ita vt pene merge-
rent. Quod cū videret Simō Petrus,
ꝓcidit ad genua Jeſu, dicens: Exi a me,
quia homo peccator ſum, Dñe. Stupor
enim circūdederat eum, ⁊ oēs,qui cuz il-
lo erant, in captura piſcium, quaz cepe-
rant. Similiter autem Jacobum, ⁊ Joan-
nē, filios Zebedei, qui erant ſocij Simo-
nis. Et ait ad Simonē Jeſus: Noli time-
re: ex hoc iam homines eris capiens. Et
ſubductis ad terram nauibus, relictis oī-
bus ſecuti ſunt eum. Credo. Offerto.
ps.12. Illumina oculos meos, ne vnq̄ obdor-
miam in morte: ne quādo dicat inimicus
meus, preualui aduerſus eum. Secreta.
Oblationibus nr̄is, q̄s Dñe, placare
ſuſceptis: ⁊ ad te nr̄as etiaz rebelles
cōpelle propitius voluntates. Per Do.
Deinde Exaudi nos. vt i j. Dñica. f. 120
ps.17. Communio. Dominus firmamentum
meum, ⁊ refugiuz meuz, ⁊ liberator meus,
adiutor meus. Poſtcommunio.
Myſteria nos, Dñe, q̄s, ſumpta puri
ficēt: ⁊ ſuo munere tueātur. Per D.
Deinde Mundet, ⁊ muniat. vt in prima
Dominica. folio 120.

DOMINICA QVINTA
poſt Pentecoſten. Introitus.

ps.26. Exaudi Dñe vocē meā,
qua clamaui ad te: adiu-
tor meꝰ eſto, ne derelin-
quas me: neque deſpi-
cias me Deus ſalutaris
Ibidem. meus. Ps. Dominus il-
luminatio mea, ⁊ ſalus mea: quem time-
bo? ℣. Gloria Patri. Oratio.
Deus, qui diligētibus te bona inuiſi-
bilia preparaſti: infunde cordibus
noſtris tui amoris affectum: vt te in omni-
bus, ⁊ ſuper omnia diligentes, promiſſio-

nes tuas, que omne deſiderium ſuperant,
conſequamur. Per Dominum noſtrum.
A cunctis nos. vt ſupra. folio 120.
Lectio Epiſtole beati Petri Apoſtoli.
Chariſſimi. Omnes vnanimes com- 1. cap. 3.
patientes, fraternitatis amatores,
miſericordes, modeſti, humiles: non
reddentes malum pro malo, nec maledi-
ctum pro maledicto, ſed e contrario be-
nedicentes: quia in hoc vocati eſtis, vt
benedictionem hereditate poſſideatis.
Qui enim vult vitam diligere, ⁊ dies vi-
dere bonos, coerceat linguam ſuam a ma
lo, ⁊ labia eius ne loquantur dolum: De- ps.32.
clinet a malo, ⁊ faciat bonum: inquirat pa-
cem, ⁊ ſequatur eam: Quia oculi Domi-
ni ſuper iuſtos, ⁊ aures eius in preces eo-
rum: Vultus autem Domini ſuper faciē-
tes mala. Et quis eſt qui vobis noceat, ſi bo
ni emulatores fueritis? Sed ⁊ ſi quid pa-
timini propter iuſtitiam, beati. Timorem
autem eorum ne timueritis, ⁊ non con-
turbemini. Dominum autem Chriſtum
ſanctificate in cordibus veſtris.
Graduale. Protector noſter aſpice Deꝰ ps.83.
⁊ reſpice ſup ſeruos tuos. ℣. Dñe Deus
virtutum exaudi preces ſeruorum tuorū.
Alleluia, alleluia. ℣. Dñe in virtute tua ps.20.
letabitur Rex: ⁊ ſuper ſalutare tuum exul-
tabit vehementer, Alleluia.
Sequentia ſancti Euang. ſm Mattheū.
In illo tpe. Di- Cap.5.



xit Jeſus diſcipu
lis ſuis: Amen dico
vobis: niſi abundaue-
rit iuſtitia veſtra pluſ-
quam Scribarum, ⁊
Phariſeorum, nō intra-
bitis in regnum celo-
rum. Audiſtis quia
dictum eſt antiquis:
Non occides: qui autem occiderit, reus
erit iudicio. Ego aūt dico vobis: quia om-
nis, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudi-
cio,

cio. Qui aūt dixerit fratri suo, raca: reus erit cōcilio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehennę ignis. Si ergo offers mun⁹ tuum ad altare, ⁊ ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, ⁊ vade prius reconciliari fratri tuo: ⁊ tūc veniens offeres munus tuum. Credo.

Ps. 15. Offertorium. Benedicam dn̄m, qui tribuit mihi intellectum: prouidebaz Deum in cōspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi ne commouear. Secreta.

Propitiare Domine supplicationibus nostris: ⁊ has oblationes famulorum famularumqꝫ tuaruꝫ benignus assume: vt quod singuli obtulerunt ad honorem nominis tui, cunctis proficiat ad salutem. Per Dominum nostrum. Deinde Exaudi nos. vt sup folio 120.

Ps. 26. Cōmu. Unam petij a Dn̄o, hanc requiram: vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitę meę. Postcōmunio.

Quos Domine cęlesti dono satiasti, presta quęsumus: vt a nostris mundemur occultis, ⁊ ab hostium liberemur insidijs. Per Dominum nostruꝫ Jesuꝫ. Deinde Mundet ⁊ mun. vt sup. f. 120.

DOMINICA SEXTA post Pentecosten. Introitus.

Ps. 27. 
Dominus fortitudo plebis suę: ⁊ ptector salutarium Chr̄i sui est: saluum fac populum tuuꝫ Dn̄e, ⁊ benedic hereditati tuę, ⁊ rege eos vs-
Ibidem. que in sęculuꝫ. Ps. Ad te Dn̄e clamabo: Deus meus ne sileas a me: nequando taceas a me, ⁊ assimilabor descendentibus in lacum. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Deus virtutum cuius est totum, qđ est optimum: insere pectoribus nostris amorem tui nominis, ⁊ presta in nobis religionis augmentum: vt quę sunt bona nutrias, ac pietatis studio, quę sunt nutrita, custodias. Per Dominum. Secunda Oratio. A cunctis. vt supra. folio 120. Tertia ad libitum.

Lectio Ep̄lę beati Pauli Ap̄l'i ad Rom.

Fratres. Quicumqꝫ baptizati sum⁹ in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortē: vt quomodo surrexit Christus a mortuis p gloriā Patris, ita ⁊ nos in nouitate vitę ambulemus. Si enim cōplantati facti sumuꝫ similitudini mortis eius: simul ⁊ resurrectionis erimus. Hoc sciētes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, ⁊ vltra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificat⁹ est a peccato. Si aūt mortui sumus cum CHRISTO: credimus quia simul etiam viuemus cum Christo: scientes quod Christus resurgens ex mortuiꝫ iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem viuit, viuit Deo. Ita ⁊ vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo, in Christo Jesu Domino nostro. Graduale. — Cap. 6.

Conuertere domine aliquantuluꝫ: ⁊ deprecare super seruos tuos. ℣. Domine refugium factus es nobis, a generatione in generationem. Alleluia, alleluia. — Ps. 89.

℣. In te Domine speraui, non confundar in ęternum: in iustitia tua libera me, ⁊ eripe me: inclina ad me aurem tuam, accelera vt eripias me, alleluia. — Ps. 30.

Sequentia sancti euangelij ſm Marcuꝫ.

In illo tpe. Cū turba multa esset cum Jesu, nec haberēt qđ manducarent: conuocatis discipulis, ait illis: Misereor super turbā: qa ecce iam triduo sustinēt me, nec habent quod manducent: ⁊ si dimisero eos ieiunos in domū suam, deficiēt in via: quidaꝫ eniꝫ ex eis de lōge venerūt. Et responderunt ei discipuli sui: vnde illos — Cap. 8.

quis

quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem. Et precepit turbe discumbere super terram. Et accipiens septem panes, gratias agens fregit, et dabat discipulis suis vt apponerent, et apposuerunt turbe. Et habebant pisciculos paucos: et ipsos benedixit, et iussit apponi. Et manducauerunt, et saturati sunt, et sustulerunt quod superauerat de fragmentis, septem sportas. Erant autem qui manducauerant, quasi quattuor millia: et dimisit eos. Credo.

Ps. 16. Offertorium. Perfice gressus meos ĩ semitis tuis, vt nõ moueãtur vestigia mea: inclina aurem tuam et exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te Domine. Secreta.

Propitiare Domine supplicationibus nostris: et has populi tui oblationes benignus assume: et vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, presta quesumus: vt, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Alia secreta. Exaudi. vt supra. fol. 120.

Ps. 16. Cõmunio. Circuibo, et immolabo in tabernaculo eius hostiam iubilationis: cantabo, et psalmum dicam Dño. Postcõ.

Repleti sumus Dñe muneribus tuis: tribue quesumus: vt eorum mundemur effectu, et muniamur auxilio. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Alia Postcõmunio. Mundet. fol. 120.

DOMINICA VII, post Pentecosten. Introitus.

Ps. 46. 
Omnes gentes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis. Ps. Quoniam Dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terram. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto, etc. Oratio.

Deus, cuius prouidẽtia in sui dispositione non fallitur: te supplices exoramus: vt noxia cuncta submoueas, et omnia nobis profutura concedas. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Secũda oõ. A cũctis. vt supra. fo. 120.

Lectio Epl'e B. Pauli Apl'i ad Rom.

Fratres. Humanũ dico, propter infirmitatem carnis vestre: sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditie, et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitie in sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitie. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorũ mors est. Nũc vero liberati a peccato, serui aũt facti Deo, habetis fructũ vestrum in sanctificationem, finem vero vitam eternam. Stipẽdia enim peccati mors. Gratia aũt Dei, vita eterna, in Chr̃o Jesu Dño nr̃o. Cap. 6.

Graduale. Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos. ℣. Accedite ad eum, et illuminamini: et facies vestre non confundentur. Alleluia, alleluia. ℣. Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis, alleluia. Ps. 33. Ps. 46.

Sequentia S. Euangelij s̃m Mattheum.

In illo tẽpore. Dixit Jesus discipulis suis: Attẽdite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: a fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autẽ arbor malos fructus facit. Nõ potest arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala fructus bonos facere: Omnis arbor, que nõ facit fructũ bonum, excidetur, et in ignẽ mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Nõ omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum celorum: sed qui facit voluntatẽ Patris mei, qui in celis est, Cap. 7.

ipse intrabit in regnum celorum. Credo.
Offertorium. Sicut in holocaustis arietum et taurorum, et sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi, quia non est confusio confidentibus in te Domine. Secreta.

Deus, qui legalium differentiam hostiarum vnius sacrificij perfectione sanxisti: accipe sacrificium a deuotis tuis famulis: et pari benedictione, sicut munera Abel, sanctifica: vt quod singuli obtulerunt ad maiestatis tue honorem, cunctis proficiat ad salutem. Per Dominum.
Alie Secrete, vt supra. folio 120.
Ps.30. Communio. Inclina aurem tuam, accelera, vt eruas me. Postcommunio

Tua nos Domine medicinalis operatio, et a nostris peruersitatibus clementer expediat, et ad ea, que sunt recta, perducat. Per Dominum nostrum.
Alie Postcommunio. vt supra. folio 120.

DOMINICA VIII. post Pentecosten. Introitus.

Ps.47. 
Uscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui: secundum nomen tuum Deus, ita et laus tua in fines terre: iustitia plena est dextera tua. Ps. Magnus Dominus, et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Largire nobis, quesumus Domine, semper spiritum cogitandi, que recta sunt, propitius et agendi: vt, qui sine te esse non possumus, secundum te viuere valeamus. Per Dominum nostrum.
Deinde, A cunctis. vt supra. fol. 120.
Lectio Epistole beati Pauli Apostoli ad Rom.

Cap.8. Fratres. Debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicumque enim spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba (Pater.) Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij Dei. Si autem filij, et heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi. Graduale.

Esto mihi in Deum protectorem, et in locum refugij, vt saluum me facias. ℣. Deus in te speraui, Domine non confundar in eternum. Alleluia, alleluia. ℣. Magnus Dominus et laudabilis valde: in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius, alleluia. Ps.30. Ps.47.
Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam erat diues, qui habebat villicum: et hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illum, et ait illi: Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tue: iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se: Quid faciam quia dominus meus aufert a me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam, vt, cum amotus fuero a villicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam: et sede cito, scribe quinquaginta. Deinde alij dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe litteras tuas, et scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico: facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt, cum defeceritis, recipiant vos in eterna tabernacula. Credo. Cap.16.

Offert.

ps.17. Offert. Populũ humilem saluum facies dñe, ꝛ oculos superboꝝ humiliabis, quoniã quis Deus pręter te dñe? Secreta.

SUscipe, q̃sumus Domine, munera, quę tibi de tua largitate deferimus: vt hęc sacrosancta mysteria, gratię tuę operante virtute, ꝛ pręsentis vitę nos cõuersatione sanctificent, ꝛ ad gaudia sempiterna perducant. Per Dominum.

Deinde, Exaudi nos. vt supra. f. 120.

ps.33. Communio. Gustate, ꝛ videte, quoniam suauis est Dominus: beatus vir qui sperat in eo. Postcommunio.

SIt nobis dñe reparatio mẽtis ꝛ corporis cęleste mysteriũ: vt cuius exequimur cultum, sentiamus effectũ. Per.

Deinde, Mundet ꝛ muni. vt sup. f. 120.

DOMINICA NONA post Pentecosten. Introitus.

ps.53. 

Ecce Deus adiuuat me: ꝛ Dominus susceptor est animę meę: auerte mala inimicis meis: ꝛ in veritate tua disperde illos, protector meus Domine. ps. Deus in nomine tuo saluum me fac: ꝛ in virtute tua libera me. ℣. Gloria Patri, Filio. Oratio.

PAteant aures misericordię tuę Dñe precibus supplicantium: ꝛ vt petẽtibus desiderata cõcedas, fac eos, quę tibi sunt placita, postulare. Per Dñm.

Secũda Orõ. A cũctis nos. vt su. 120.

Lectio ep̃lę B. Pauli Ap̃li ad Corint.

I.cap.10. FRatres. Non simus concupiscentes malorum, sicut ꝛ illi concupierunt: neque idololatrę efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmoduz scriptũ est: Sedit populus manducare, ꝛ bibere, ꝛ surrexerũt ludere. Neqꝫ fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, ꝛ ceciderunt vna die vigintitria millia. Neque tentemus Christum: sicut quidam eorum tentauerunt, ꝛ a serpẽtibus perierũt. Neque murmuraueritis, sicut quidam eorũ murmurauerunt, ꝛ perierunt ab exterminatore. Hęc autez omnia in figura cõtingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sęculorũ deuenerunt. Itaque, qui se existimat stare, videat ne cadat. Tẽtatio vos non apprehendat nisi humana: fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id, qđ potestis, sed faciet etiam cũ tẽtatione prouentuz vt possitis sustinere. Gradua.

Dñe Dñs noster, quam admirabile est ps.8. nomen tuum in vniuersa terra! ℣. Quoniam eleuata est magnificentia tua super cęlos. Alleluia, alleluia. ℣. Eripe me de ps.17. inimicis meis Deus meus, ꝛ ab insurgentibus in me libera me, Alleluia.

Sequentia sancti euangelij s̃m Lucam.

IN illo tempore. Cum appropinqua- Cap.19 ret Jesus Jerusalem, videns ciuitatem fleuit super illaz, dicens: Quia si cognouisses ꝛ tu, ꝛ quidem in hac die tua, quę ad pacez tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: ꝛ circũdabunt te inimici tui vallo, ꝛ circumdabunt te: ꝛ coangustabunt te vndique: ꝛ ad terram prosternent te, ꝛ filios tuos, qui in te sunt, ꝛ non relinquent in te lapidem super lapidem: eo quod non cognoueris tempus visitationis tuę. Et ingressus in templum, cępit eijcere vendentes in illo, ꝛ ementes, dicens illis: Scriptum est: Quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo. Credo. Offertorium.

IUstitię domini rectę, lętificãtes corda, ps.18. ꝛ iudicia eius dulciora super mel ꝛ fauum: nam ꝛ seruus tuus custodit ea. Secreta.

COncede nobis, quęsumus Domine, hęc digne frequẽtare mysteria: quia quoties huius hostię commemoratio celebratur, opus nostrę redemptionis exercetur. Per Dominum nostrum.

Secunda

Secūda Sec. Exaudi nos. vt su. f. 120.

Ioā. 6. Cōmunio. Qui mādu cat meam carnem, & bibit meum sanguinem: in me manet, & ego in eo, dicit Dominus. Postcōmu.

Tui nobis, quęsumus Domine, cōmunio sacramenti, & purificationem conferat, & tribuat vnitatem. Per Dominum nostrum Jesum Christum. &c.

Secunda Postcommunio. Mundet, & muniat. vt supra. folio 120.

DOMINICA DECIMA post Pentecosten. Introitus.

Ps. 54. Dum clamarem ad Dominum, exaudiuit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi: & humiliauit eos, qui est ante secula, & manet in ęternum: iacta cogitatum tuum in do-

Ibidem. mino, & ipse te enutriet. Ps. Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me. ℣. Gloria Patri, & Filio. Oratio.

Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maxime, & miserando manifestas: multiplica super nos gratiam tuam: vt, ad tua promissa currentes, cęlestiū bonorum facias esse consortes. Per Dominum nostrum Jesum Christum. &c.

Alia Oratio. A cūctis nos. vt su. f. 120.

Lect. ep̄le beati Pauli Ap̄li ad Corint.

1. Cor. 12 Fratres. Scitis quoniam cum Gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini euntes. Ideo notum vobis facio, quod nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu. Et nemo potest dicere, Dñs Jesus, nisi in Spiritu sancto. Diuisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad vtilitatē. Alij quidem per Spiritū datur sermo sapiētię: alij autem sermo scientię secundum eundē Spiritum: alteri fides in eodem Spiritu: alij gratia sanitatum in vno Spiritu: alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Hęc autem omnia operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens singulis prout vult. Graduale.

Custodi me Domine, vt pupillam oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me. ℣. Ps. 16. De vultu tuo iudicium meū prodeat: oculi tui videant ęquitatem. Alleluia, allelu. ℣. Te decet Hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Jerusalem, allelu.

Sequentia sancti Euangelij s̄m Lucam.

In illo tēpore. Dixit Jesus ad quosdam, qui in se confidebant tamquam iusti, & aspernabantur ceteros, parabolam istam: Duo homines ascenderunt in templum vt orarent: vnus Pharisęus, & alter publicanus. Pharisęus stans, hęc apud se orabat: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum: raptores, iniusti, adulteri: velut etiā hic publicanus. ieiuno bis in sabbato: decimas do omnium, quę possideo. Et publicanus a longe stans, nolebat nec oculos ad cęlū leuare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis: descendit hic iustificatus in domum suam ab illo, quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Credo. Offertorium. Cap. 18.

Ad te Dñe leuaui animam meam: Deus meus in te confido, nō erubescā: neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi, qui te expectant, non confundentur. Secre. Ps. 24.

Tibi Dñe sacrificia dicata reddantur: quę sic ad honorem nominis tui deferenda tribuisti: vt eadem remedia fieri nostra pręstares. Per Dominum nostr.

Alia Secreta Exaudi nos. vt su. f. 120.

Communio. Acceptabis sacrificium iustitię, Ps. 50.

stitię, oblationes, ꝛ holocausta, super altare tuum domine. Postcommunio.

Quesumus domine Deus noster: vt quos diuinis reparare non desinis sacramentis, tuis non destituas benign⁹ auxilijs. Per Dominum nostrum.

Alia Postcommunio. Mundet ꝛ muniat. vt supra. folio 120.

DOMINICA XI.
post Pentecosten. Introitus.

Ps. 67. Deus i loco sancto suo: De⁹, qui inhabitare facit vnanimes in domo: ipse dabit virtutem ꝛ fortitudinem plebi suę. Ps. Exurgat De⁹ ꝛ dissipentur inimici eius: ꝛ fugiāt qui oderūt eum, a facie eius. ℣. Gloria Patri. Oro.

Omnipotens sempiterne Deus, qui abundātia pietatis tuę, ꝛ merita supplicum excedis, ꝛ vota: effunde super nos misericordiam tuam: vt dimittas quę cōscientia metuit, ꝛ adijcias quod oratio non pręsumit. Per Dominum nostrum Iesū Christum filium tuum: Qui tecum.

Alia oratio. A cūctis. vt sup. folio 120.

Lectio Ep̄l'ę B. Pauli Ap̄l'i ad Corin.

1.Co.15. Fratres. Notuȝ vobis facio Euāgelium, quod pręd icaui vobis, quod ꝛ accepistis, in quo ꝛ statis, per quod ꝛ saluamini: qua ratione pręd icauerim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis quod ꝛ accepi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secunduȝ Scripturas: ꝛ quia sepult⁹ est, ꝛ quia resurrexit tertia die secundū Scripturas: ꝛ quia visus est Cephę, ꝛ post hoc vndecim: Deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent vsque adhuc, quidam autem dormierunt: Deinde visus est Iacobo, deinde Apostolis omnibus: Nouissime autem omnium tāquā abortiuo, visus est ꝛ mihi. Ego enim suȝ minim⁹ Apostoloꝝ, qui nō sū dignus vocari Apostolus, qm̄ psecut⁹ sum Ecclesiā Dei. Gratia autē Dei suȝ id, quod sum, ꝛ gratia eius in me vacua non fuit.

Graduale. In Deo sperauit cor meuȝ, ꝛ adiutus sum: ꝛ refloruit caro mea, ꝛ ex voluntate mea confitebor illi. ℣. Ad te domine clamaui: Deus ne sileas: ne discedas a me. Alleluia, alleluia. ℣. Exultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob: sumite psalmum iucundum cum cithara, alleluia. Ps. 27. Ps. 80.

Sequentia sancti Euāgelij sm̄ Marcuȝ.

In illo tempore. Exiens Iesus de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilęę inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei surdū, ꝛ mutū, ꝛ deprecabant̄ eū, vt imponat illi manū. Et apprehēdēs eū de turba seorsuȝ, misit digitos suos in auriculas eius: ꝛ expuēs, tetigit linguā eius: ꝛ suspiciens in cęlū, ingemuit, ꝛ ait illi: Ephpheta, quod est adaperire. Et statiȝ apertę sunt aures eius, ꝛ solutum est vinculū linguę eius, ꝛ loquebat̄ recte. Et p̄cepit illis ne cui dicerēt. Quanto aūt eis pręcipiebat, tanto magis plus prędicabant: ꝛ eo amplius admirabant̄, dicētes: Bene omnia fecit: ꝛ surdos fecit audire, ꝛ mutos loqui. Credo. Offerto. Cap. 7.

Exaltabo te domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me: dn̄e clamaui ad te, ꝛ sanasti me. Secr.

Respice, domine, quęsumus, ad nostram propitius seruituteȝ, vt quod offerimus, sit tibi munus acceptum, ꝛ sit nostrę fragilitatis subsidium. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Alię secretę, vt supra. folio 120. Cōmu.

Honora dominum de tua substātia, ꝛ de primitijs frugum tuarum, ꝛ implebuntur areę tuę saturitate, ꝛ vino torcularia redundabunt. Postcommunio.

Sentiamus, quęsumus dn̄e, tui perceptione sacramēti subsidiū mentis

ꝛ cor-

ꝛ corporis: vt in vtroque saluati, cęlestis remedij plenitudine gloriemur. Per do. Aliȩ Postcommunio. vt supra. fol. 120.

DOMINICA XII.
post Pentecosten. Introitus.

ps. 69. DEus in adiutoriũ meum intende: Domine ad adiuuandum me festina: confundantur ꝛ reuereantur inimici mei, qui quęrunt animam meam. ps. Auertantur retrorsum, ꝛ erubescant: qui volunt mihi mala. ℣. Gloria Patri, ꝛ Filio. ꝛc. Oratio.

OMnipotẽs, ꝛ misericors Deus, de cuius munere venit, vt tibi a fidelibus tuis digne ꝛ laudabiliter seruiat: tribue nobis, quęsumus: vt ad promissiones tuas sine offensione curramus. Per Do. Secunda Oratio. A cũctis. vt in prima Dominica. folio 120.

Lectio ep̃lę B. Pauli Ap̃li ad Corint.

2. Cap. 3 FRatres. Fiduciam talem habemus per Christũ ad Deum: non ꝙ sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est: qui ꝛ idoneos nos fecit ministros noui testamenti: non littera, sed Spiritu: littera enim occidit, Spiritus autem viuificat. Quod si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non possent intendere filij Israel in faciem Moysi propter gloriam vultus eius, quę euacuatur: quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est: multo magis abundat ministerium iustitię in gloria. Graduale.

ps. 33. Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. In Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, ꝛ lętentur. Alleluia, alleluia.

ps. 87. ℣. Domine Deus salutis meę, in die clamaui ꝛ nocte coram te, Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij s̃m Lucam.



IN illo tẽpore. Dixit Jes⁹ discipulis suis: Bti oculi, qui vident q̃ vos videtis. Dico enim vobis, ꝙ multi prophetę, ꝛ reges voluerunt videre q̃ vos videtis, ꝛ nõ viderunt: ꝛ audire q̃ auditis, ꝛ non audierunt. Cap. 10

Et ecce qdã Legisperit⁹ surrexit tẽtãs illũ, ꝛ dicẽs: Magister, qd faciẽdo vitã ęternã possidebo? At ille dixit ad eũ: In lege qd scriptum est? quomodo legis? Ille respõdẽs dixit: Diliges Dñm Deũ tuũ ex toto corde tuo, ꝛ ex tota anima tua, ꝛ ex oĩbus viribus tuis, ꝛ ex oĩ mẽte tua: ꝛ proximũ tuũ sicut teipsum. Dixitq; illi: Recte respõdisti: hoc fac, ꝛ viues. Ille aũt volẽs iustificare seipsum, dixit ad Jesum: Et qs est meus ꝓxim⁹? Suscipiẽs autẽ Jesus, dixit: Homo qdã descẽdebat ab Jerusalẽ in Jericho, ꝛ incidit in latrones, qui etiã despoliauerũt eũ: ꝛ plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Accidit autẽ vt sacerdos qdã descẽderet eadẽ via: ꝛ viso illo ꝓteriuit. Similiter ꝛ Leuita, cũ esset sec⁹ locum, ꝛ videret eũ, ꝑtrãsijt. Samaritan⁹ aũt qdã iter faciẽs, venit secus eũ: ꝛ vidẽs eũ, misericordia mot⁹ est. Et appropians alligauit vulnera eius, ĩfundẽs oleũ, ꝛ vinũ: ꝛ ĩponẽs illũ ĩ iumẽtũ suũ, duxit in stabulũ, ꝛ curã ei⁹ egit. Et altera die ꝓtulit duos denarios, ꝛ dedit stabulario, ꝛ ait: Curã illi⁹ habe: ꝛ quodcũq; supererogaueris, ego cũ rediero reddam tibi. Quis horũ triũ videt̃ tibi ꝓxim⁹ fuisse illi, q incidit ĩ latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiã in illum. Et ait illi Jesus: Vade, ꝛ tu fac similiter. Credo. Offertorium.

PRecatus est Moyses in cõspectu Domini Dei sui, ꝛ dixit: Quare Dñe irasceris in populo tuo: parce irę aię tuę: memento Exo. 32.

mento Abraham, Isaac, & Jacob, quib⁹ iurasti dare terram fluentem lac & mel: & placatus est Dñs de malignitate, quam dixit facere populo suo. Secreta.

Hostias, quę sumus Dñe, propitius intende, quas sacris altaribus exhibemus: vt nobis indulgentiam largiendo, tuo nomini dent honorem. Per Dominũ.

Secunda Secreta.

Exaudi nos Deus salutaris nr̃: vt p huius sacramẽti virtutem: a cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis: gratiã tribuẽs i pñ̃senti, & gloriã in futuro.

ps. 103. Cõio. De fructu operũ tuorũ Dñe satiabit terra: vt educas panẽ de terra, & vinum lętificet cor hoĩs: vt exhilaret faciẽ i oleo, & panis cor hominis confirmet. Postcõ.

Viuificet nos, q̃s Dñe, hui⁹ participatio sancta mysterij: & pariter nobis expiationẽ tribuat, & munimen. Per.

Secunda Postcommunio.

Muniat, & muniat nos, q̃s Dñe, diuini sacramenti munus oblatũ: & intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos.

DOMINICA XIII.
post Pentecosten. Introitus.

ps. 73. 
Respice Dñe in testamẽtũ tuũ, & aĩas pauperũ tuorũ ne derelinquas in finem: exurge Dñe, & iudica causam tuam: & ne obliuiscaris voces quęrentium te.

ps. 73. Ps. Ut quid Deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascuę tuę? ℣. Gloria Patri. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, da nobis fidei, spei, & charitatis augmentum: & vt mereamur assequi quod pmittis, fac nos amare quod pręcipis. Per Dñm.

Alia oĩo A cũctis. vt in ij. dnica. fo. 120.

Lect. ep̃le beati Pauli Ap̃li ad Galat.

Fratres. Abrahę dictę sunt pmissiones, & semini ei⁹. Nõ dicit: Et seminib⁹, q̃si in multis: sed q̃si in vno: Et semini tuo, qui est Chr̃s. Hoc aũt dico, testamentũ cõfirmatũ a Deo: q̃ post quadringentos & triginta annos facta est Lex, nõ irritũ facit ad euacuãdã pmissionem. Nã si ex lege hereditas, iã nõ ex pmissione. Abrahę aũt p repromissionem donauit Deus. Quid igitur lex? Propter trãsgressiones posita est donec veniret semen, cui pmiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator aũt vnius non est: Deus aũt vnus est. Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si enĩ data esset lex, q̃ posset viuificare, vere ex lege esset iustitia. Sed cõclusit scriptura oĩa sub peccato, vt pmissio ex fide Jesu Chr̃i daret credentib⁹. Cap. 3.

Graduale. Respice Domine in testamẽtum tuum: & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. ℣. Exurge Dñe, & iudica causam tuam: memor esto opprobrij seruorum tuorum. Alleluia, alleluia. ps. 73.

℣. Domine refugium factus es nobis a generatione in generationem, alleluia. ps. 89.

Sequentia sancti Euangelij fm Lucam.



In illo tempore. Dum iret Jesus in Jerusalem, transibat per mediam Samariam, & Galilęam. Et cũ ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt a longe: & leuauerunt vocem, dicẽtes: Jesu pceptor, miserere nostri. Quos vt vidit, dixit: Ite, ostẽdite vos sacerdotibus. Et factum est, dũ irent, mũdati sunt. Unus autem ex illis, vt vidit quia mundatus est, regressus est, cum magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens: Et hic Cap. 17.

hic erat Samaritanus. Respondens autẽ Jesus, dixit: Nõne decem mundati sunt? ꝛ nouem vbi sunt? Non est inuentus: qui rediret, ꝛ daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade: quia fides tua te saluum fecit. Credo. Offert.

Ps. 30. In te speraui Dñe: dixi, tu es De⁹ me⁹, in manibus tuis tempora mea. Secreta.

Propitiare, q̃s Dñe, populo tuo, propitiare muneribus: vt hac oblatione placatus, ꝛ indulgentiam nobis tribuas, ꝛ postulata concedas. Per Dominum.

Aliẹ secretẹ, vt in prima Dñica. f. 120.

Sap. 16. Cõmunio. Panem de cẹlo dedisti nobis Dñe, habentẽ omne delectamentũ, ꝛ omnem saporem suauitatis. Postcommu.

Sumptis Dñe cẹlestib⁹ sacramentis, ad redemptionis ẹternẹ, quẹsumus, proficiamus augmẽtum. Per Dominũ.

Aliẹ Postcõ. vt in j. Dominica. fol. 120.

DOMINICA XIIII. post Pentecosten. Introitus.

Ps. 83. Protector noster aspice De⁹, ꝛ respice in faciem Chr̃i tui: quia melior est dies vna i atrijs tuis super millia. Ibidem. Ps. Quam dilecta tabernacula tua Dñe virtutum: concupiscit, ꝛ deficit aĩa mea in atria Dñi. ℣. Gloria pat. Oratio.

Custodi, q̃sumus Dñe, Ecclesiam tuã propitiatione perpetua: ꝛ quia sine te labitur humana mortalitas, tuis semper auxilijs ꝛ abstrahatur a noxijs, ꝛ ad salutaria dirigatur. Per Dominum.

Deinde Acũctis. vt j. Dñica. fol. 120.

Lect. ep̃lẹ beati Pauli Ap̃li ad Galat.

Cap. 5. Fratres: Spiritu ambulate, ꝛ desideria carnis non pficietis. Caro enim cõcupiscit aduersus spiritũ: spiritus autẽ aduersus carnẽ: hẹc enim sibi inuicem aduersãt̃: vt nõ q̃cũq; vultis, illa faciatis. Qđ si spũ ducimini, nõ estis sub lege. Manifesta aũt sunt opa carnis: q̃ sunt fornicatio, immũditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiẹ, cõtentiones, ẹmulationes, irẹ, rixẹ, dissẽsiones, sectẹ, inuidiẹ, homicidia, ebrietates, comessationes, ꝛ his similia, quẹ prẹdico vobis, sicut pdixi: qm̃ q talia agũt, regnũ Dei nõ ꝯsequẽt̃. Fruct⁹ aũt Spũs ẽ: charitas: gaudiũ, pax, patiẽtia, benignitas, bonitas, lõganimitas, mãsuetudo, fides, modestia, ꝯtinẽtia, castitas. Aduersus huiusmodi nõ est lex. Qui aũt sũt Chr̃i, carnẽ suã crucifixerũt cũ vitijs, ꝛ ꝯcupiscentijs. Grad.

Bonũ est ꝯfidere in Dño quã ꝯfidere in homine. Ps. 117. ℣. Bonum est sperare in Dño, quam sperare in principibus. Alleluia, alleluia. ℣. Venite, exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro, alleluia. Ps. 94.

Sequentia S. Euangelij sm̃ Matthẹum.



In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odio habebit, ꝛ alterũ diliget: aut vnũ sustinebit, ꝛ alteru; cõtemnet. Non potestis Deo seruire, ꝛ mammonẹ. Ideo dico vobis, ne soliciti sitis animẹ vestrẹ quid manducetis, neq; corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca: ꝛ corpus plus quam vestimentum? Respicite volatilia cẹli, quoniam non serunt, neque metunt, neq; congregant in horrea: ꝛ Pater vester cẹlestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitans potest adijcere ad staturã suam cubitum vnum? Et de vestimento quid soliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt: non laborant, neq; nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Si autem fẹnum agri, Cap. 16.

quod

quod hodie est, et cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quãto magis vos modice fidei? Nolite ergo soliciti esse, dicẽtes: Quid mãducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? hec enim oĩa gentes inquirunt. Scit enim pater vester celestis, quia his omnibus indigetis. Querite ergo primum regnum Dei, et iustitiam eius: et hec omnia adiicientur vobis. Credo.

Ps. 33. Offerto. Immittit angelus Dñi in circuitu timentiũ eũ, et eripiet eos: gustate, et videte, quoniam suauis est Dñs. Secre.

Concede nobis, quesumus Domine: vt hec hostia salutaris, et nostrorum fiat purgatio delictorum, et tue propitiatio potestatis. Per Dominum. Deinde Exaudi nos Deus salutaris. vt in prima Dominica. folio 120.

Matt. 6. Cõm. Primum querite regnũ Dei: et omnia adiicientur vobis, dicit Dñs. Postc.

Purificent semper, et muniant tua sacramẽta nos Deus: et ad perpetue ducant saluationis effectum. Per Dñm. Deinde Mundet, et muniat nos. etc. vt in prima Dominica. folio 120.

DOMINICA XV. post Pentecosten. Introitus.

Ps. 85. Inclina Dñe aurem tuã ad me, et exaudi me: saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te: miserere mei Domine, qm̃ ad te clamaui tota die. Ps. Letifica aĩam serui tui: quia ad te Domine animam meam leuaui. ℣. Gloria patri, et filio. etc. Oratio.

Ecclesiam tuam Dñe miseratio cõtinuata mundet et muniat: et quia sine te non potest salua consistere, tuo semper munere gubernetur. Per Dñm nostrũ. Deinde Orõ. A cunctis nos quesumus Domine. vt in prima Dominica. fo. 120.

Lect. Eplẽ B. Pauli Apli ad Galat.

Cap. 5. Fratres: Si spiritu viuimus, spiritu et ambulemus. Non efficiamur inanis glorie cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Fratres, et si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum ne et tu tenteris. Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legẽ Christi. Nam siquis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Opus autem suum probet vnusquisque, et sic in semetipso tantum gloriam habebit, et non in altero. Vnusquisque enim onus suum portabit. Communicet autem is, qui catechizatur verbo, ei, qui se catechizat in omnibus bonis. Nolite errare: Deus non irridetur. Que enim seminauerit homo, hec et metet. Qm̃ qui seminat in carne sua, de carne et metet corruptionem: qui aũt seminat in spiritu, de spiritu metet vitam eternã. Bonũ aũt faciẽtes, nõ deficiamus: tpe enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Cap. 6.

Gradua. Bonum est confiteri Domino: et psallere nomini tuo altissime. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctem. Alla, alla. Ps. 91.

℣. Quoniam Deus magnus Dñs, et rex magnus super omnem terram, alleluia. Ps. 94.

Sequentia sancti Euangelij sm Lucam.



In illo tpe: Ibat Iesus in ciuitatẽ, que vocatur Naim: et ibant cũ illo discipuli eius, et turba copiosa. Cum autem appropinquaret porte ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris sue: et hec vidua erat: et turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit, et tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterunt. Et ait: Adolescens Cap. 7.

tibi

tibi dico, surge. Et resedit q erat mortuus, & cepit loqui. Et dedit illu3 matri suę. Ac cepit autem omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suam. Credo. Offerto.

Ps 39. Expectans expectaui dominu3, & respexit me: & exaudiuit deprecationē meam, & immisit in os meum canticum nouum, hymnum deo nostro. Secreta.

Tua nos Dñe sacramēta custodiāt, & cōtra diabolicos semper tueantur incursus. Per Dominum nostrum. Deinde. Exaudi nos De⁹ salutaris. &c. vt in prima Dominica. folio 120.

Joan. 6. Communio. Panis, quem ego dedero, caro mea est pro sęculi vita. Postcōm.

Mentes nr̃as & corpora possideat, quęsumus Dñe, doni cęlestis operatio: vt non nr̃ sensus in nobis, sed eius iugiter pueniat effectus. Per Dominū. Deinde Mūdet & muniat nos quęsumus Dñe. vt in prima Dominica. folio 120.

DOMINICA XVI. post Pentecosten. Introitus.

Ps. 85. 

Miserere mei Domine, quoniam ad te clamaui tota die: quia tu Domine suauis ac mitis es, & copiosus i misericordia omnibus inuocantibus te. psalm. Inclina Domine aurem tuam mihi, & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Tua nos, quęsumus Dñe, gratia semp pręueniat & sequat: ac bonis operibus iugiter pręstet esse intentos. Per. Alia Or. A cūctis. vt in j. Dñica. f. 120.

Lectio ep̃lę B. Pauli Ap̃li ad Ephes.

Cap. 3. Fratres: Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: quę est gloria vestra. Huius rei gratia, flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in cęlis, & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias glorię suę, virtutem, corroborari per Spiritum eius in interiori homine: habitare Christum per fidem in cordibus vestris: in charitate radicati, & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quę sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundu3: scire etiā supereminentē sciētię charitatē Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei autem, qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus, aut intelligimus, secundum virtutem, quę operatur in nobis: Ipsi gloria in Ecclesia, & in Christo Jesu in omnes generationes sęculi sęculoru3. Amē.

Graduale. Timebūt gentes nomē tuum Ps 101. Dñe: & omnes reges terrę gloriam tua3. ℣. Quonia3 ędificauit Dñs Sion: & videbitur in maiestate sua. Alleluia, allelu. ℣. Cantate Domino canticū nouū: quia Ps 97. mirabilia fecit Dominus, alleluia.

Sequentia sancti Euangelij sm Lucam.



In illo tempore: Cap. 14. Cu3 intraret Jesus in domū cuiusda3 principis Pharisęoru3 sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quida3 hydropicus erat ante illum. Et respondens Jesus dixit ad Legisp̃itos, & Pharisęos, dicēs: Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensū sanauit eu3, ac dimisit. Et respondens ad illos, dixit: Cui⁹ vestrū asinus, aut bos in puteum cadet, & nō continuo extrahet illu3 die sabbati? Et nō poterāt ad hęc respondere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo, & veniens is, qui

te ꝛ illũ vocauit, dicat tibi: Da huic locũ: ꝛ tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco: vt, cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus: quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur: ꝛ qui se humiliat, exaltabitur. Credo.

ps. 39. Offertorium. Domine in auxilium meum respice: confundantur, ꝛ reuereantur qui quęrunt animam meam, vt auferant eam: domine in auxilium meum respice.

Secreta.

Munda nos, quęsumus Domine, sacrificij pręsentis effectu: ꝛ perfice miseratus in nobis, vt eius mereamur esse participes. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tec.

Alia Secreta.

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutem, a cunctis nos mentis ꝛ corporis hostibus tuearis: gratiam tribuens in pręsenti, ꝛ gloriam in futuro. Communio.

ps. 70. Domine, memorabor iustitię tuę solius: Deus docuisti me a iuuentute mea, ꝛ vsque in senectam ꝛ senium, Deus ne derelinquas me. Postcommunio.

Purifica, quęsumus, Domine, mentes nostras benignus, ꝛ renoua cęlestibus sacramentis: vt consequēter animarum ꝛ corporum, pręsens, pariter ꝛ futurum capiamus auxilium. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, ꝛ regnat. ꝛc.

Alia Postcommunio.

Mundet, ꝛ muniat nos, quęsumus Domine, diuini sacramenti munus oblatum: ꝛ intercedente beata Virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro ꝛ Paulo, atque beato N. ꝛ omnibus sanctis: a cunctis nos reddat ꝛ peruersitatibus expiatos, ꝛ aduersitatibus expeditos.

M. Rom.

DOMINICA XVII. post Pentecosten. Introitus.



Iustus es Domine, ꝛ rectũ iudicium tuum: fac cum seruo tuo secundũ misericordiam tuam. ps. 119.
ps. Bti immaculati in via: q ambulant in lege Domini. ℣. Gloria Patri. Oratio. 3b Reg.

Da, quęsum⁹ Domine, populo tuo diabolica vitare contagia: ꝛ te solũ Deum pura mente sectari. Per Dñm.

Alia Oro. A cũctis. vt in j. Dñica. 120.

Lect. Epłę B. Pauli Apłi ad Ephes.

Fratres: Obsecro vos ego vinctus in Dño, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum oĩ humilitate, ꝛ mãsuetudine, cũ patientia, supportantes inuicẽ in charitate, solicitị seruare vnitatẽ Spũs in vinculo pacis. Unũ corpus, ꝛ vnus Spiritus sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrę. Unus Dominus, vna fides, vnum baptisma. Unus Deus ꝛ Pater omnium, qui est super omnes, ꝛ per omnia, ꝛ in omnibus nobis. Qui est benedictus in sęcula sęculorum. Amen. Cap. 4.

Graduale. Beata gens cuius est Dominus, Deus eorum: populus quem elegit Dominus in hereditatem sibi. ℣. Uerbo Domini cęli firmati sunt: ꝛ spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alleluia, alleluia. ℣. Domine exaudi orationem meã, ꝛ clamor meus ad te perueniat, alleluia. ps. 32. ps. 101.

Sequẽtia sancti Euang. sm Mattheum.



In illo tpe: Accesserunt ad Jesum Pharisei: ꝛ interrogauit eũ vnus ex eis Legis doctor, tẽtans eum: Magister, qđ est mãdatũ magnũ in Lege? Ait illi Jesus: Diliges Dñm Deũ tuũ ex toto corde tuo, ꝛ ex tota aĩa tua, ꝛ ex tota mente tua. Hoc est Cap. 22. Deut. 6.

maximum, et primum mandatum. Secū-
dum autē simile est huic: Diliges proxi-
mum tuum, sicut teipsum. In his duo-
bus mandatis vniuersa lex pendet, et pro-
phetę. Congregatis autem Phariseis,
interrogauit eos Jesus, dicēs: Quid vo-
bis videtur de Christo? cuius filius est?
Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo
ergo Dauid in spiritu vocat eum domi-
Ps 109. num, dicens: Dixit Dominus Domino
meo: sede a dextris meis, donec ponam
inimicos tuos scabellum pedum tuorū?
Si ergo Dauid vocat eum Dominum,
quomodo filius eius est? et nemo poterat
ei respondere verbum: neque ausus fuit
quisquam ex illa die eum amplius inter-
rogare. Credo.
Dan. 9. Offert. Oraui Dominum Deū meū ego
Daniel, dicens: exaudi Dñe pces serui
tui: illumina faciē tuā super sanctuariū
tuū: et propitius intende populū istū, sup
quē inuocatū est nomē tuū Deus. Secr.
Maiestatem tuā Domine suppliciter
deprecamur: vt hęc sancta quę ge-
rimus, et a pręteritis delictis nos exuant,
et futuris. Per Dominum nostrum.
Alię secretę, vt in prima Dñica. fol. 120.
Ps. 75. Commun. Vouete, et reddite Domino
Deo vestro omnes, q in circuitu eius af-
fertis munera: terribili, et ei qui aufert spi-
ritum principum, terribili apud reges
terrę. Postcommunio.
Sanctificationibus tuis omnipotēs
Deus, et vitia nostra curentur, et re-
media nobis ęterna pueniāt. Per Do.
Alię Postcōmun. vt in j. Dñica. 120.

FERIA QVARTA
Quattuor tpm Septembris.

Statio ad S. Mariā Maiorē. Introitus.
Ps 80. Exultate Deo adiutori
nostro, iubilate Deo
Jacob: sumite psalmū
iucundum cum citha-
ra: canite initium men-
sis tuba, quia pręceptū
in Israel est, et iudicium Deo Jacob.
Ps. Testimonium in Joseph posuit illud, Ps. 80.
cū exiret de terra Ægypti: linguā quam
non nouerat, audiuit. V. Gloria Patri.
dicto Kyrie eleison. dicitur Oremus.
Flectamus genua. R. Leuate. Oratio.
Misericordię tuę remediis, quęsumus
Domine, fragilitas nostra subsistat:
vt, quę sua conditione atteritur, tua cle-
mentia reparetur. Per Dominum nost.

Lectio Amos prophetę.

Hęc dicit Dominus Deus: Ecce Cap. 9.
dies veniunt, et comprehendet ara-
tor messorem, et calcator vuę mittentem
semen: et stillabunt montes dulcedinem,
et omnes colles culti erunt. Et conuer-
tam captiuitatem populi mei Israel: et ę-
dificabunt ciuitates desertas, et inhabita-
bunt: et plantabunt vineas, et bibent vinū
earum: et facient hortos, et comedent fru-
ctus eorum. Et plantabo eos super hu-
mū suam: et non euellā eos vltra de terra
sua, quā dedi eis, dicit Dñs omnipotens.
Gradu. Quis sicut Dñs Deus noster, Ps 112.
qui in altis habitat: et humilia respicit in
cęlo et in terra? V. Suscitans a terra in-
opem: et de stercore erigens pauperem.
Hic dicit Dominus vobiscum. sine Fle-
ctamus genua. Oratio.
Pręsta, qs Dñe, familię tuę supplicā-
ti: vt dū a cibis corporalibus se ab-
stinet, a vitiis quoq mente ieiunet. Per.
Alia Oratio de A cunctis. vt supra. 120.
Tertia dicitur ad libitum sacerdotis.

Lectio libri Esdrę.

In diebus illis: Cōgregatus est om- Neemie
nis populus quasi vir vnus ad pla- Cap. 8.
teā, q est ante portā aquarū: et dixerūt Es-
drę scribę vt afferret Librū legis Moysi,
quā pceperat Dñs Israeli. Attulit ergo
Esdras sacerdos legē corā multitudine
virorū et mulierū, cunctisq qui poterant
intelligere, in die prima mēsis septimi. Et
legit in eo aperte i platea q erat ante por-
tā aquarū, de mane vsq ad mediā diem,

in conſpectu viroꝛum ac mulierum, ⁊ ſapientium: ⁊ aures omnis populi erant erectę ad Libꝛum. Stetit autem Eſdras ſcriba ſuper gradum ligneum, quem fecerat ad loquendū: ⁊ ſteterunt Leuitę iuxta eum. Et aperuit Eſdras Libꝛum coꝛaꝫ omni populo. Et benedixit Eſdras Domino Deo voce magna: ⁊ reſpondit omnis populus: Amen, amen: eleuans manus ſuas. Et incuruati ſunt, ⁊ adoꝛauerūt Deum pꝛoni in terraꝫ. Poꝛro Leuitę ſilentium faciebant in populo ad audiendam legem: populus auteꝫ ſtabat in gradu ſuo. Et legerunt in Libꝛo legis Dei diſtincte, ⁊ appoſite ad intelligendum. Dixit autem Nehemias ⁊ Eſdras ſacerdos ⁊ ſcriba, ⁊ Leuitę interpꝛetantes vniuerſo populo: Dies ſanctificatus eſt Domino Deo noſtro, nolite lugere, ⁊ nolite flere. Et dixit eis: Ite, comedite pinguia, ⁊ bibite mulſum, ⁊ mittite partes eis qui non pꝛęparauerunt ſibi: quia ſanctus dies Domini eſt, ⁊ nolite contriſtari gaudiū eteniꝫ Domini eſt foꝛtitudo noſtra.

Ps 32. Graduale. Beata gens cuius eſt Dominus, Deus eoꝛum: populus quem elegit Dominus in hereditatem ſibi. ℣. Verbo Domini cęli firmati ſunt: ⁊ ſpiritu oꝛis eius omnis virtus eoꝛum.

Sequentia ſancti Euangelij ſm Marcū.

Cap. 9. In illo tp̄e: Reſpōdens vnus de turba, dixit ad Jeſum: Magiſter, attuli filium meum ad te, habentem ſpiritū mutum: qui vbicumque eum appꝛehenderit, allidit eum, ⁊ ſpumat, ⁊ ſtridet dentibus, ⁊ areſcit: ⁊ dixi diſcipulis tuis vt eijcerēt illum, ⁊ non potuerunt. Qui reſpondenſ eis, dixit: O generatio incredula, quādiu apud vos ero? quamdiu vos patiar? afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidiſſet illū: ſtatim ſpiritus conturbauit eum: ⁊ eliſus in terram, volutabatur ſpumans. Et interrogauit pr̄em eius: Quātū tēpoꝛis eſt ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantia: ⁊ frequēter euꝫ in ignē, ⁊ in aquā miſit vt eum perderet, ſed ſiquid potes, adiuua nos, miſert⁹ noſtri. Jeſus autē ait illi: Si potes credere, oīa poſſibilia ſunt credenti. Et ꝯtinuo exclamans pr̄ pueri cū lacrymis aiebat: Credo, Dn̄e: adiuua icredulitatē meā. Et cū videret Jeſus ꝯcurrentem turbā, ꝯminatus eſt ſpiritui immūdo, dicens illi: Surde, ⁊ mute ſpūs, ego p̄cipio tibi, exi ab eo: ⁊ ampli⁹ ne introeas in eū. Et exclamās, ⁊ multum diſcerpens eū, exijt ab eo, ⁊ factus eſt ſicut moꝛtuus, ita vt multi dicerent: Quia moꝛtuus eſt. Jeſus autē tenēſ manū eius, eleuauit eū, ⁊ ſurrexit. Et cum introiſſet in domuꝫ, diſcipuli eius ſecreto interrogabāt eū: Quare nos nō potuim⁹ eijcere illū? Et dixit illis: Hoc gen⁹ ī nullo poteſt exire, niſi in oꝛatione, ⁊ ieiunio.

Offer. Meditaboꝛ in mandatis tuis, quę Ps. 118. dilexi valde: ⁊ leuabo manus meas ad mandata tua quę dilexi. Secreta.

HAEc hoſtia, q̄s dn̄e, emūdet nr̄a delicta: ⁊ ad ſacrificiū celebꝛādū, ſubditoꝝ tibi coꝛpoꝛa, menteſq꜠ ſanctificet. P.

Alia Secreta. Exaudi nos Deus ſalutaris. vt ſup. fol. 120. Tertia ad libitum.

Cōmu. Comedite pinguia, ⁊ bibite mulſum: ⁊ mittite partes eis, qui non pꝛęparauerunt ſibi: ſanctus enim dies Domini eſt, ⁊ nolite contriſtari: gaudiū etenim Dn̄i eſt foꝛtitudo noſtra. Neemię Cap. 8. Poſtcōmu.

SUmētes dn̄e dona cęleſtia, ſuppliciter depꝛecamur: vt q̄ ſedula ſeruitute, donāte te gerimus, dignis ſenſib⁹ tuo munere capiamus. Per. Alia Poſtcō. Mūdet ⁊ mun. f. 120. Tertia ad libitum.

FERIA SEXTA.

Quattuoꝛ tempoꝛum.

Statio ad ſ̄ctos duodeciꝫ Apl'os. Int.



LAetetur coꝛ quęrentiuꝫ Ps 104. Dn̄ꝫ: q̄rite Dn̄ꝫ, ⁊ confirmamini: q̄rite faciem eius ſemp. Ps. Cōfitemini dn̄o ⁊ inuocate nomē eius: annūciate inter Ibidem. gentes

gentes opera eius. ℣. Gloria. Oratio.

PResta, quesumus omnipotens Deus: vt obseruationes sacras, annua deuotione recolentes: et corpore tibi placeamus, et mente. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium. etc.

Alia Oratio. A cunctis nos. folio 120.

Lectio Osee prophete.

Cap. 14 HAEc dicit Dominus Deus: Conuertere Israel ad Dominum Deum tuum: quoniam corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscum verba, et conuertimini ad Dominum: et dicite ei: Omnem aufer iniquitatem, accipe bonum: et reddemus vitulos labiorum nostrorum. Assur non saluabit nos, super equos non ascendemus, nec dicemus vltra: Dii nostri opera manuum nostrarum: quia eius, qui in te est misereberis pupilli. Sanabo contritiones eorum, diligam eos spontanee: quia auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros, Israel germinabit quasi lilium, et erumpet radix eius vt Libani. Ibunt rami eius, et erit quasi oliua gloria eius: et odor eius vt Libani. Conuertentur sedentes in vmbra eius: viuent tritico, et germinabunt quasi vinea: memoriale eius sicut vinum Libani. Ephraim quid mihi vltra idola? Ego exaudiam, et dirigam eum ego vt abietem virentem: ex me fructus tuus inuentus est. Quis sapiens, et intelliget ista? intelligens, et sciet hec? quia recte vie Domini, et iusti ambulabunt in eis: preuaricatores vero corruent in eis. Gradu.

Ps. 89. COnuertere Domine aliquantulum, et deprecare super seruos tuos. ℣. Domine, refugium factus es nobis, a generatione in generatione.

Euangelium secundum Lucam.

Rogabat Jesum quidam Phariseus, vt manducaret cum illo, etc. vt in feria v. post Dominicam Passionis. folio 45.

Ps. 102. Offer. Benedic anima mea Domino, et noli obliuisci omnes retributiones eius: et renouabitur sicut aquile iuuentus tua. Secr.

ACcepta tibi sint, Domine, quesumus nostri dona ieiunii: que et expiando nos tua gratia dignos efficiant, et ad sempiterna promissa perducant. Per. Alia Secreta.

Exaudi nos Deus. etc. vt supra. fo. 120.

Communio. Aufer a me opprobrium, et contemptum, quia mandata tua exquisiui domine: nam testimonia tua, meditatio mea est. Ps. 118.

Postcommunio.

QVesumus omnipotens Deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, beneficia potiora sumamus. Per Dominum.

Alia Postcom. Mundet. vt supra. f. 120.

SABBATO

Quattuor Temporum Septemb.

Statio ad sanctum Petrum. Introitus.



VEnite, adoremus Deum, et procidamus ante Dominum: ploremus ante eum, qui fecit nos: quia ipse est Dominus Deus noster. Ps. Venite, exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro. ℣. Gloria Patri. etc. dicto Kyrie eleison. dicitur Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio. Ps. 94. Ps. 94.

OMnipotens sempiterne Deus: qui per continentiam salutarem corporibus mederis et mentibus: maiestatem tuam supplices exoramus: vt pia ieiunantium deprecatione placatus, et presentia nobis subsidia tribuas, et futura. Per Dominum.

Lectio libri Leuitici.

IN diebus illis: Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Decimo die mensis huius septimi, dies expiationum erit celeberrimus, et vocabitur sanctus: affligetisque animas vestras in eo, et offeretis holocaustum Domino. Omne opus seruile non facietis in tempore diei huius: quia dies propitiationis est, vt propitietur vobis Dominus Deus vester. Omnis anima, que afflicta non fuerit die hac, peribit de populis suis: et que operis quippiam fecerit, delebo eam de populo suo. Nihil ergo operis facietis in eo: legitimum sempiternum erit vobis in cunctis generationibus, et habitationibus vestris: Cap. 23.

sabba-

sabbatum requietionis est, ⁊ affligetis
animas vestras die nono mensis: A ve-
spera vsque ad vesperum celebrabitis sab-
bata vestra. Dicit Dominus omnipotẽs.
ps.78. *Gradu.* Propitius esto Domine pecca-
tis nostris: ne quãdo dicant gentes, Ubi
ps78. est Deus eorũ? ℣. Adiuua nos Deus sa-
lutaris noster: ⁊ propter honorem nomi-
nis tui Dñe libera nos. *O*remus. Fle-
ctamus genua. ℟. Leuate. *Oratio.*

Da nobis, quesumus omnipotens Deus: vt ieiunando tua gratia satiemur: ⁊ abstinẽdo, cunctis efficiamur hostibus fortiores. Per Dominum nost.

Lectio libri Leuitici.

Cap.23. In diebus illis: Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: A quintodecimo die mensis septimi, quando congregaueritis omnes fructus terrę vestrę, celebrabitis ferias domini septem diebus. Die primo ⁊ die octauo erit sabbatum, id est, requies. Sumetisqꝫ vobis die primo fructus arboris pulcherrimę, spatulasqꝫ palmarum, ⁊ ramos ligni densarum frondium, ⁊ salices de torrente: ⁊ lętabimini coram Domino Deo vestro: celebrabitisque sollemnitatem eius septem diebus per annum. Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Mense septimo festa celebrabitis, ⁊ habitabitis in vmbraculis septem diebus. Omnes, qui de genere Israel est, manebit in tabernaculis: vt discant posteri vestri quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de Terra Ægypti. Ego Dominus Deus vester.

ps83. *Gradua.* Protector noster aspice Deus:
⁊ respice super seruos tuos. ℣. Domi-
ne Deus virtutum exaudi preces seruo-
rum tuorum. *O*remus. Flectamus ge-
nua. ℟. Leuate. *Oratio.*

Tuere, quesumus Domine familiam tuam: vt salutis ęternę remedia, quę te inspirante requirimus, te largiẽte consequamur. Per Dominum nostrum.

Lectio Michee prophetę.

Domine Deus noster, pasce popu- Cap. 7.
lum tuum in virga tua, gregem hereditatis tuę, habitantes solos in saltu, iuxta dies antiquos. Uidebunt gentes, ⁊ cõfundentur super omni fortitudine sua: Quis Deus similis tui, qui aufers iniquitatem, ⁊ transfers peccatũ reliquiarum hereditatis tuę? non immittet vltra furorem suum, quoniam volens misericordiã est. Reuertetur, ⁊ miserebitur nostri: deponet iniquitates nostras: ⁊ proijciet in profundũ maris omnia peccata nostra. Dabis veritatem Jacob, misericordiã Abraham, quę iurasti patribus nostris a diebus antiquis, Domine Deus noster.

Graduale. Conuertere Domine aliquã- ps. 84.
tulum: ⁊ deprecare super seruos tuos. ℣.
Domine refugium factus es nobis, a ge- ps. 89.
neratione in generationem. *O*remus.
Flectamus genua. ℟. Leuate. *Oratio.*

Presta, qs̃umus Dñe, sic nos ab epulis carnalib⁹ abstinere: vt a vitijs irruentibus pariter ieiunemus. Per Do.

Lectio Zacharię prophetę.

In diebus illis: Factũ est verbũ Dñi Cap.8.
ad me, dicẽs: Hęc dicit Dominus Deus exercituum: Sicut cogitaui vt affligerem vos, cũ ad iracundiã me prouocassent patres vestri, ⁊ non sum misertus: sic conuersus cogitaui in diebus istis vt bñfaciã domui Juda, ⁊ Jerl'm: nolite timere. Hęc sũt ergo verba quę facietis: Loquimini veritatẽ vnusquisqꝫ cũ proximo suo: veritatẽ, ⁊ iudicium pacis iudicate in portis vestris. Et vnusquisqꝫ malum contra amicũ suum ne cogitetis in cordibus vestris: ⁊ iuramẽtũ mẽdax ne diligatis: oĩa enĩ hęc sũt, q̃ odi, dicit Dñs. Et factũ est verbũ Dñi exercituũ ad me, dicens: Hęc dicit Dñs exercituũ: Jeiunium quarti, ⁊ ieiuniũ quinti, ⁊ ieiuniũ septimi, ⁊ ieiunium decimi erit domui Judę in gaudiũ, ⁊ lętitiã, ⁊ in sollẽnitates pclaras: veritatẽ tantum, ⁊ pacẽ diligite, dicit Dñs exercituũ.

Ps 140. Grad. D irigatur oratio mea, sicut incensum, in conspectu tuo Domine. ℣. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Ut nobis, Domine, tribuis sollemne tibi deferre ieiunium: sic nobis, quesumus, indulgentie presta subsidium. Per Dominum.

Lectio Danielis prophete.

Cap. 3. In diebus illis: Angelus Domini descendit cum Azaria, et socijs eius in fornacem: et excussit flammam ignis de fornace, et fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantem. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouem: et incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldeis ministros regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neque contristauit, nec quidquam molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant, et glorificabant, et benedicebant Deum in fornace, dicentes. Hymnus.

Dan. 3. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum. Et laudabilis, et gloriosus in secula.

Et benedictum nomen glorie tue, quod est sanctum. Et laudabile, et gloriosum in secula.

Benedictus es in templo sancto glorie tue. Et laudabilis et gloriosus in secula.

Benedictus es super thronum sanctum regni tui. Et laudabilis, et gloriosus in secula.

Benedictus es super sceptrum diuinitatis tue. Et laudabilis, et gloriosus in secula.

Benedictus es, qui sedes super cherubim, intuens abyssos. Et laudabilis, et gloriosus in secula.

Benedictus es, qui ambulas super pennas ventorum, et super vndas maris. Et laudabilis, et gloriosus in secula.

Benedicant te omnes angeli, et sancti tui. Et laudent te, et glorificent in secula.

Benedicant te celi, terra, mare, et omnia, que in eis sunt. Et laudent te, et glorificent in secula.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Et laudabilis, et gloriosus in secula.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper: et in secula seculorum. Amen. Et laudabilis, et gloriosus in secula.

Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum. Et laudabilis, et gloriosus in secula. Cap

Hic dicitur ℣. Dominus vobiscum sine Flectamus genua. Oratio.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per Dominum nostrum.

Secunda oratio. A cunctis. vt sup. 120.

Lectio Epistole B. Pauli Apostoli ad Hebr.

Fratres: Tabernaculum factum est primum, in quo erant candelabra, et mensa, et propositio panum, que dicitur Sancta. Post velamentum autem secundum: tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum: aureum habens thuribulum, et arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua vrna aurea habens manna, et virga Aaron, que fronduerat, et tabule testamenti, supraque eam erant Cherubim glorie obumbrantia propitiatorium: de quibus non est modo dicendum per singula. His vero ita compositis: in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes: in secundo vero semel in anno solus pontifex non sine sanguine, quem offeret pro sua, et populi ignorantia: hoc significante Spiritu sancto, nondum propalatam esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum: que parabola est temporis instantis: iuxta quam munera, et hostie offeruntur, que non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem, solummodo in cibis, et in potibus, et in varijs baptismatibus, et iustitijs carnis vsque ad tempus correctionis impositis. Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius et perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non huius creationis: neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in Sancta, eterna redemptione inuenta. Tract.

Laudate Dominum omnes gentes: laudate Ps 116.

date eum omnes populi. ℣. Quoniã cõfirmata est super nos misericordia eius: ꝛ veritas domini manet in eternum.

Sequentia sancti Euang. ſm Lucam.

Cap.13. In illo tpe: Dicebat Jesus turbis similitudinẽ hãc: Arborẽ fici habebat quidã plãtatã in vinea sua, ꝛ venit q̃rens fructũ in illa, ꝛ nõ inuenit. Dixit autẽ ad cultorẽ vinee: Ecce anni tres sunt ex quo venio q̃rens fructuʒ in ficulnea hac, ꝛ nõ inuenio: succide ergo illã: vt qd etiã terrã occupat? At ille rñdẽs, dicit illi: Dñe dimitte illã ꝛ hoc anno, vsqʒ dũ fodiã circa illã, ꝛ mittã stercora: ꝛ siqdem fecerit fructũ: sin aũt, i futurũ succides eã. Erat autẽ docens in synagoga eorũ sabbatis. Et ecce mulier, q habebat spũm infirmitatis annis decẽ ꝛ octo: ꝛ erat inclinata, nec oĩno poterat sursuʒ respicere. Quaʒ cum videret Jesus, vocauit eam ad se, ꝛ ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, ꝛ confestim erecta est, ꝛ glorificabat Deum. Rñdens autem archisynagogus, indignans qa sabbato curasset Jesus: dicebat turbe: Sex dies sunt, in quibus oportet operari: in his ergo venite, ꝛ curamini, ꝛ non in die sabbati. Respondens autem ad illũ Dñs dixit: Hypocrite, vnusquisqʒ vestruʒ sabbato non soluit bouem suuʒ, aut asinũ a presepio, ꝛ ducit adaquare? Hãc autem filiam Abrahe, quam alligauit satanas, ecce decem ꝛ octo annis nõ oportuit solui a vinculo isto die sabbati? Et cuʒ hec diceret, erubescebant omnes aduersarij eius: ꝛ omnis populus gaudebat in vniuersis, que gloriose fiebant ab eo.

Ps.87. Offert. Dñe, Deus salutis mee, in die clamaui, ꝛ nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo Domine. Secre.

Concede, q̃s oĩps Deus: vt oculis tue maiestatis munꝰ oblatũ, ꝛ gratiã nobis deuotionis obtineat, ꝛ effectuʒ beate perennitatis acquirat. Per Dñũ. M. Rom.

Alie secrete, vt supra. folio 120. Cõmu.

Mense septimo festa celebrabitis, cũ i tabernaculis habitare feceriʒ filios Jsrael, cuʒ educereʒ eos de terra Aegypti, ego Dominus Deus vester. Postcõmu. Leui.23

Perficiãt i nobis, Dñe q̃s, tua sacramẽta quod ꝯtinẽt: vt que nunc spe gerimus, rerũ veritate capiamus. Per.

Alie Postcõmunio. vt sup. folio 120.

DOMINICA XVIII. post Pentecosten. Introitus.



Da pacem Dñe sustinẽtibus te, vt ꝓphete tui fideles inueniantur: exaudi preces serui tui, ꝛ plebis tue Jsrael. Ps. Letatus sum in his q̃ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. ℣. Gloria Patri. Oratio. Eccl.36. Ps. 121.

Dirigat corda nr̃a, q̃s dñe, tue miserationis operatio: qa tibi sine te placere nõ possumus. Per. Secũda Õro. A cunctis nos. 120. Tertia ad libituʒ.

Lect. Epl'e B. Pauli Apl'i ad Corint.

1. cap. 1. Fratres: Gratias ago Deo meo sẽp pro vobis in gratia Dei, que data est vobis in Christo Jesu: quod i omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, ꝛ in omni sciẽtia: sicut testimoniũ Christi confirmatum est in vobis: ita vt nihil vobis desit in vlla gratia, expectantibus reuelationem Domini nostri Jesu Christi, qui ꝛ confirmabit vos vsqʒ in fineʒ sine crimine, in die aduentus Domini nostri Jesu Christi. Graduale.

Letatus suʒ in his que dicta sunt mihi: in domuʒ Domini ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua, ꝛ abundãtia in turribus tuis. Ps. 121.

Alleluia, alleluia. ℣. Timebunt gentes nomen tuum Domine, ꝛ omnes reges terre gloriam tuam, Alleluia. Ps. 101.

Sequentia sancti Euang. ſm Mattheũ.

Cap.9. In illo tempore: Ascendens Jesus in nauiculã, transfretauit: ꝛ venit in ciuita-

ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Et videns Jesus fidem illorum, dixit paralytico: Cōfide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat. Et cum vidisset Jesus cogitationes eorum, dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: Dimittūtur tibi peccata tua: an dicere: Surge, et ambula? Ut autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tūc ait paralytico: Surge, tolle lectū tuum, et vade in domū tuā. Et surrexit, et abijt in domū suam. Videntes autē turbę timuerūt, et glorificauerunt Deū, qui dedit potestatem talem hoībus. Credo.

Exo.40. Offerto. Sanctificauit Moyses altare Dño, offerēs sup illud holocausta, et immolās victimas, fecit sacrificiū vespertinum in odorem suauitatis Dño Deo, in cōspectu filiorum Jsrael. Secreta.

Deus, q nos per huius sacrificij venerāda cōmercia, vnius summęqꝫ diuinitatis participes efficis: pręsta, qs: vt sicut tuam cognoscimus veritatē, sic eam dignis moribus assequamur. Per.

Secunda Secreta. Exaudi nos. f. 120.

ps.95. Cōm. Tollite hostias, et introite in atria eius: adorate Dñū i aula sācta eius. Postc.

Gratias tibi referim⁹ Dñe, sacro munere vegetati, tuā misericordiā deprecantes: vt dignos nos eius participatione perficias. Per Dominum nr̄m.

Secunda Postcōmu. Mundet. f. 120.

DOMINICA XIX. post Pentecosten. Introitus.



ps.77. Salus populi ego sum, dicit Dñs: de quacūque tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos: et ero illorum Dñs

ps.77. in perpetuū. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Gloria Patri, et Filio. Oratio.

Omnipotēs, et misericors De⁹, vniuersa nobis aduersantia propitiatus exclude: vt mēte et corpore pariter expediti, quę tua sunt, liberis mētibus exequamur. Per Dominum nostrum Jesum.

Deinde, A cunctis. vt supra. fol. 120.

Lect. Epl'ę B. Pauli Apl'i ad Ephe.

Fratres: Renouamini spiritu mētis vestrę, et induite nouū hominē, qui secundū Deū creatus est in iustitia, et sāctitate veritatis. Propter qd deponentes mēdaciū, loquimini veritatē vnusqsque cum proximo suo: quoniā sum⁹ inuicē membra. Jrascimini, et nolite peccare: sol non occidat super iracundiam vr̄am. Nolite locū dare diabolo: qui furabatur, iā non furetur: magis autē laboret, operando manibus suis, quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patiēti. Cap. 4.

Graduale. Dirigatur oratio mea, sicut icēsū in ɔspectu tuo Dñe. ℣. Eleuatio manuū mearū, sacrificiū vespertinum. ps. 140.

Alleluia, alleluia. ℣. Cōfitemini Domino, et inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius, Alleluia. ps. 104.

Sequentia sancti Euang. ſm Matthęū.

In illo tpe: Loquebat Jesus principib⁹ sacerdotū, et Pharisęs i parabolis, dicēs: Simile factū est regnū cęlor homini regi, q fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, et nolebāt venire. Jterū misit alios seruos, dicēs: Dicite inuitatis: Ecce prādium meū paraui, tauri mei, et altilia occisa sūt, et omnia parata: venite ad nuptias. Jlli autē neglexerunt: et abierunt, alius in villā suā, alius vero ad negotiationē suā: reliqui vero tenuerūt seruos eius, et contumelijs affectos occiderūt. Rex autē cū audisset, irat⁹ est: et missis exercitib⁹ suis, perdidit homicidas illos, et ciuitatē illor succēdit. Tunc ait seruis suis. Nuptię q- Cap. 22.

dez parate sunt, sed qui inuitati erant, nō fuerunt digni. ite ergo ad exitus viaꝝ, ꝛ quoscūqꝫ iueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, cōgregauerunt omnes, quos iuenerūt, malos ꝛ bonos: ꝛ implete sunt nuptie discumbētiū. Intrauit autem rex vt videret discūbētes, ꝛ vidit ibi hominē non vestitum veste nuptiali. Et ait illi: Amice, quomodo
Cap. 4. huc intrasti nō habēs vestē nuptialē? At ille obmutuit. Tūc dixit rex ministris: Ligatis manibus ꝛ pedibus ei⁹, mitte eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, ꝛ stridor dentium. Multi eniꝫ sunt vocati, pauci vero electi. Credo. Offertoriū.
Ps. 139. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me Dn̄e: ꝛ sup iraꝫ inimicorum meorum extendes manum tuā: ꝛ saluum me fecit dextera tua. Secreta.

HÆc munera, q̄sumus Dn̄e, q̄ oculis tue maiestatis offerimus, salutaria nobis esse concede. Per Dominum.
140. Deinde, Exaudi nos Deus. ꝛc. f. 120.
Ps. 118. Cōm. Tu mādasti mādata tua custodiri nimis: vtinā dirigātur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Postcōm.
104. Tua nos Dn̄e medicinalis opatio, ꝛ a nostris peruersitatibus clementer
,22. expediat, ꝛ tuis semper faciat inherere mandatis. Per Dominum nostrum. ꝛc. Deinde, Mundet ꝛ muniat. folio 120.

DOMINICA XX. post Pentecosten. Introitus.

Dan. 3. 

Omnia, que fecisti nobis Domine, in vero iudicio fecisti: quia peccauimus tibi, ꝛ mandatis tuis non obediuimus: sed da gloriam nomini tuo, ꝛ fac nobiscum secunduꝫ multitudi-
Ps. 118. nem misericordie tue. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Largire, q̄s Dn̄e, fidelib⁹ tuis indulgentiam placatus ꝛ pacem: vt pariter ab omnibus mundētur offensis, ꝛ secura tibi mente deseruiant. Per Dominum.
Deinde, A cunctis. vt supra. folio 120.
Lect. Ep̄le B. Pauli Ap̄li ad Ephes.

Fratres. Uidete itaque quomodo caute ambuletis: nō quasi isipiētes, Cap. 5.
sed vt sapientes: redimētes tempus, quonia dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudētes, sed intelligētes que sit volūtas Dei. Et nolite inebriari vino, ī quo est luxuria: sed iplemini Spiritu sācto, loquētes vobismetipsis in psalmis, ꝛ hymnis, ꝛ cāticis spiritualibus, cantantes, ꝛ psallētes in cordibus vestris Dn̄o, gr̄as agentes semper pro omnib⁹, in noīe Dn̄i nostri Jesu Christi Deo ꝛ Patri. Subiecti inuicem in timore Christi. Gradu.
Oculi omniū in te sperāt Dn̄e, ꝛ tu das Ps. 144.
illis escam in tēpore opportuno. ℣. Aperis tu manū tuā, ꝛ imples omne animal benedictione. Alleluia, allelu. ℣. Paratū Ps. 107.
cor meum Deus, paratū cor meum: cātabo, ꝛ psallam tibi in gloria mea, Allelu.
Sequentia sancti Euang. sm̄ Joānem.

In illo tpe: Erat qdā regulus, cuius Cap. 4.
filius infirmabat̄ Capharnauꝫ. Hic cū audisset qa Jesus aduenirct a Judea in Galileā, abijt ad eū, ꝛ rogabat eum vt descenderet, ꝛ sanaret filiū ei⁹: incipiebat enim mori. Dixit ergo Jesus ad euꝫ: Nisi signa, ꝛ ꝓdigia videritis, nō creditis. Dicit ad eū regul⁹: Dn̄e, descēde prius quā moriat̄ fili⁹ meus. Dicit ei Jesus: Uade, filius tu⁹ viuit. Credidit homo sermoni, quem dixit ei Jesus, ꝛ ibat. Jam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, ꝛ nunciauerunt dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horaꝫ ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerunt ei: Quia heri hora septima reliqt euꝫ febris. Cognouit ergo pr̄, qa illa hora erat, in qua dixit ei Jesus: Filius tuus viuit: ꝛ credidit ipse, ꝛ dom⁹ eius tota. Credo.
Offert.

Ps.136. Offertorium. Super flumina Babylonis illic sedimus et fleuimus, cum recordaremur Sion. Secreta.

CAElestem nobis prębeant hęc mysteria, quęsumus Dñe, medicinam: et vitia nostri cordis expurgent. Per D.

Alię Secretę, vt supra. folio 120.

Ps.118 Cōmunio. Memento verbi tui seruo tuo Dñe, in quo mihi spem dedisti: hęc me cōsolata est i humilitate mea. Postcōmun.

UT sacris Dñe, reddamur digni muneribus: fac nos, q̃sumus, tuis semper obedire mandatis. Per Dñm.

Alię Postcommunio. vt sup. fol. 120.

DOMINICA XXI. post Pentecosten. Introitus.

Heb.13. IN volūtate tua dñe vniuersa sunt posita, et non est q possit resistere volūtati tuę: tu enim fecisti oia, cęlū, et terram, et vniuersa q̃ cęli ambitu cōtinentur: Dñs vniuersorū tu es. Ps. Beati
Ps. 118. immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria Patri. Oratio.

FAmiliam tuam, q̃s Dñe, continua pietate custodi: vt a cunctis aduersitatibus, te protegente, sit libera, et in bonis actibus tuo nomini sit deuota. Per.

Deinde, A cūctis nos. vt supra. f. 120.

Lectio Epl'ę B. Pauli Apl'i ad Eph.

Cap.6. FRatres: Cōfortamini in Dño, et in potētia virtutis eius. Induite vos armaturā Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, q̄m non est nobis colluctatio aduersus carnē et sāguinē: sed aduersus principes, et potestates, aduersus mūdi rectores tenebrarū harū, cōtra spiritualia nequitię in cęlestib⁹. Propterea accipite armaturā Dei, vt possitis resistere in die malo, et in oib⁹ pfecti stare. State ergo succincti lūbos vestros i veritate, et iduti loricā iustitię, et calceati pedes i pparatione Euāgelij pacis: in oib⁹ sumētes scutum fidei, i quo possitis oia tela nequissimi ignea extinguere: et galeā salutis assumite: et gladiū spūs (qd est verbū Dei.)

Grad. Dñe refugium factus es nobis a gñatione in generationem. ℣. Priusquā mōtes fierēt, aut formaret terra et orbis: a sęculo et vsq; in sęculū tu es De⁹. Alleluia, allel. ℣. In exitu Israel de Ægypto, dom⁹ Jacob de pplo barbaro, al'ia. Ps.80. Ps.113.

Sequētia sancti Euang. sm Matthęū.

IN illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis parabolā hanc: Simile est regnū cęlorum homini regi, q voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum cępisset rationem ponere, oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. Cum autem non haberet vnde redderet, iussit eū dominus eius venundari, et vxorem eius, et filios, et omnia, quę habebat, et reddi. Procidens autem seru⁹ ille, orabat eum, dicens: Patientiam habe in me, et omnia reddā tibi. Misertus autem dñs serui illius, dimisit eū, et debitū dimisit ei. Egressus autem seru⁹ ille inuenit vnum de conseruis suis, q debebat ei centum denarios: et tenens suffocabat eum, dicens: Redde qd debes. Et pcidens cōseruus ei⁹, rogabat eum, dicens: Patientiā habe in me, et oia reddā tibi. Ille autē noluit: sed abijt, et misit eum i carcerē donec redderet debitum. Uidētes autem cōserui ei⁹ q̃ fiebāt, ptristati sunt valde: et venerunt, et narrauerūt dño suo oia, q̃ facta fuerāt. Tunc vocauit illum dñs suus: et ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi q̄m rogasti me: nōne ergo oportuit et te misereri conserui tui, sicut et ego tui misertus sum? Et iratus dñs eius tradidit eum tortoribus, quoadusq; redderet vniuersum debitum. Sic et Pr̃ meus cęlestis faciet vobis, si nō remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris. Credo. Cap.18

Offer. Uir erat in terra Hus noie Job, simplex et rectus, ac timēs Deum: quem Job.1.

Satan

Satan petijt vt tentaret: ꝛ data est ei po-
testas a Domino in facultate, ꝛ in carne
eius: perdiditq; omnem substantiam ip-
sius, ꝛ filios: carnem quoque eius graui
vlcere vulnerauit. Secreta.

Suscipe Dñe, ꝓpitius hostias: qui-
bus ꝛ te placari voluisti, ꝛ nobis sa-
lutem potenti pietate restitui. Per Dñz.
Deinde, Exaudi nos. vt sup. fol. 120.

ps 118. Cōmu. In salutari tuo aīa mea, ꝛ in vbū
tuuz speraui: qñ facies de ꝑsequentibus
me iudicium? iniqui persecuti sunt me,
adiuua me Dñe Deus meus. Postcō.

Immortalitatis alimoniam consecu-
ti, quesumus Domine: quod ore
percepimus, pura mente sectemur. Per
Dominum nostrum Jesum. ꝛc.
Deinde, Mundet ꝛ muniat. vt sup. 120.

DOMINICA XXII. post Pentecosten.

Introitus.

ps 129. Si iniquitates obserua-
ueris Domine: Domi-
ne quis sustinebit? quia
apud te propitiatio est,
Deus Israel. psal. De
profundis clamaui ad
te Domine: Domine exaudi vocem meā.
℣. Gloria Patri ꝛc. Oratio.

Deus refugium nr̄m, ꝛ virtus: ade-
sto pijs ecclesię tuę precibꝰ, auctor
ipse pietatis, ꝛ ꝑsta: vt quod fideliter pe-
timus, efficaciter cōsequamur. Per D.
Deinde, A cunctis nos. vt sup. f. 120.

Lectō Eplę B. Pauli Apli ad Phil.

Cap. 1. Fratres: Cōfidimus in Dño Jesu:
qa qui cępit in vobis opus bonuz,
perficiet vsq; in diem Christi Jesu, sicut
est mihi iustum hoc sentire pro oībus vo-
bis: eo quod habeam vos in corde, ꝛ in
vinculis meis, ꝛ in defensione, ꝛ cōfirma-
tione Euangelij, socios gaudij mei oēs
vos esse. Testis eñ mihi est Deus, quo-
modo cupiam omnes vos in visceribus
Jesu Christi. Et hoc oro vt charitas ve-
stra magis ac magis abundet in scientia,
ꝛ in omni sensu: vt probetis potiora, vt
sitis sinceri, ꝛ sine offensa in diem Christi,
repleti fructu iustitię per Jesum Christū,
in gloriam ꝛ laudem Dei. Graduale.

Ecce quam bonum, ꝛ quam iucundum, ps 132.
habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vn-
guentum in capite, quod descēdit in bar-
bam, barbam Aaron. Alleluia, alleluia.
℣. Qui timent Dominum, sperent in eo: ps 113.
adiutor, ꝛ protector eorum est, alleluia.

Sequentia sancti Euang. sm Mattheū.

In illo tpe. Abeūtes Pharisęi, cōsi- Ca. 22.
liū inierūt vt caperent Jesum in ser-
mone. Et mittunt ei discipulos suos cuz
Herodianis dicētes: Magister, scimus
qa verax es, ꝛ viā Dei ī veritate doces, ꝛ
nō est tibi cura de aliquo: nō enim respi-
cis personaz hoīum: dic ergo nobis qd
tibi videt, licet censū dari Cęsari, an nō?
Cognita autem Jesus nequitia eorū, ait:
Quid me tentatis hypocritę? ostēdite mi
hi numisma cēsus. At illi obtulerūt ei de-
nariū. Et ait illis Jesus: Cuiuz est imago
hec, ꝛ superscriptio? Dicunt ei Cęsaris.
Tunc ait illis: Reddite ergo q̄ sunt Cęsa-
ris, Cęsari: ꝛ q̄ sunt Dei, Deo. Credo.

Offerto. Recordare mei Dñe, omnipo- Exo. 14.
tentatui dominans: ꝛ da sermonem rectū
in os meuz, vt placeant verba mea in cō-
spectu principis. Secreta.

Da misericors Deus: vt hęc saluta-
ris oblatio ꝛ a ꝓprijs nos reatibus
indesinēter expediat, ꝛ ab omnibus tuea-
tur aduersis. Per Dominum nostrum.
Deinde, Exaudi nos. vt sup. folio 120.

Cōmunio. Ego clamaui, quoniā exau- ps. 16.
disti me Deus: inclina aurez tuam, ꝛ exau
di verba mea. Postcommunio.

Sumpsimꝰ Dñe sacri dona mysterij,
humiliter deprecātes: vt, quę in tui
commemoratione nos facere pręcepisti,
in nostrę proficiant infirmitatis auxiliuz.
Qui viuis ꝛ regnas cuz Deo patre. ꝛc.
Deinde, Mundet ꝛ muniat nos, quesu-
mus Domine. vt supra. folio 120.

DOMINICA XXIII. post Pētē. qñ nō fuerit vltima post pēt. q̄a si fuerit vltima, tūc loco xxiij. ponit̄ q̄ i feri⁹ posita est xxiiij. ꝛ missa xxiij dr̄ i sabbato p̄ced. nō impedito festo nouē lect. alioquin in alia pręcedenti feria. Introitus.

Jer. 29. 
Dicit Dñs, ego cogito cogitatiōes pacis, ꝛ nō afflictionis: inuocabitis me, ꝛ ego exaudiā vos, ꝛ reducā captiuitatē vestrā de cūctis locis. Ps.
Ps. 84. Benedixisti Dñe terram tuā: auertisti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria. Oratio.

Absolue, quęsumus Domine, tuorum delicta populorum: vt a peccatorum nostrorum nexibus, quę pro nostra fragilitate contraximus: tua benignitate liberemur. Per Dominum.

Secunda Oratio. A cunctis nos quęsumus. ꝛc. fol. 120. Tertia ad libitum.

Lectō Epl'ę B. Pauli Apl'i ad Phil.

Cap. 3. Fratres: Imitatores mei estote, ꝛ obseruate eos q̄ ita ambulāt, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos sępe dicebam vobis (nunc autē ꝛ flens dico) inimicos crucis Christi: quorum finis interitus: quorū Deus venter est: ꝛ gloria in confusione ipsorū, qui terrena sapiunt. Nostra autem cōuersatio in cęlis est: vnde etiam Saluatorem expectamus Dñm nr̄m Jesum Christum, qui reformabit corp⁹ humilitatis nostrę, cōfiguratū corpori claritatis suę fm operationē virtutis suę, qua etiā possit subijcere sibi omnia. Itaq; fratres mei charissimi, ꝛ desideratissimi, gaudium meū, ꝛ corona mea: sic state i Domino, charissimi. Euodiā rogo, ꝛ Sintichē deprecor idipsum sapere in Dño. Etiā rogo ꝛ te germane ꝯpar, adiuua illas, q̄ mecū laborauerūt in Euāgelio cū Clemēte, ꝛ ceteris adiutoribus meis, quorū nōia sunt in libro vitę.

Ps. 43. Gradua. Liberasti nos Dñe ex affligentibus nos: ꝛ eos q̄ nos oderūt, cōfudisti. ℣. In Deo laudabimur tota die, ꝛ i nomine tuo confitebimur in sęcula. Alleluia, allel. ℣. De ꝓfundis clamaui ad te Dñe Ps. 129.
Domine exaudi vocem meam, Allelu.

Sequentia sancti Euang. fm Matthęū.

In illo tpe: Loquēte Jesu ad turbas Cap. 9.
ecce princeps vn⁹ accessit, ꝛ adorabat eū, dicēs: Dñe, filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manū tuā sup eā, ꝛ viuet. Et surgens Jesus, sequebat̄ eū, ꝛ discipuli ei⁹. Et ecce mulier, q̄ sanguinis fluxū patiebat̄ annis duodecim, accessit retro, ꝛ tetigit fimbriā vestimēti eius. Dicebat enim intra se: Si tetigero tantū vestimentū ei⁹, salua ero. At Jesus cōuersus, ꝛ vidēs eā, dixit: Cōfide filia, fides tua te saluā fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cū venisset Jes⁹ in domū principis, ꝛ vidisset tibicines ꝛ turbā tumultuātē, dicebat: Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. Et cū eiecta esset turba, intrauit: ꝛ tenuit manum eius. Et surrexit puella. Et exijt fama hęc in vniuersam terram illam. Credo.

Offertoriū. De profundis clamaui ad te Ps. 129.
Domine, Domine exaudi vocē meā: de profundis clamaui ad te Dñe. Secreta.

Pro nr̄ę seruitutis augmento, sacrificiū tibi Dñe laudis offerim⁹: vt, qđ immeritis ꝯtulisti, ꝓpitius exequaris. p.
Deinde, Exaudi nos. vt sup. folio 120.

Communio. Amen dico vobis, quidqđ Mat. 11
orantes petitis, credite quia accipietis, ꝛ fiet vobis. Postcommunio.

Quęsumus ops Deus: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis nō sinas subiacere periculis. p.
Deinde, Mundet ꝛ muniat. vt su. f. 120.

¶ Si Dñicę post Pētecostē fuerit plures vigītiquatuor, tūc post vigesimamtertiā resumātur (quo ad Orationes, Epistolas, ꝛ Euangelia) missę Dñicarū, quę superfuerunt post Epiphaniā, hoc ordine.

¶ Si Dñicę fuerit vigintiquinq;, in vigesima iiij. dr̄ missa Dñicę vj. post Epipha.

¶ Si

¶ Si dominicę fuerint xxvj. in dominica
xxiiij. dicitur missa Dominicę quintę post
Epiph. in xxv. dicit missa Dominicę vj.
¶ Si Dominicę fuerint xxvij. in Domi-
nica xxiiij. dicitur Missa Dñicę iiij. post
Epiphan. in xxv. dicitur missa Domini-
cę v. & in xxvj. Dominica dicitur illa, quę
est vj. Dominica.
¶ Si fuerint xxviij. Dñicę, in Domini-
ca xxiiij. dicitur missa Dominicę iij. post
Epipha. in xxv. dr̃ missa Dñicę iiij. post
Epiph. In xxvj. Dñicę v. post Epipha.
in xxvij. Dominicę vj. post Epiph. Et vl-
timo loco semper dicitur missa Domini-
cę xxiiij. post Pent. quę Dominicę post
Epiph. positę sunt etiam post sequentem
xxiiij. Dominicam. Et vltimo loco semp
dicitur missa Dñicę xxiiij. post Pentec.
¶ Introit' aũt, Graduale, offertoriũ, &
postcõmunio in pdictis Dñicis semper
dicunt vt in Dñica xxiiij. post Pẽtecost.

DOMINICA XXIIII.
post Pentecosten. Introitus.



Ier. 29. Dicit Dominus, ego co
gito cogitationes pa-
cis, & non afflictionis:
inuocabitis me, & ego ex
audiam vos, & reducam
captiuitatem vestrã de
Ps. 84. cunctis locis. psal. Benedixisti Domi-
ne terram tuam: auertisti captiuitatẽ Ia-
cob. ℣. Gloria Patri. Oratio.
EXcita, quęsum' Dñe, tuorum fide-
liũ voluntates: vt diuini operis fru-
ctum propensius exequẽtes, pietatis tuę
remedia maiora percipiant. Per Dñm.
Deinde, A cũctis nos. vt supra. fol. 120.
Lect. Epl'ę B. Pauli Apl'i ad Colos.
Cap. 1. FRatres: Non cessamus pro vobis
orantes, & postulãtes vt impleami-
ni agnitione voluntatis Dei, in omni sa-
pientia & intellectu spirituali: vt ambule-
tis digne Deo per omnia placentes: in
omni opere bono frutificantes, & crescẽ-
tes in scientia Dei: in omni virtute con-
fortati secundum potentiam claritatis e-
ius: in omni patientia, & longanimitate
cum gaudio gratias agẽtes Deo & Pa-
tri, qui dignos nos fecit in partem sortis
sanctorum in lumine: qui eripuit nos de
potestate tenebrarum, & transtulit in re-
gnum filij dilectionis suę, in quo habe-
mus redemptionem, & remissionem
peccatorum. In Christo Iesu Domino
nostro. Graduale.
Liberasti nos Dñe ex affligẽtibus nos, & Ps. 43.
eos q nos oderũt, cõfudisti. ℣. In Deo
laudabimur tota die, & in noĩe tuo cõfite-
bimur in sęcula. Alleluia, alleluia. ℣.
De profundis clamaui ad te Dñe: Do- Ps. 129.
mine exaudi vocem meam, alleluia.
Sequẽtia sancti Euang. sm̃ Mattheum.
IN illo tempore: Dixit Iesus disci- Cap. 24.
pulis suis: Cum videritis abomina-
tionem desolationis, quę dicta est a Da-
niele propheta, stantem in loco sancto,
(qui legit, intelligat,) tunc qui in Iudęa
sunt, fugiãt ad montes: & qui in tecto, non
descẽdat tollere aliquid de domo sua: & q
in agro, non reuertatur tollere tunicam
suam. Vę autem pręgnantibus, & nutriẽ-
tibus in illis diebus. Orate autem vt non
fiat fuga vestra hieme, vel sabbato. Erit
enim tunc tribulatio magna, qualis non
fuit ab initio mundi vsq; modo, neq; fiet.
Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fie-
ret salua omnis caro: sed ꝓpter electos
breuiabuntur dies illi. Tunc siquis vobis
dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic: no
lite credere. Surgent enĩ pseudochristi,
& pseudoprophetę: & dabũt signa magna
& prodigia, ita vt in errorẽ inducantur, (si
fieri potest) etiã electi. Ecce pdixi vobis.
Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto
est, nolite exire: ecce in penetralibus, noli
te credere. Sicut enim fulgur exit ab O-
riente, & paret vsq; in Occidẽtem: ita erit
aduentus Filij hoĩs. Vbicũq; fuerit cor-
pus, illuc congregabũtur & aquilę. Sta-
tim aũt post tribulationẽ dierũ illorũ sol
obscu-

obscurabitur, ⁊ luna nō dabit lumen suū, ⁊ stellę cadent de cęlo, ⁊ virtutes cęlorum commouebuntur: ⁊ tunc parebit signum Filij hominis in cęlo: ⁊ tunc plangent omnes tribus terrę: ⁊ videbunt filiū hominis venientem in nubibus cęli cū virtute multa, ⁊ maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba, ⁊ voce magna: ⁊ congregabunt electos eius a quattuor ventis, a summis cęlorum vsque ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolam: cum iam ramus eius tener fuerit, ⁊ folia nata, scitis quia prope est ęstas: ita ⁊ vos cum videritis hęc omnia, scitote quia prope est in ianuis. Amē dico vobis, quia nō pręteribit generatio hęc, donec oīa hęc fiāt. Cęlum, ⁊ terra transibūt, verba autē mea non pręteribunt. Credo.

Ps. 129. Offertoriū. De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocē meā: de profundis clamaui ad te Dñe. Secreta.

Propiti⁹ esto, Dñe, supplicationib⁹ nr̃is: ⁊ populi tui oblationibus, ꝑcipiensq; susceptis, oīum nostrū ad te corda cōuerte: vt a terrenis cupiditatibus liberati, ad cęlestia desideria trāseam⁹. Per.

Deinde, Exaudi nos Deus. folio 120.

Mat. 11. Communio. Amen dico vobis, quidqd orantes petitis, credite quia accipietis, ⁊ fiet vobis. Postcommunio.

Concede nobis, q̄s Dñe: vt p hęc sacramenta quę sumpsimus, quidquid in nostra mente vitiosum est, ipsorū medicationis dono curetur. Per Dñm.

Deinde, Muniat ⁊ muniat. vt sup. f. 120.

Dñicę sumendę ex his q̄ supfuerunt post Epipha. secundū superiorem rubricam.

DOMINICA TERTIA.

Introitus.

Jer. 29. 
Dicit Dñs, ego cogito cogitatiōes pacis, ⁊ nō afflictionis: inuocabitis me, ⁊ ego exaudiā vos, ⁊ reducā captiuitatē vestrā de cūctis locis. Ps.

Benedixisti Dñe terram tuā: auertisti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria. Ps. 84 Oratio.

Omnipotens sempiterne De⁹, infirmitatem nostrā propitius respice: atque ad protegendum nos, dexterā tuę maiestatis extende. Per Dominum.

A cūctis. vt in j. Dñica post Pēte. 120.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Fratres: Nolite esse prudētes apud Cap. 12 vosmetipsos: Nulli malū ꝓ malo reddentes: prouidentes bona non tantū coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, qđ ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vosmeptipsos defendentes charissimi, sed date locum irę. Scriptum est enim: Mihi vindictam: ⁊ ego retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.

Gradua. Liberasti nos Dñe ex affligen- Ps. 43. tibus nos: ⁊ eos q nos oderūt, cōfudisti. ℣. In Deo laudabimur tota die, ⁊ ī nomine tuo confitebimur in sęcula. Alleluia, allel. ℣. De ꝓfundis clamaui ad te Dñe Ps. 129. Domine exaudi vocem meam, Allelu.

Sequentia sancti Euang. sm Mattheū.

In illo tēpore: Cū descendisset Je- Cap. 8. sus de monte, secutę sunt eum turbę multę: ⁊ ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens: Dñe si vis, potes me mundare. Et extendens manū Jesus, tetigit eū dicēs: Volo. Mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Jesus: Vide, nemini dixeris: sed vade, ostēde te sacerdoti, ⁊ offer munus, quod pręcepit Moyses, in testimonium illis. Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, ⁊ dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, ⁊ male torquetur. Et ait illi Jesus: Ego veniam, ⁊ curabo eum.

Et

Et respondens Centurio, ait: Domine, non sum dignus vt intres sub tectũ meũ, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic: Vade, & vadit: & alio, Veni, & venit: & seruo meo, Fac hoc, & facit. Audiens autem Jesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Jacob in regno cęlorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. Et dixit Jesus Centurioni: Vade, & sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Credo.

Ps. 129. Offer. De pfundis clamaui ad te Dñe, Dñe exaudi orationem meam: de profundis clamaui ad te Domine. Secreta.

HAec hostia, quęsum⁹ Dñe, emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesq; sanctificet. Per Dominum.

Exaudi nos Deus salutaris no. fo. 120.

Mat. 11. Communio. Amen dico vobis, quidqd orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Postcommunio.

QVos tantis, Dñe, largiris vti mysterijs: q̃s, vt effectibus nos eorũ veraciter aptare digneris. Per Dominũ.

Mundet & muniat nos quęsumus. 120.

DOMINICA QVARTA post Epiphan. Introitus.

Ier. 29. DIcit Dominus, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos, & reducam captiuitatem vestraz de

Ps. 84. cunctis locis. psal. Benedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatẽ Jacob. ℣. Gloria Patri. Oratio.

DEus, qui nos in tãtis periculis cõstitutos, pro humana, scis, fragilitate nõ posse subsistere: da nobis salutẽ mentis & corporis: vt ea, quę pro peccatis nostris patimur, te adiuuante vincamus. Per Dominum nostrum. &c.

A cunctis. vt in j. Dñica post Pẽt. 120.

Lectio Ep̃lę btĩ Pauli Ap̃li ad Rom.

FRatres: Nemini quidquam debeatis: nisi vt inuicem diligatis: qui enim diligit proximum, legem impleuit. Cap. 13. Nã: Non adulterabis: Non occides: Nõ furaberis: Nõ falsum testimoniũ dices: Nõ concupisces: & si quod est aliud mãdatuz, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Graduale.

Liberasti nos Dñe ex affligẽtibus nos, & Ps. 43. eos q nos oderũt, cõfudisti. ℣. In Deo laudabimur tota die, & in noĩe tuo cõfitebimur in sęcula. Alleluia, alleluia. ℣. De profundis clamaui ad te Dñe: Domine exaudi vocem meam, alleluia. Ps. 129.

Sequẽtia sancti Euang. sm Matthęum.

IN illo tpe: Ascendẽte Jesu in nauiculã, secuti sunt eũ discipuli eius: & Cap. 8. ecce motus magnus factus est in mari ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse vero dormiebat. Et accesserunt Discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicentes: Domine, salua nos, perimus. Et dicit eis: Quid timidi estis, modicę fidei? Tũc surgens imperauit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia venti, & mare obediunt ei? Credo.

Offertoriũ. De profundis clamaui ad te Ps. 129. Dñe, Dñe exaudi orationem meam: de pfundis clamaui ad te Domine. Secr.

COncede, q̃sumus, oĩpotens De⁹: vt huius sacrificij munus oblatuz, fragilitatem nostram ab omni malo purget semper, & muniat. Per Dominum.

Exaudi nos Deus salutaris. folio 120.

Communio. Amen dico vobis, quidqd

orantes

orantes petitis, credite quia accipietis, ⁊ fiet vobis. Postcommunio.

Munera tua nos De⁹, a delectationibus terrenis expediant: ⁊ cęlestibus semper instaurent alimentis. Per Dñũ.

Mundet ⁊ muniat nos. folio 120.

DOMINICA QVINTA post Epipha. Introitus.

Jer. 29. Dicit Dñs, ego cogito cogitatiões pacis, ⁊ nõ afflictionis: iuocabitis me, ⁊ ego exaudiã vos, ⁊ reducã captiuitatẽ vestrã de cũctis locis. Ps.

Ps. 84. Benedixisti Dñe terram tuã: auertisti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria. Oratio.

Familiam tuã, quęsumus Domine, continua pietate custodi: vt quę in sola spe gratię cęlestis innititur, tua semper protectione muniatur. Per Dñm.

A cunctis nos quęsumus. ⁊c. folio 120.

Lectio Ep̃lę B. Pauli Ap̃li ad Colos.

Cap. 3. Fratres: Induite vos sicut electi Dei, sancti, ⁊ dilecti, viscera misericordię, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam: supportantes inuicem, ⁊ donantes vobismetipsis si quis aduersus aliquem habet querelam: sicut ⁊ Dominus donauit vobis, ita ⁊ vos. Super omnia autem hęc, charitatem habentes, quod est vinculum perfectionis: ⁊ pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua ⁊ vocati estis in vno corpore ⁊ grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia, docentes, ⁊ commonentes vosmetipsos, in psalmis, hymnis, ⁊ canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Omne, quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Jesu Christi facite, gratias agentes Deo ⁊ Patri, per Jesum Christum Dominum nostrum.

Ps. 43. Gradua. Liberasti nos Dñe ex affligentibus nos: ⁊ eos q̃ nos oderũt, cõfudisti. ℣. In Deo laudabimur tota die, ⁊ ĩ nomine tuo confitebimur in sęcula. Alleluia, allel. ℣. De pfundis clamaui ad te Dñe Ps. 129. Domine exaudi vocem meam, Allelu.

Sequentia sancti Euang. sm̃ Matthęũ.



In illo tempore: Cap. 13. Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile factum est regnũ cęlorum homini, qui seminauit bonum semen in agro suo, cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, ⁊ superseminauit zizania in medio tritici, ⁊ abijt. Cum autem creuisset herba, ⁊ fructũ fecisset, tunc apparuerunt ⁊ zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias dixerunt ei: Domine, nonne bonum semẽ seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui aũt dixerunt ei, Vis, imus, ⁊ colligimus ea? Et ait: Nõ: ne forte colligentes zizania, eradicetis cũ eis simul ⁊ triticum. Sinite vtraque crescere vsque ad messem, ⁊ in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, ⁊ alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum. Credo.

Offertoriũ. De profundis clamaui ad te Ps. 129. Domine, Domine exaudi vocẽ meã: de profundis clamaui ad te Dñe. Secreta.

Hostias tibi Dñe, placationis offerimus, vt ⁊ delicta nr̃a miserat⁹ absoluas, ⁊ nutantia corda tu dirigas. Per.

Exaudi nos Deus salutaris. folio. 120.

Cõmunio. Amen dico vobis, quidquid Mat. 11 orantes petitis, credite quia accipietis, ⁊ fiet vobis. Postcommunio.

Quęsumus, ops Deus, vt illius salutaris capiamus effectũ: cuius per hęc mysteria pignus accepimus. Per.

Mũdet ⁊ muniat nos quęsumus. f. 120.

DO-

DOMINICA VI.
post Epiphaniam. Introitus.



Jer. 29. Dicit Dñs, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos: & reducam captiuitatẽ vestram de
Ps. 84. cunctis locis. Ps. Benedixisti Domine terram tuam, auertisti captiuitatẽ Jacob. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Presta, q̃sumus, omnipotẽs Deus: vt semper rationabilia meditantes, quę tibi sunt placita, & dictis exequamur, & factis. Per Dominum nostrum Je. A cunctis nos. folio 167.

Lect. Epl'ę B. Pauli Apl'i ad Thes.

I. cap. I. Fratres: Gratias agim' Deo semper pro omnibus vobis, memoriã vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, memores operis fidei vestrę, & laboris, & charitatis, & sustinentię spei Domini nostri Jesu Christi, ante Deum & Patrem nostrum: scientes fratres, dilecti a Deo, electionem vestram: quia Euangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum, sed & in virtute, & in Spiritu sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos. Et vos imitatores nostri facti estis, & Dñi, excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spũs sancti: ita vt facti sitis forma omnibus credẽtibus in Macedonia, & in Achaia. A vobis enim diffamatus est sermo Dñi, nõ solũ i Macedonia, & in Achaia, sed & in omni loco fides vestra, quę est ad Deum, profecta est, ita vt nõ sit nobis necesse quidquã loqui. Ipsi enim de nobis annunciant qualem introitum habuerimus ad vos: & quomodo conuersi estis ad Deum a simulacris, seruire Deo viuo, & vero, & expectare Filiũ eius de cęlis (quem suscitauit ex mortuis) Jesum, qui eripuit nos ab ira ventura. Graduale.

Liberasti nos Dñe ex affligẽtib' nos: & eos q nos oderunt, ɔfudisti. ℣. In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo cõfitebimur in sęcula. Alleluia, alleluia. ℣. Ps. 43.
De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam, alleluia. Ps. 129.

Sequentia sancti Euãg. sm Matthęũ.

In illo tempore. Dixit Jesus turbis parabolam hanc: Simile est regnũ cęlorum grano sinapis, quod accipiens homo seminauit in agro suo: quod minimum quidẽ est omnibus seminibus: cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres cęli veniãt, & habitent in ramis eius. Aliã parabolã locutus est eis. Simile est regnũ cęlorũ fermento, quod acceptum mulier abscõdit in farinę satis tribus, donec fermẽtatum est totũ. Hęc omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis: vt impleretur quod dictũ erat per Prophetã dicentem: Aperiam in parabolis os meũ, eructabo abscondita a constitutione mundi. Cap. 13.
Et dicitur Credo. Offertorium.

De profundis clamaui ad te Domine, Dñe exaudi orationẽ meã: De profundis clamaui ad te Domine. Secreta. Ps. 129.

Hæc nos oblatio, Deus, mundet, quęsumus, & renouet, gubernet, & protegat. Per Dominum nostrum Je. Exaudi nos Deus. &c. folio 120.

Communio. Amen dico vobis, quidquid orãtes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Postcommunio. Mat. 11.

Cælestibus, Domine, pasti delicijs, quęsumus: vt semper eadem, per quę veraciter viuimus, appetam'. Per Dominum nostrum Jesum Christũ filium tuum. Qui tecum viuit & regnat. &c. Mundet & muniat. folio 120.

Finis Ordinarij de Tempore.


ECCE AGNVS

PROPRIVM MISSARVM
DE SANCTIS.

Die 29. Noueb. ¶ In Uigilia S. Andreę Apli. Intro.



Dominus secus mare Galilęę, vidit duos fratres, Petrum ꝛ Andream, ꝛ vocauit eos: Uenite post me, faciam vos fieri piscatores ho-
Ps. 18. minum. Ps. Celi enarrant gloriam Dei: ꝛ opera manuum eius annunciat firmamentum. ℣. Gloria. Oratio.

Quesumus omnipotens Deus: vt beatus Andreas apostolus, cuius prçuenimus festiuitatē, tuū pro nobis imploret auxiliū: vt a nostris reatibus absoluti, a cunctis etiā periculis eruamur. Per.

Et fit cōmem. S. Saturnini m̄. Oratio.

Deus, qui nos beati Saturnini martyris tui, concedis natalitio pfrui: eius nos tribue meritis adiuuari. Per.

¶ Si vigilia S. Andreę venerit in Aduētu, missa dicit̄ de vigilia, ꝛ secunda oȯo erit de Aduētu, tertia de sācto Saturnino. Si festum S. Andreę venerit feria ij. missa de vigilia dicit̄ in sabbato, ꝛ secūda Oȯo erit de S. Maria. Concede. tertia Ecclesię. f. 108. vel pro Papa, ꝛ commemoratio sācti Saturnini fit in dn̄ica: quod ꝛ ī aliis vigiliis, excepta vigilia Natiuitatis Domini, seruatur. Si autē festū S. Andreę venerit in Dn̄ica, trāsfertur in secundam feriam, ꝛ missa de vigilia dicitur in sabbato cum commemoratione sancti Saturnini, vt supra, ꝛ tertia oratio erit de sancta Maria. Concede nos.

Lectio libri Sapientię.

Eccl. 44 45. Benedictio Domini super caput iusti. Ideo dedit illi Dominus hereditatē, ꝛ diuisit ei partē in tribubus duodecim, ꝛ inuenit gratiam in conspectu omnis carnis. Magnificauit eum in timore inimicorum, ꝛ in verbis suis monstra placauit. Glorificauit eum in cōspectu regum, ꝛ ostendit illi gloriam suam. In fide ꝛ lenitate ipsius sanctum fecit illum, ꝛ elegit eum ex omni carne. Et dedit illi coram pręcepta, ꝛ legem vitę ꝛ disciplinę: ꝛ excelsum fecit illum. Statuit illi testamentum ęternum, ꝛ circumcinxit eum zona iustitię, ꝛ induit eum Dominus coronam glorię. Graduale.

Nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos, ꝛ super arenam multiplicabuntur.

Sequentia sancti Euang. sm Joannem.

In illo tempore: Stabat Joannes, ꝛ ex discipulis eius duo. Et respiciēs Jesum ambulantem, dicit: Ecce agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, ꝛ secuti sunt Jesum. Conuersus autem Jesus, ꝛ videns eos sequentes se, dicit eis: Quid quęritis? Qui dixerunt ei: Rabbi, (qđ dicitur interpretatum Magister) vbi habitas? dicit eis: Uenite, ꝛ videte. Uenerunt, ꝛ viderunt vbi maneret, ꝛ apud eum manserunt die illo: hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus, qui audierant a Joanne, ꝛ secuti fuerant eum. Inuenit hic primum fratrem suum Simonem, ꝛ dicit ei: Inuenimus Messiam (quod est interpretatum Christus.) Et adduxit eum ad Jesum. Intuitus autem eum Jesus, dixit: Tu es Simon filius Jona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. In crastinum voluit exire in Galileam, ꝛ inuenit Philippum. Et dicit ei Jesus: Sequere me. Erat autem Philippus a Bethsaida, ciuitate Andreę, ꝛ Petri. Inuenit Philippus Nathanael, ꝛ dicit ei: Quem scripsit Moyses in lege, ꝛ prophetę, inue- 1. Cap.

nimus Jesum filiuz Joseph a Nazareth. Et dixit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Ueni, & vide. Uidit Jesus Nathanael venientem ad se, & dicit de eo: Ecce vere Jsraelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael: Unde me nosti? Respondit Jesus, & dixit ei: Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es rex Jsrael. Respondit Jesus, & dixit ei: Quia dixi tibi: Uidi te sub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei: Amen amen dico vobis, videbitis cęlum apertum, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes supra Filium hominis. Offertorium.

Ps. 8. Gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuaruz Domine. Secreta.

SAcrandum tibi Dñe munus offerimus: quo beati Andreę sollemnia recolentes, purificationem quoque nostris mentibus imploramus. Per Dñz.

Pro cõmemo. S. Saturnini m. Secre.

MUnera tibi Domine dicata sanctifica: & intercedẽte beato Saturnino martyre tuo, per hęc eadem nos placat⁹ intende. Per Dñm. Communio.

Joã. 1. Dixit Andreas Simoni fratri suo: inuenimus Messiam, qui dicitur Christus: & adduxit eum ad Jesum. Postcõmun.

PErceptis Domine sacramẽtis suppliciter exoramus: vt, intercedente beato Andrea apostolo tuo, quę ꝓ illius veneranda gerimus passione, nobis proficiant ad medelam. Per Dominum.

¶ Pro cõme. S. Saturnini. Postcõ.

SAnctificet nos, quęsumus Dñe, tui ꝑceptio sacramenti: & intercessione sanctorum tuorũ tibi reddat acceptos. P.

¶ Si sequens festũ sancti Andreę venerit in dominica transfertur in sequentem diem duplici festo non impeditam, quod & de alijs festis dupl. vel semidup. in dominicis Aduentus occurrentibus seruatur, & in illis semper fit commem. de Aduentu. De simplic. autem toto Aduentu fit tantum commemoratio.

SANCTI ANDREÆ Die 30.

Apostoli. Introitus.



MJhi autem nimis honorati sunt amici tui De⁹: nimis confortatus est principatus eorum. Ps. 138. Ps. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. Ibidem. ℣. Gloria. Oratio.

MAiestatem tuam Domine suppliciter exoramus: vt sicut Ecclesię tuę, beatus Andreas Apostolus, extitit prędicator, & rector: ita apud te, sit pro nobis perpetuus intercessor. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Romanos.

FRatres: Corde creditur ad iustitiã: Cap. 10. ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim Scriptura: Omnis, qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Judęi, & Gręci: nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum. Omnis enim, quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt, in quem nõ crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autez audient sine prędicante? Quomodo vero prędicabũt nisi mittantur? sicut scriptum est: Quam speciosi pedes euangelizantiuz pacem, euãgelizantium bona! Sed non omnes obediunt Euangelio. Jsaias enim dicit: Jsa. 53. Domine quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico: Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrę verba eorum.

Graduale.

Ps.44. Graduale. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui Domine.
℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Dilexit Andream Dominus in odorem suauitatis, allelu.
Sequentia sancti Euang. secundum Matthæum.
Cap.4. In illo tempore: Ambulans Jesus iuxta mare Galileę, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, et Andream fratrem eius, mittentes rete in mare, (erant enim piscatores) et ait illis: Venite post me, et faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Jacobum Zebedęi, et Joannem fratrem eius in naui cum Zebedęo patre eorum, reficientes retia sua: et vocauit eos. Illi autem statim relictis retibus et patre secuti sunt eum.
Credo. Offertorium.
Ps.138. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.
Sacrificium nostrum tibi, Domine, quęsumus, beati Andreę apostoli tui, precatio sancta conciliet: vt in cuius honore sollemniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptum. Per Dominum.
Præfatio de Apostolis. fol. 90. Commu.
Mat.4. Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum: at illi, relictis retibus et naui, secuti sunt Dominum. Postcommu.
Sumpsimus Domine diuina mysteria, beati Andreę festiuitate lętantes: quæ sicut tuis sanctis ad gloriam, ita nobis, quęsumus, ad veniam prodesse proficias. Per Dominum nostrum Jesum.

FESTA DECEMBRIS.
Die 2. ¶ Pro com. sanctę Bibianę virginis et martyris Oratio. Indulgentiam. cum sua secreta et postcom. de communi virg. 193.
Die 4. ¶ Pro comme. S. Barbarę virg. et mar. Oratio. Deus qui inter cę. cum sua Secreta, et postcom. de communi virginum. fol. 194.
Die 5. ¶ Pro commemo. sancti Sabbę Abbat. Oratio. Intercessio. cum sua secreta, et post commu. vt in communi Abbatum. fol. 192.

Die 6. SANCTI NICOLAI Episcopi, et confessoris. Introitus.



Ecclę. Cap.45. Statuit ei Dominus testamentum pacis, et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in ęternum.
Ps.131. Ps. Memento Domine Dauid, et omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria. Oratio.
Deus qui beatum Nicolaum pontificem tuum innumeris decorasti miraculis tribue quęsumus: vt eius meritis et precibus, a gehennę incendijs liberemur. Per Dominum nostrum Jesum.
Epla. Mementote præpositorum. de communi confess. pontif. fol. 190. Gradua.
Ps.88. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum.
℣. Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia, allelu.
Ps.91. ℣. Justus vt palma florebit sicut cedrus Libani multiplicabitur, Alleluia. Euangel.
Homo quidam peregre proficiscens. de communi confess. fol. 189. Offertorium.
Ps.88. Veritas mea, et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.
Sanctifica, quæsumus Domine Deus, hęc munera: quę in sollemnitate sancti Antistitis tui Nicolai offerimus: vt per ea vita nostra inter aduersa et prospera vbique dirigatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.
Ps.88. Commu. Semel iuraui in sancto meo, semen eius in ęternum manebit: et sedes eius, sicut sol in conspectu meo: et sicut luna perfecta in ęternum: et testis in cęlo fidelis. Postc.

Sacrificia, quę sumpsimꝰ Domine, pro sollennitate sancti pontificis tui Nicolai, sempiterna nos protectione conseruent. Per Dominum nostrum.

Die 7. SANCTI AMBROSII epi ⁊ cōfess. ac Doctoris Ecclesię. Intr.

Eccl. 15. 

In medio Ecclesię aperuit os eiꝰ, ⁊ adimpleuit illū Dominus spiritu sapiētię, ⁊ intellectꝰ: stolam glorię induit eū.

Ps. 91. Ps. Bonum est cōfiteri Domino: ⁊ psallere nomini tuo Altissime. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Deus, qui populo tuo ęternę salutis beatum Ambrosium ministrū tribuisti: pręsta quęsumus: vt, quem doctorem vitę habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cęlis. Per Dominum nostrum Jesum. Epistola. Testificor coram Deo. de cōmuni Doctorum. folio 190. Graduale.

Eccl. 50 Ecce sacerdos magnus, qui i diebꝰ suis placuit Deo. ℣. Non est inuētus similis illi, qui cōseruaret legem Excelsi. Alle-

Ps. 109. luia, alleluia. ℣. Iurauit Dominus, ⁊ nō pęnitebit eum: tu es sacerdos in ęternum secundum ordinem Melchisedech, Alleluia. Euangelium. Vos estis sal terrę. de cōmuni Doctorum. folio 190. Et dicitur. Credo. Offertorium.

Ps. 88. Veritas mea, ⁊ misericordia mea cum ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Omnipotēs sempiterne Deus, munera tuę maiestati oblata, per intercessionem beati Ambrosij confessoris tui atque pontificis, ad perpetuā nobis fac prouenire salutem. Per Dominum no.

Ps. 88. Cōmunio. Semel iuraui in sancto meo: semen eius in ęternum manebit: ⁊ sedes eius sicut sol in conspectu meo: ⁊ sicut luna perfecta in ęternum, ⁊ testis in cęlo fidelis. Postcommunio.

Sacramenta salutis nostrę suscipiētes, concede, q̄sumus omnipotens Deus: vt beati Ambrosij confessoris tui atque pontificis nos vbique oratio adiuuet: in cuius veneratione hęc tuę obtulimus maiestati. Per Dominum nostrū.

¶ In Conceptione beatę Marię dicitur Die 8.
Missa de eiꝰ Natiuitate, quę habetur mēse Septembri. fol. 171. mutato nōmine Natiuitatis. in Conceptionem.

¶ Pro cōmemoratione sācti Melchiadis Die 10.
Papę ⁊ martyris. Or. Infirmitatē. cum sua secreta, ⁊ postcōmunione de cōmuni vnius martyris pont. folio 182.

SANCTI DAMASI Die 11.
Papę ⁊ confess. Introitus.



Sacerdotes tui Dn̄e induāt iustitiam, ⁊ scti tui exultent: ꝑpter Dauid seruū tuū, ne auertas faciem Christi tui. Ps. 131. Ps. Memēto Domine Dauid: ⁊ omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria Patri, ⁊ Filio. Oratio.

Exaudi Domine preces nostras: ⁊ intercedente beato Damaso cōfessore tuo atque pontifice, indulgentiam nobis tribue placatus, ⁊ pacem. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Epistola. Plures facti sunt. vt in cōmuni confess. pontifi. f. 189. Graduale.

Ecce sacerdos magnus, q in diebꝰ suis Eccl. 44
placuit Deo. ℣. Nō est inuētꝰ similis illi, q conseruaret legē Excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es sacerdos in ęternū secūdum ordinem Melchisedech, Allelu. Euāg. Vigilate q: ne. de eodē cōi. 189.

Offertoriū. Inueni Dauid seruū meū, Ps. 88.
oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, ⁊ brachium meum cōfortabit eum. Secreta.

Accepta tibi sit, quęsumꝰ Domine, sacratę plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorū: quorum se meritis percepisse

cepisse

cepisset de tribulatione cognoscit auxi-
lium. Per Dominum. Communio.
Matt.25 Domine, quinque talenta tradidisti mihi,
ecce alia quinque superlucratus sum: euge
serue fidelis, qa sup pauca fuisti fidelis,
super multa te constituam, intra in gau-
dium domini tui. Postcommunio.
Da, quęsumus Domine, fidelibus
populis, sanctorum tuorum semper
veneratione lętari: et eorum perpetua sup-
plicatione muniri. Per Dominum.

Die 13. SANCTAE LVCIAE
virginis et mart. Introitus.

ps.44. Dilexisti iustitiã, et odisti
iniquitatem propterea
vnxit te Deus, Deus
tuus oleo lętitię, prę cõ
sortibus tuis. ps. Eru-
ctauit cor meum verbũ
bonum: dico ego opera mea regi. ℣.
Gloria Patri, et Filio. Oratio.
Exaudi nos Deus salutaris noster:
vt, sicut de beatę Lucię virginis et
martyris tuę festiuitate gaudemus: ita
pię deuotionis erudiamur affectu. Per.
Epistola. Qui gloriatur, i Dño gloriet.
De communi virg. fol. 193. Graduale.
ps.44. Dilexisti iustitiã, et odisti iniquitatem. ℣.
Propterea vnxit te De⁹ Deus tu⁹ oleo
lętitię. Alleluia, alleluia. ℣. Diffusa est
gratia in labijs tuis, propterea benedixit
te Deus in ęternũ. Alla. Euangelium.
Simile est regnum cęlorum thesauro ab-
scondito. folio 195. Offertorium.
ps.44. Adducent regi virgines post eam, pro-
ximę eius afferentur tibi. Secreta.
Accepta tibi sit Dñe sacratę plebis
oblatio, pro tuorum honore sancto
rum: quorum se meritis percepisse de tri-
bulatione cognoscit auxilium. Per Do.
ps.118. Cõmunio. Principes persecuti sunt me
gratis, et a verbis tuis formidauit cor me-
um: lętabor ego super eloquia tua, quasi
q inuenit spolia multa. Postcommun.

Satiasti Domine familiam tuam mu
neribus sacris: eius, quęsum⁹ sem-
per interuentione nos refoue, cuius sol-
lemnia celebramus. Per Dominum no
strum Jesum Christum filium tuum. etc.
¶ In vigilia S. Thomę oĩ missa. Ego Die 20.
autẽ sicut oliua. de vigilia vni⁹ Apostoli.
fol. 182. cum cõmemoratione de Aduen-
tu: et in ea seruat rubrica i vigilia S. An-
dreę posita. f. 138. Si autem hęc vigilia
venerit in quattuor temporibus, de ea fit
tantum commemoratio.

SANCTI THOMAE Die 21.
Apostoli. Introitus.

Mihi autẽ nimis honorifi ps.138.
cati sũt amici tui De⁹,
nimis confortatus est
principatus eorum. ps.
Domine pbasti me, et ps.138.
cognouisti me: tu co-
gnouisti sessionẽ meam, et resurrectionem
meam. ℣. Gloria Patri. Oratio.
Da nobis, quęsumus Domine, bea
ti Apostoli tui Thomę sollẽnitati-
bus gloriari: vt eius semper et patrocinijs
subleuemur, et fidem congrua deuotio-
ne sectemur. Per Dominum nostrum
Jesum Christum filium tuum. etc.
Lect. Ep'lę B. Pauli Ap'li ad Ephes.
Fratres: Jam non estis hospites, et Cap.2.
aduenę: sed estis ciues sanctorũ, et
domestici Dei, superędificati supra fun-
damentũ Apostolorum, et Prophetarũ,
ipso summo angulari lapide Christo Je-
su: in quo omnis ędificatio constructa
crescit in templum sanctum in Domino,
in quo et vos coędificamini in habitacu-
lum Dei in Spiritu sancto. Graduale.
Nimis honorificati sũt amici tui De⁹: ni ps.138.
mis confortatus est principatus eorum.
℣. Dinumerabo eos, et super arenam
multiplicabuntur. Alleluia, alleluia. ℣.
Gaudete iusti in Domino: rectos de- ps.32.
cet collaudatio. Alleluia.

Sequentia sancti Euang. sm Joannez.

Cap.20. 

In illo tpe: Thomas vn⁹ ex duodecim, qui dicit̃ Didymus, non erat cuz eis quando venit Jesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixurã clauoꝝ, ꝛ mittã digitum meũ in locum clauorum, ꝛ mittam manum meam in latus eius, non credam. Et post dies, octo, iterum erant discipuli eius intus: ꝛ Thomas cum eis. Venit Jesus ianuis clausis, ꝛ stetit in medio, ꝛ dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thome: Infer digitum tuũ huc, ꝛ vide manus meas, ꝛ affer manuz tuam, ꝛ mitte in latus meum: ꝛ noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, ꝛ dixit ei: Dominus me⁹, ꝛ De⁹ meus. Dixit ei Jesus: Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati, qui non viderunt, ꝛ crediderunt. Credo.

ps.18. Offertorium. In omnem terram exiuit sonus eorum, ꝛ in fines orbis terre verba eorum. Secreta.

Debitũ tibi Dñe nr̃e reddim⁹ seruitutis, suppliciter exorãtes: vt suffragijs beati Thome Apl̃i tui, in nobis tua munera tuearis: cui⁹ honorãda ꝓfessione, laudis tibi hostias immolamus. Per do. Prefatio de Apostolis. fol.90. Cõmu.

Joã.20. Mitte manũ tuã, ꝛ cognosce loca clauorũ: ꝛ noli esse icredul⁹, sed fidelis. Postc.

Adesto nobis misericors Deus: ꝛ intercedente pro nobis beato Thoma Apostolo tuo, tua circa nos ꝓpitiatus dona custodi. Per Dominum.

FESTA IANVARII.

Die 11. ¶ Pro cõm. S. Higinij Pape ꝛ mar. Orõ. Infirmitatẽ. cũ sua secre. ꝛ postc. de cõi vnius m̃. põt. fol. 182. ꝛ tertia orõ dr̃ de Sancta Maria Deus q salutis.

Die 14. ¶ In festo S. Hilarij episcopi, ꝛ cõfess. Missa. In medio ecclesie. de cõi doct. ꝛ in ea fit sequens commemoratio cũ tertia orone de sancta Maria. De⁹ q salutis.

Die 14. ¶ Pro commemoratione sancti Felicis in Pincis martyris. Oratio.

Concede, q̃sumus oĩpotens Deus: vt ad meliorem vitam sanctorum tuorum exempla nos prouocent: quatenus, quorum sollemnia agimus, etiam actus imitemur. Secreta.

Hostias tibi Dñe beati Felicis martyris tui dicatas meritis, benignus assume: ꝛ ad perpetuum nobis tribue ꝑuenire subsidium. Postcommunio.

Quesumus Domine, salutaribus repleti mysterijs: vt beati Felicis martyris tui, cuius sollemnia celebramus, orationibus adiuuemur. Per Dñm.

¶ Si ꝯtingat festũ S. Hilarij trãsferri i aliũ diẽ, nõ tamẽ ꝓdicta cõm. S. Felicis trãsfert̃, sed de ea fit suo die, quod ꝛ in alio sequẽti festo, ꝛ in similib⁹ semꝑ seruat̃.

Die 15. SANCTI PAVLI primi Eremite. Introitus.

ps.91. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur, plãtatus in domo Dñi, in atrijs domus Dei nostri. ps. Bonuz est confiteri Dño: ꝛ psallere nomini tuo Altissime. ℣. Gloria Patri. Oratio. ps.91.

Deus, qui nos beati Pauli confessoris tui, annua sollẽnitate letificas: cõcede propitius: vt cuius natalitia colimus, etiaz actiones imitemur. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

¶ Pro cõm. S. Mauri Abbatis. Orõ.

Intercessio nos, q̃sumus Domine, beati Mauri Abbatis cõmendet: vt

quod

quod nostris meritis non valemus, eius patrocinio assequamur.
Tertia oratio de S. Maria. Deus, qui salutis. Epistola. Quę mihi fuerūt lucra. de cōmuni cōfessoris non pōt. fol. 191. Grad.
Ps. 91. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctem. Alleluia, alleluia. ℣. Iustus ger- Ose. 14. minabit sicut lilium: et florebit in ęternum ante Dominum, Alleluia. Euangelium.
Respondens Iesus dixit: Confiteor tibi pater. de cōmuni plu. marty. fol. 188.
Ps. 20. Offertorium. In virtute tua Domine lętabitur iustus, et super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animę eius tribuisti ei. Secreta.
Laudis tibi Domine hostias immolamus, in tuorum commemoratione sanctorum: quibus nos, et pręsentibus erui malis confidimus, et futuris. Per Dominum nostrum Iesum Christum.
Pro commemoratione sancti Mauri Abbatis. Secreta.
Pręsta nobis, quęsumus omnipotens Deus: vt nostrę humilitatis oblatio, et pro tuorum tibi grata sit honore sanctorū, et nos corpore pariter et mente purificet.
Ps. 63. Communio. Lętabitur iustus in Domino, et sperabit in eo: et laudabunt omnes recti corde. Postcommunio.
Refecti cibo potuque cęlesti, Deus noster, te supplices exoramus: vt in cuius hęc cōmemoratione percepimus, eius muniamur et precibus. Per Dominum nostrum Iesum Christum.
Pro commemoratione sancti Mauri Abbatis. Postcommunio.
Protegat nos Dñe, cū tui pceptione sacramēti, beatus Maurus Abbas, pro nobis intercedēdo: vt et conuersationis eius experiamur insignia, et intercessionis ipsius percipiamus suffragia.

SANCTI MARCELLI Die 16.
Papę, et marty. Introitus.



Statuit ei Dominus te- Eccl. 45. stamentū pacis, et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in ęternum. Ps. Memēto Domine Dauid, et Ps. 131. oīs mansuetudinis eius. ℣. Gloria. Oratio.
Preces populi tui, quęsumus Domine, clementer exaudi: vt beati Marcelli martyris tui, atque pōtificis meritis adiuuemur, cuius passione lętamur. Per.
Episto. Benedictus Deus. de cōmuni vnius martyris pōt. fol. 182. Gradua.
Inueni Dauid seruum meum, oleo san- Ps. 88. cto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non nocebit ei.
Alleluia, alleluia. ℣. Tu es Sacerdos Ps. 109. in ęternum secundum ordinem Melchisedech, Alleluia. Euangelium.
Si quis vult venire post me. folio 183.
Offertorium. Veritas mea, et misericor- Ps. 88. dia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.
Suscipe, quęsumus Domine, munera dignanter oblata: et beati Marcelli suffragantibus meritis, ad nostrę salutis auxilium prouenire concede. Per Do.
Communio. Domine, quinque talenta Mat. 25 tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum: euge serue bone et fidelis: quia super pauca fuisti fidelis, super multa te cōstituā intra in gaudium dñi tui. Postcōmun.
Satiasti Domine familiam tuā muneribus sacris: eius, quęsumus, semper interuētione nos refoue, cuius sollēnia celebramus. Per Dominum nost.
In festo sancti Antonij Abba. Missa. Die 17.
Os iusti. de cōmuni Abb. f. 192. cum Euang. Sint lumbi vestri pręcincti. de communi confesso. non pont. folio 191.

CA-

Die 18. CATHEDRA S. PETRI qua Romę primum sedit. Introit.

Eccl. 45.  Tatuit ei Domin⁹ testamentuꝫ pacis: ꝛ principem fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas i eternū. ps. Memento Dñe Dauid, ꝛ oīs mā
ps. 131. suetudinis eius. ℣. Gloria. Oratio.

DEus, q beato Petro apostolo tuo, collatis clauib⁹ regni cęlestis, animas ligandi atque soluendi pontificium tradidisti, concede: vt intercessionis eius auxilio, a peccatoruꝫ nostrorum nexibus liberemur. Qui viuis ꝛ regnas. ꝛc.

¶ Et fit commemoratio de sancto Paulo ante quascumque cōme. etiam Dominicę: quod ꝛ seruatur in comme. S. Petri, quę fit in festo S. Pauli. Oratio.

DEus, qui multitudinem gentium, beati Pauli apostoli prędicatione docuisti: da nobis quęsumus, vt cuius commemorationem colimus, eius apud te patrocinia sentiamus.

¶ Pro cōm. S. Priscę virg. ꝛ m̄. Oro.

DA, q̄sumus, omnipotens Deus, vt qui beatę Priscę virginis ꝛ martyris tuę natalitia colimus, ꝛ annua sollemnitate lętemur, ꝛ tantę fidei proficiamus exemplo. Per Dominum nostruꝫ.

Lectio Epistolę beati Petri Apostoli.

1. Cap. 1 PEtrus Apostolus Jesu Christi, electis aduenis dispersionis Ponti, Galatię, Cappadocię, Asię, ꝛ Bythinię secundū pręscientiaꝫ Dei patris, in sanctificationem Spiritus, in obediētiam, ꝛ aspersioneꝫ sanguinis Jesu Christi: Gratia vobis, ꝛ pax multiplicetur. Bn̄dictus De⁹ ꝛ Pater Domini nostri Jesu Christi, qui secundū magnā misericordiā suā, regenerauit nos in spē viuā, per resurrectionē Jesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilē, ꝛ incontaminatā, ꝛ immarcescibilē, conseruatā in cęlis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidē in salutē, paratā reuelari in tpe nouissimo. In quo exultabitis, modicuꝫ nūc si oportet cōtristari in varijs tētationibus: vt probatio vestrę fidei multo pretiosior auro (quod p ignēꝫ probat̄) inueniatur in laudē, ꝛ gloriam, ꝛ honorem in reuelatione Jesu Christi Domini nostri. Gradu.

Exaltēt eū i Ecclesia plebis, ꝛ in cathedra senioꝝ laudēt eū. ℣. Cōfiteātur dn̄o misericordię ei⁹, ꝛ mirabilia ei⁹ filijs hoīuꝫ. Ps. 106.

Si festū Cathedrę venerit ante Septua. post Gradu. statim dicit̄. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es Petrus, ꝛ sup hanc petrā ędificabo Ecclesiam meaꝫ. Alleluia. Mat. 16

Si aūt venerit post Septuagesimā, omisso All'a. ꝛ ℣. dicitur sequens Tractus.

Tu es Petrus, ꝛ super hanc petram ędificabo Ecclesiā meaꝫ. ℣. Et portę inferi non pręualebunt aduersus eam: ꝛ tibi dabo claues regni cęloruꝫ. ℣. Quodcumqꝫ ligaueris super terram, erit ligatum ꝛ in cęlis. ℣. Et quodcumqꝫ solueris super terram, erit solutum ꝛ in cęlis. Mat. 16

Sequentia sancti Euang. ſm Matthęū.

IN illo tpe: Uenit Jesus i partes Cęsareę Philippi: ꝛ interrogabat discipulos suos, dicens: Quē dicūt hoīes esse Filiū hoīs? At illi dixerūt: Alij Joānem Baptistā, alij aūt Eliā, alij vero Jeremiā, aut vnū ex ꝓphetis. Dicit illis Jesus: Uos aūt quē me esse dicitis? Respondēs Simō Petr⁹ dixit ei: Tu es Chrs, filius Dei viui. Rn̄dens aūt Jesus, dixit ei: Beatus es Simon Bar Jona: qa caro, ꝛ sāguis nō reuelauit tibi, sed Pater me⁹, q i cęlis est. Et ego dico tibi, qa tu es Petrus, ꝛ sup hanc petrā ędificabo ecclesiā meā, ꝛ portę iferi nō ꝓualebunt aduersus eā. Et tibi dabo claues regni cęlorū. Et quodcūqꝫ ligaueris sup terrā, erit ligatuꝫ ꝛ in cęlis: ꝛ qdcūqꝫ solueris super terrā, erit solutuꝫ ꝛ in cęlis. Credo. Cap. 16.

Offerto. Tu es Petrus, ꝛ super hanc Mat. 16

petram

petram ędificabo ecclesiã meã, & portę inferi non prævalebunt adversus eã: & tibi dabo claves regni cęlorum. Secreta.

Ecclesię tuę, q̃sumus Domine, preces & hostias bti apostoli tui Petri cõmendet oratio: ut quod pro illius gloria celebramus, nobis ꝓsit ad veniam. Per Do.

Ps. 106. ¶ Pro sancto Paulo. Secreta.

Apostoli tui Pauli precibus domine, plebis tuę dona sanctifica: ut, q̃ tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiãt patrocinio supplicantis.

Mat. 16 ¶ Pro cõmem. S. Priscę. Secreta.

Hostia, quęsumus Domine, quam in sanctorum tuorum natalitijs recensentes offerimus, & vincula nostrę pravitatis absolvat, & tuę nobis misericordię dona conciliet. Per Dominum.

Mat. 16 Præfatio de Apostolis. fol. 90. Cõmu.

Mat. 16 Tu es Petrus: & super hanc petram ędificabo Ecclesiam meam. Postcõm.

Lætificet nos Dñe mun⁹ oblatum: ut sicut in Apostolo tuo Petro te mirabilẽ prędicamus: sic p illũ tuę sumamus indulgentię largitatem. Per Dominũ.

Mat. 16. ¶ Pro sancto Paulo. Postcõmun.

Sanctificati Dñe, salutari mysterio q̃s: ut pro nobis eius non desit orõ, cuius nos donasti patrocinio gubernari.

¶ Pro cõme. S. Priscę. Postcõmu.

Quęsumus Dñe, salutaribus repleti mysterijs, ut cui⁹ sollẽnia celebramus, eius orationibus adiuvemur. Per.

Die 19. SANCTORVM MARTY. Marij, Marthę, Audifacis, & Abachum. Introitus.



Ps. 67. Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectent i lętitia. Ps. Exurgat Deus, & dissipẽtur inimici eius: & fugiant, q oderunt eũ, a facie eius. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Exaudi Domine populum tuum cũ sanctorum martyrũ tuorũ patrocinio supplicãtem: ut & temporalis vitę nobis tribuas pace gaudere, & ęternę reperire subsidium. Per Dominum nostrũ.

Epistola. Rememoramini pristinos. de cõmuni pluriũ mart. fol. 187. Grad.

Iustorũ animę in manu Dei sunt: & non tãget illos tormentũ mortis. ℣. Visi sunt oculis insipientiũ mori: illi autem sunt in pace, Alla, alla. ℣. Mirabilis Deus noster in sanctis suis, Alleluia. Si hoc festũ venerit post Septuagesimam dicitur Tractus de cõmuni pluriũ mart. f. 187. Quod servatur in sequẽtib⁹ festis veniẽtib⁹ post Septuag. usque ad Dominicã Palmarũ: nisi proprius Tract. assignet. Euãg. Sedente Iesu sup mõtẽ Oliveti. de eodẽ communi. f. 187. Offertorium. Sap. 2.

Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium: laqueus cõtritus est, & nos liberati sumus. Secreta. Ps. 123.

Preces Dñe tuorum respice, oblationesq; fideliũ: ut, & tibi gratę sint pro tuorum festivitate sanctorum, & nobis conferant tuę propitiationis auxiliũ. Per Dominum nostrum Iesum.

Communio. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his, qui vos persequuntur. Postcommunio. Luc. 12.

Sanctorũ tuorũ Dñe, intercessione placatus, pręsta quęsumus: ut, quę temporali celebramus actione, ppetua salvatione capiam⁹. Per Dominũ.

SANCTORVM MARTY. Fabiani & Sebastiani. Introitus. Die 20.

Intret in cõspectu tuo Domine gemitus cõpeditorum, redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. Psal. Deus Ps. 101. Ps. 78.

venerunt

venerunt gentes in hereditatem tuã: polluerunt tẽplum sanctum tuum, posuerũt Jerusalem in pomorum custodiam. ℣. Gloria Patri, & Filio, &c. Oratio.

Infirmitatem nostram respice omnipotens Deus: & quia pondus proprię actionis grauat, beatorum martyrũ tuorum Fabiani & Sebastiani intercessio gloriosa nos protegat. Per D. Epistola. Sancti p fidẽ. de cõi plur. mart. f. 188.

Ps. 67. Graduale. Gloriosus Deus in sanctis suis, mirabilis in maiestate, faciens prodigia. ℣. Dextera tua Dñe glorificata est in virtute: dextera manus tua cõfregit ini

Ps. 144. micos. Alleluia, alleluia. ℣. Sancti tui Domine benedicent te: gloriam regni tui dicent, Alleluia. Euangelium. Descendẽs Jesus de monte. de eodem communi folio 187. Offertorium.

Ps. 31. Letamini in Dño, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Hostias tibi Domine, beatorũ martyrum tuorum Fabiani & Sebastiani dicatas meritis, benignus assume: & ad ppetuũ nobis tribue puenire subsidiũ. P.

Luc. 6. Cõmu. Multitudo languentium, & qui vexabantur a spiritibus immũdis, veniebant ad eum: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri, quęsumus Dñe Deus noster: vt cuius exequimur cultũ, intercedẽtibus sanctis martyribus tuis Fabiano & Sebastiano, sentiamus effectum. Per D.

Die 21. SANCTAE AGNETIS virginis & marty. Introitus.

Ps. 118.  Me expectauerũt peccatores, vt perderent me: testimonia tua Dñe intellexi: oĩs ꝯsummationis vidi finẽ: latũ mandatum tuum nimis. Ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria. &c. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui infirma mũdi eligis, vt fortia queque confundas: cõcede propitius, vt qui beatę Agnetis virginis & martyris tuę sollẽnia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum. Epistola. Confitebor tibi Domine. de cõmuni vir. & martyrum. folio 192. Graduale.

Diffusa est gratia in labijs tuis: ꝑpterea benedixit te De⁹ in ęternũ. ℣. Propter veritatẽ, & mansuetudinẽ, & iustitiã: & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia. Ps. 44.

alleluia. ℣. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cũ lãpadibus: media autẽ nocte clamor fact⁹ est: Ecce sponsus venit, exite obuiam Christo Domino, Alleluia. Euangelium. Matt. 25

Simile est regnum cęlorum decem virginibus. de eodẽ cõi. fol. 192. Offerto.

Adducent regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi in letitia, & exultatione: adducentur in templum regi Domino. Secreta. Ps. 44.

Hostias, Dñe, quas tibi offerimus, propitius suscipe: & itercedẽte beata Agnete virgine & martyre tua, vincula peccatorum nostrorũ absolue. Per Do.

Cõmunio. Quinque prudentes virgines accepertũt oleum in vasis suis cũ lampadibus: media autem nocte clamor fact⁹ est: ecce sponsus venit: exite obuiam Christo Domino. Postcommunio. Matt. 25

Refecti cibo potuque cęlesti Deus noster, te supplices exoramus: vt in cuius hęc cõmemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per Dñm.

¶ In festo sanctorum martyrum Vincẽtij & Anastasij. Missa. Intret in conspectu tuo. de cõmuni plurium mar. f. 186. excepta oratione, quę dicit vt infra. Oro.

 Adesto, quęsumus Domine supplicationibus nostris: vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscim⁹, beato-

rum

rum martyruȝ tuorum Uincentij ⁊ Anastasij intercessione liberemur. Per Dominum nostrum Jesum. Secreta.

Munera tibi Domine nostrę deuotionis offerimus: quę ⁊ pro tuorum tibi grata sint honore iustorum, ⁊ nobis salutaria te miserante reddantur. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

Quesumus omnipotens Deus: vt qui cęlestia alimenta percepimus, intercedentibus beatis martyribus tuis Uincentio ⁊ Anastasio, per hęc contra omnia aduersa muniamur. Per Dominum nostrum Jesum. ⁊c.

Die 23. ¶ Sanctę Emerentianę virginis ⁊ martyris, dicitur Missa. Me expectauerunt peccatores. vt in cõi virginũ ⁊ mar. 193.

Die 24. SANCTI TIMOTHEI episcopi ⁊ mart. Introitus.

Statuit ei Dominus testamentũ pacis, ⁊ principem fecit euȝ: vt sit illi sacerdotij dignitas in
Ps. 131. ęternum. Ps. Memento Domine Dauid, ⁊ omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria Patri, ⁊ Filio, ⁊ Spiritui. Oratio.

Infirmitatem nostram respice, omnipotens Deus: ⁊ quia pódus proprię actionis grauat, btí Timothei martyris tui atqȝ pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum.

Lectio Eplę B. Pauli Apli ad Tim.

1. cap. 6. Charissime: Sectare iustitiaȝ, pietatem, fidem, charitatem, patiẽtiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam ęternam, in qua vocatus es, ⁊ confessus bonam cõfessionem coraȝ multis testibus. Precipio tibi corã Deo, qui viuificat omnia, ⁊ Christo Jesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato, bonam confessionem: vt serues mãdatum sine macula, irreprehensibile vsqȝ in aduentum Domini nostri Jesu Christi, quem suis temporibus ostendet beatus ⁊ solus potẽs, Rex regũ, ⁊ Dominus dominantiuȝ: qui solus habet immortalitatẽ, ⁊ luceȝ inhabitat inaccessibilem: quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor, ⁊ imperium sempiternum: Amen. Graduale.

Inueni Dauid seruũ meum, oleo sancto Ps. 87.
meo vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei, ⁊ brachiuȝ meum confortabit eum.
℣. Nihil proficiet inimicus in eo: ⁊ filius Ps. 109.
iniquitatis non nocebit ei. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es sacerdos in ęternum, secunduȝ ordinem Melchisedech. Allelu.

Si dicendus sit Tractus, requiratur in communi vnius mar. pont. Desiderium aię. fol. 182. Euãg. Si quis venit ad. de cõmuni vnius mar. põt. f. 182. Offertor.

Ueritas mea, ⁊ misericordia mea cum Ps. 88.
ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Hostias tibi Dñe beati Timothei martyris tui atqȝ põtificis dicatas meritis benignus assume: ⁊ ad perpetuũ nobis tribue prouenire subsidium. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Cõmunio. Semel iuraui in sancto meo, Ps. 88.
semen eius in ęternum manebit: ⁊ sedes eius, sicut sol in conspectu meo: ⁊ sicut luna perfecta in ęternum: ⁊ testis in cęlo fidelis. Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri, quesumus, Dñe Deus noster: vt intercedẽte beato Timotheo martyre tuo atqȝ pontifice, cuius exequimur cultum, sentiamus effectum. Per Dñm.

IN CONVERSIONE Die 25.
S. Pauli Apostoli. Introitus.



Scio cui credidi, ⁊ certus 2. Ti. 1.
sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem iustus iuder. psal. Domine pro- Ps. 138.
basti me, ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, ⁊ resurrectionem meam. ℣. Gloria. Oratio.

Deus

Deus, qui vniuersum mundũ, beati Pauli apostoli, prędicatione docuisti: da nobis, quęsum⁹: vt qui eius hodie conuersionem colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Et fit cõme. de sancto Petro. Orõ.

Deus, qui beato Petro apostolo tuo, collatis clauibus regni cęlestis, ligandi atque soluendi pontificium tradidisti: concede, vt intercessionis eius auxilio, a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui viuis. ⁊c.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 9. In diebus illis: Saulus adhuc spirans minarum, ⁊ cędis in discipulos Domini, accessit ad principem Sacerdotum, ⁊ petijt ab eo epistolas in Damascum ad synagogas: vt si quos inuenisset huius vię viros, ac mulieres, vinctos perduceret in Jerusalem. Et cum iter faceret, contigit vt appropinquaret Damasco: ⁊ subito circumfulsit eum lux de cęlo. Et cadens in terram audiuit vocem dicentē sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit: Quis es Domine? Et ille: Ego sum Jesus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulū calcitrare. Et tremens, ac stupens dixit: Domine, quid me vis facere? Et Dominus ad eum: Surge, ⁊ ingredere ciuitatem, ⁊ dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi, qui comitabantur cum eo stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damascum. Et erat ibi tribus diebus non videns, ⁊ non manducauit, neque bibit. Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias: ⁊ dixit ad illum in visu Dominus: Anania. At ille ait: Ecce ego, Domine. Et Dominus ad eum: Surge, ⁊ vade in vicum, qui vocatur rectus: ⁊ quęre in domo Judę Saulum nomine Tharsensem: Ecce enim orat. (Et vidit virum Ananiam nomine, introeuntem, ⁊ imponentem sibi manus vt visum recipiat.) Respondit autem Ananias: Domine, audiui a multis de viro hoc, quanta mala sanctis tuis fecerit in Jerusalem: ⁊ hic habet potestatem a principibus sacerdotum alligandi omnes, qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum Dominus: Vade, quoniam vas electionis mihi est iste, vt portet nomen meum coram gentibus, ⁊ regibus, ⁊ filijs Jsrael. Ego enim ostendā illi quanta oporteat eū pro nomine meo pati. Et abijt Ananias, ⁊ introiuit in domum: ⁊ imponens ei manus, dixit: Saule frater, Dominus Jesus misit me, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, vt videas, ⁊ implearis Spiritu sancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tamquam squamę, ⁊ visum recepit: ⁊ surgens baptizatus est. Et cum accepisset cibum, confortatus est. Fuit autem cum discipulis, qui erant Damasci, per dies aliquot. Et continuo ingressus in synagogas prędicabat Jesum, quoniam hic est filius Dei. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, ⁊ dicebant: Nonne hic est, qui expugnabat in Jerusalē eos, qui inuocabant nomen istud: ⁊ huc ad hoc venit vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotum? Saulus autem multo magis conualescebat ⁊ cõfundebat Judęos, qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus.

Graduale. Qui operatus est Petro in apostolatu, operatus est ⁊ mihi inter gẽtes: ⁊ cognouerunt gratiam Dei, quę data est mihi. Gal. 2. ℣. Gratia Dei in me vacua non fuit: sed gratia eius semper in me manet. 1. Cor. 15 Alleluia, alleluia. ℣. Tu es vas electionis sancte Paule Apostole, ora pro nobis. Alleluia.

Tractus sequẽs dicit: si hoc festū venerit post dñicã Septuagesimę. Tu es vas Act. 9. electio-

electionis Sancte Paule Apostole, vere digne es glorificandus. ℣. Predicator veritatis, et doctor gentium in fide, et veritate. ℣. Per te omnes gentes cognouerunt gratiam Dei. ℣. Intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit.

Sequentia sancti Euang. secundum Mattheum.

Cap. 19. In illo tempore: Dixit Simon Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam eternam possidebit. Dicitur Credo. Offertorium.

Psal. 138. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

Apostoli tui Pauli precibus, Domine, plebis tue dona sanctifica: vt, que tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiant patrocinio supplicantis. Per Dominum.

Pro sancto Petro. Secreta.

Ecclesie tue, quesumus Domine, preces et hostias beati Apostoli tui Petri commendet oratio: vt, quod pro illius gloria celebramus, nobis prosit ad veniam. Per Do.

Prefatio de Apostolis. fol. 90. Commun.

Matt. 19 Amen dico vobis: quod vos qui reliquistis omnia, et secuti estis me, centuplum accipietis, et vitam eternam possidebitis. Postcom.

Sanctificati Domine salutari mysterio, quesumus: vt pro nobis eius non desit oratio, cuius nos donasti patrocinio gubernari. Per Dominum nostrum.

¶ Pro sancto Petro. Postcommunio.

Letificet nos Domine munus oblatum: vt, sicut in Apostolo tuo Petro, te mirabilem predicamus: sic per illum, tue sumamus indulgentie largitatem. Per Do.

SANCTI POLYCARPI Die 26.

Episcopi et mart. Introitus.

Sacerdotes Dei benedicite Dominum: sancti et humiles corde, laudate Deum. Dan. 3. Ps. Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate, et superexaltate eum in secula. ℣. Gloria Patri. Dan. 3. Oratio.

Deus, qui nos beati Polycarpi martyris tui, atque pontificis annua sollemnitate letificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

Lectio Epistole beati Joannis Apostoli.

Charissimi: Omnis, qui non est iustus, non est ex Deo, et qui non diligit fratrem suum: quoniam hec est annunciatio, quam audistis ab initio, vt diligatis alterutrum. Cap. 3. Non sicut Cain, qui ex maligno erat, et occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant: fratris autem eius, iusta. Nolite mirari fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte: omnis, qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam eternam in semetipso manentem. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit: et nos debemus pro fratribus animas ponere. Graduale.

Gloria et honore coronasti eum. ℣. Et constituisti eum super opera manuum tuarum Domine. Ps. 8. Alleluia, alleluia. ℣. Hic est sacerdos, quem coronauit Dominus, alleluia. Tractus si dicendus fuerit, de communi vnius mar. pont. Beatus vir. f. 182. Euang. Si quis vult venire post me. de communi vnius mart. pont. fol. 183. Offertorium.

Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum. Ps. 88. Secr.

Munera

Munera tibi Dñe dicata sanctifica: & intercedēte beato Polycarpo martyre tuo atque pontifice, per eadem nos placatus intende. Per Dominum no.

Ps. 20. Communio. Posuisti Domine in capite ei⁹ coronā de lapide pretioso. Postc.

Hæc nos communio Domine purget a crimine: & intercedente beato Polycarpo martyre tuo atq; pōtifice, celestis remedij faciat esse consortes. Per Dominum nostrum Jesum. &c.

Die 27. SANCTI IOANNIS Chrysostomi episcopi & cõfessoris.

Introitus.

Eccl. 15. In medio Ecclesię aperuit os eius, & adimpleuit illum Dñs spiritu sapientię, & intellectus: stolaz glorię induit eū.

Ps. 91. Ps. Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Ecclesiaz tuā, quęsumus Dñe, gratia cęlestis amplificet: quā beati Joannis Chrysostomi confessoris tui atq; pontificis illustrare voluisti gloriosis meritis, & doctrinis. Per Dominum nost.

Epistola. Testificor. de cõi doct. 190.

Eccl. 50. Gradu. Ecce sacerdos magnus, qui in dieb⁹ suis placuit Deo. ℣. Nō est inuentus similis illi, q cōseruaret legē Excelsi.

Jac. 1. Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir, qui suffert tentationem: qm̄ cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Beat⁹ vir, q timet Dñz. de cõi doc. 160

Euāg. Vos estis sal terrę. de eodē cõi. fol. 190. Et dicit Credo. Offertorium.

Ps. 91. Iust⁹, vt palma florebit: sicut cedr⁹, q̄ in Libano est, multiplicabitur. Secreta.

Sancti pōtificis tui Joannis Chrysostomi, nobis Dñe pia non desit oratio: quę & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum nostrum Jesum.

Cõmu. Fidelis seruus & prudens: quez constituit Dñs sup familiā suā: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postc.

Ut nobis Dñe tua sacrificia dent salutem: beatus Joannes Chrysostomus pontifex tuus, & doctor egregi⁹, quęsumus, precator accedat. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

SANCTAE AGNETIS Die 28. secundo. Introitus.

Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis, adducentur regi virgines post eā, proximę eius afferentur tibi in lętitia, & exultatione. Ps. 44. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri, & Filio, Spiritui sancto. Sicut erat in principio. &c. Ps. 44. Oratio.

Deus, q nos annua beatę Agnetis virginis & martyris tuę sollēnitate lętificas: da quęsumus: vt, quam veneramur officio, etiam pię conuersationis sequamur exemplo. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium. Epistola.

Qui gloriat. de cõi virg. f. 193. Grad.

Ps. 44. Specie tua & pulchritudine tua intēde, prospere procede, & regna. ℣. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, alleluia. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi in lętitia, Alleluia. Ps. 44.

Post Septuagesimam. Tractus.

Audi filia. de cõi virg. fol. 193. Euāg.

Simile est regnuz cęlor thesauro abscōdito in agro. de eodem cõmuni. fol. 193.

Ps. 44. Offertorium. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in ęternum, & in seculum seculi. Secreta.

Super has, q̄sumus Dñe, hostias benedictio copiosa descēdat: quę & sāctifica-

ctificatione nobis cleme̅ter operetur: ⁊ de martyru̅ nos sollemnitate lętificet. Per.

Mat.13 Communio. Simile est regnum cęloru̅ homini negotiatori, quęrenti bonas margaritas: inuenta vna pretiosa margarita, dedit omnia sua, ⁊ comparauit eam. Postcommunio.

Sumpsimus Dn̄e celebritatis annuę votiua sacramenta: pr̄sta q̄sumus: vt ⁊ temporalis vitę nobis remedia prębeant, ⁊ ęternę. Per Dominum nostrum.

FESTA FEBRVARII.

Die 1. SANCTI IGNATII Episcopi ⁊ martyris. Introitus.



Gal.6. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Dn̄i nostri Jesu Christi: p̄ que̅ mihi mu̅dus crucifixus est, ⁊ ego mundo. Ps.

Ps.131. Memento Domine Dauid, ⁊ omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria Patri, ⁊ Filio. Oratio.

Deus, qui nos beati Ignatij martyris tui atque po̅tificis annua solle̅nitate lętificas: co̅cede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominu̅.

Lectō Ep̄lę B. Pauli Ap̄li ad Rom.

Cap.8. Fratres. Quis nos separabit a charitate Chr̄i? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculu̅? an persecutio? an gladius? (sicut scriptu̅ est: Quia propter te mortificamur tota die: ęstimati sumus sicut oues occisionis.) Sed in his omnib⁹ superamus propter eu̅, qui dilexit nos. Certus sum enim quia neq; mors, neq; vita, neque Angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neq; insta̅tia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo neq; profundu̅, neq; creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quę est in Christo Jesu Domino nostro. Grad.

Eccl.50 Ecce sacerdos magn⁹, q̄ in diebus suis placuit Deo. ℣. No̅ est inue̅t⁹ similis illi, q̄ conseruaret legem excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Christo crucifixus sum cruci: viuo ego, iam non ego: viuit vero in me Chr̄s. Alleluia. Post Septuagesima̅. Tractus. Desideriu̅ animę. vt in communi mart. pont. fol. 182. Euangelium. Nisi granum. de co̅i marty. folio 184. Offertorium. Gloria ⁊ honore coronasti eum: ⁊ co̅stituisti eum super opera manuum tuarum Domine. Ps.8. Secreta.

Munera tibi Dn̄e dicata sanctifica: ⁊ interce̅de̅te beato Ignatio martyre tuo atque po̅tifice, per eadem nos placatus intende. Per Dominu̅. Co̅munio. Frumentu̅ Chr̄i sum, dentibus bestiaru̅ molar, vt panis mu̅d⁹ inueniar. Postc.

Hæc nos communio Dn̄e purget a crimine: ⁊ interce̅de̅te beato Ignatio martyre tuo atq; po̅tifice, cęlestis remedij faciat esse consortes. Per Dn̄m.

IN FESTO Die 2.

Purificationis beatę Marię.

¶ Si hoc festu̅ venerit i̅ dn̄icis Septuagesimę, Sexagesimę, Quinquagesimę, fit tantu̅ candelaru̅ benedictio, distributio, ⁊ processio, ⁊ dicitur missa de dn̄ica: Missa vero festi transfertur in sequentem die̅.

¶ Finita tertia, sacerdos indut⁹ pluuiali violaceo, vel sine casula, cu̅ ministris indutis p̄cedit ad benedice̅du̅ ca̅delas in medio ante altare positas, dice̅do. Dn̄s vobiscum. ℟. Et cu̅ spiritu tuo. Oremus.

Domine sa̅cte, Pr̄ om̄s, ęterne De⁹, qui oi̅a ex nihilo creasti: ⁊ iussu tuo p̄ opera apu̅, hunc liquore̅ ad perfectione̅ cerei euenire fecisti, ⁊ q̄ hodierna die petitione̅ iusti Simeonis implesti: te humiliter deprecamur: vt has ca̅delas, ad vsus hominu̅, ⁊ sanitate̅ corpor̄ ⁊ animaru̅, siue in terra, siue i̅ aquis, per inuocatione̅ tui sanctissimi nominis, ⁊ p̄ intercessione̅ bt̄ę Marię semp̄ virginis, cuius hodie festa

sta deuote celebratur: et per preces omnium sctorum tuorum, bene ✠ dicere, et sanctifi ✠ care digneris: et huius plebis tuę, que illas honorifice in manibus desiderat portare, teque cantando laudare, exaudias voces de cęlo scto tuo, et de sede maiestatis tuę: et propitius sis omnibus clamantibus ad te: quos redemisti pretioso sanguine Filij tui. Qui tecum viuit. etc. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui hodierna die, vnigenitum tuum vlnis scti Simeonis in templo sancto tuo suscipiendum presentasti, tuam supplices deprecamur clementiam: vt has candelas, quas nos tui famuli, in tui nominis magnificentia suscipientes, gestare cupimus luce accensas: bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficare, atque lumine supernę benedictionis accendere digneris: quatenus eas tibi Domino Deo nostro offerendo, digni, et scto igne dulcissimę charitatis tuę succensi, in templo scto glorię tuę representari mereamur. Per eundem. ℟. Amen. Oremus.

Domine Iesu Christe, lux vera, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, effunde bene ✠ dictionem tuam super hos cereos: et sancti ✠ fica eos lumine gratię tuę: et concede propitius: vt sicut hęc luminaria igne visibili accensa, nocturnas depellunt tenebras: ita corda nostra inuisibili igne, idest, sancti spiritus splendore illustrata, omnium vitiorum cęcitate careant: vt purgato mentis oculo, ea cernere possimus, quę tibi sunt placita, et nostrę saluti sunt vtilia: quatenus post huius sęculi caliginosa discrimina, ad lucem indeficientem peruenire mereamur: Per te Christe Iesu saluator mundi, qui in Trinitate perfecta viuis et regnas Deus, per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen. Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui per Moysen famulum tuum, purissimum olei liquorem, ad luminaria ante conspectum tuum iugiter concinnanda preparari iussisti: bene ✠ dictionis tuę gratiam super hos cereos benignus infunde: quatenus sic administrent lumen exterius, vt, te donante, lumen spiritus tui nostris non desit mentibus interius. Per Dominum. in vnitate eiusdem. ℟. Amen. Oremus.

Domine Iesu Christe: qui hodierna die in nostrę carnis substantia inter homines apparens, a parentibus in templo es presentatus: quem Simeon venerabilis senex, lumine spiritus tui irradiatus, agnouit, suscepit, et benedixit: presta propitius: vt eiusdem spiritus sancti gratia illuminati, atque edocti, te veraciter agnoscamus, et fideliter diligamus. Qui cum Deo patre in vnitate eiusdem spiritus sancti viuis et regnas Deus, per omnia sęcula seculorum. ℟. Amen.

Completa benedictione celebrans aspergit candelas aqua benedicta et adolet incenso: deinde dignior ex clero accedit ad altare, et ab eo celebrans accipit candelam accensam non genuflectens nec osculans manum illius. Postea celebrans distribuit candelas accensas: primum digniori, a quo ipse acceperat: deinde diacono et subdiacono paratis, et alijs per ordinem: omnibus genuflectentibus et manum celebrantis osculantibus, exceptis prelatis vbi aderunt, et cum inceperit distribuere, a Choro cantatur Antiphona. Lumen ad reuelationem gentium: et gloriam plebis tuę Israel. Luc. 2.

Canticum. Nunc dimittis seruum. Ita quod post quemlibet versum Cantici, et post Gloria Patri. et Sicut erat. repetatur tota Antiphona. Lumen ad. His expletis cantatur Antiphona.

Exurge Domine, adiuua nos: et libera nos propter nomen tuum. Ps. Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis. Ps. 43. ℣. Gloria Patri. Item repetitur. Exurge Domine. Deinde dicat sacerdos. Oremus. Et diaconus. Flectamus genua. ℟. Leuate. si tamen infra Septuag. euenerit. Oratio.

Exaudi, quęsumus Domine, plebem tuam: et quę extrinsecus annua tribuis deuotione venerari, interius assequi gratię tuę luce concede. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ Deinde

¶ Deinde fit processio, Posito in thuribulum incenso per celebrantem, præcedit thuriferarius cum thuribulo fumigante: deinde Diacono vertente se ad populum et dicente. Procedamus in pace: et choro respondente. In Christi nomine. Añ. Subdiaconus paratus deferens crucem medius inter duos accolytos cum candelabris accensis quod seruatur in omnibus processionibus. Sequitur clerus per ordinem, vltimo celebrans cum Diacono in paramentis violaceis, omnes cum candelis accensis: et interim cantantur antiphonæ sequentes Antiphona.

Adorna thalamum tuum Sion et suscipe regem Christum: amplectere Mariam, quæ est cœlestis porta: ipsa enim portat regem gloriæ noui luminis: subsistit virgo, adducens manibus filium, ante luciferum genitum: quem accipiens Simeon in vlnas suas, prædicauit populis, Dominum eum esse vitæ et mortis, et saluatorem mundi. Alia Añ.

Luc. 2. Responsum accepit Simeon a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini: et cum induceret puerum in templum, accepit eum in vlnas suas: et benedixit Deum, et dixit: Nunc dimittis seruum tuum Domine in pace. ℣. Cum inducerent puerum Jesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo: ipse accepit eum in vlnas suas.

¶ Et ingrediendo Ecclesiam cantatur. ℟.

Luc. 2. Obtulerunt pro eo Domino, par turturum, aut duos pullos columbarum. Sicut scriptum est in lege Domini. ℣. Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum legem Moysi, tulerunt illum in Jerusalem: vt sisterent eum Domino. Sicut scriptum. ℣. Gloria Patri. Sicut scriptum. Finita processione celebrans et Ministri, depositis violaceis, accipiunt paramenta alba pro Missa.

Die 2. IN FESTO PVRIFICAtionis beatæ Mariæ. Introit⁹.

Ps. 47. Suscepimus Deus misericordiam tuam, in medio templi tui: secundum nomen tuum Deus, ita et laus tua in fines terræ: iustitia plena est dextera tua. Psalmus. Magnus Dominus, et laudabilis nimis: in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, maiestatem tuam supplices exoramus: vt sicut vnigenitus filius tuus hodierna die, cum nostræ carnis substantia, in templo est præsentatus: ita nos facias purificatis tibi mentibus præsentari. Per eundem Dominum nostrum Jesum.

Lectio Malachiæ prophetæ.

Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego mitto angelum meum, et præparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos quæritis, et angelus testamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus exercituum: et quis poterit cogitare diem aduentus eius, et quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, et quasi herba fullonum: et sedebit conflans, et emundans argentum, et purgabit filios Leui, et colabit eos quasi aurum, et quasi argentum, et erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit Domino sacrificium Juda, et Jerusalem sicut dies sæculi, et sicut anni antiqui. Dicit Dominus omnipotens. Grad. Cap. 3.

Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui: secundum nomen tuum Deus, ita et laus tua in fines terræ. ℣. Sicut audiuimus, ita et vidimus in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. Alleluia, alleluia. ℣. Senex puerum portabat, puer autem senem regebat, Alleluia. Ps. 47.

Sequens Tractus dicitur, si hoc festum venerit post Dominicam Septuagesimæ.

Tractus. Nunc dimittis seruum tuum, Domine, secundum verbum tuum, in pace. Luc. 2.
℣. Quia viderunt oculi mei salutare tuum.
℣. Quod parasti ante faciem omnium populorum. ℣. Lumen ad reuelationem gentium, et gloriam plebis tuæ Israel.

Dum cantatur euangelium, tenentur candelæ accensæ,

cense, & etiam in elevatione Sacramenti usque ad Communionem.

Sequentia sancti Evangelij secundum Lucam.

Cap. 2. In illo tempore: Postquam impleti sunt dies purgationis Marie secundum legem Moysi, tulerunt Jesum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino, (sicut scri-
Levi. 12. ptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur.) Et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini par turturum, aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus, & timoratus, expectans consolationem Israel, & spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat a spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Jesum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eum in ulnas suas, & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace: Quia viderunt oculi mei salutare tuum, Quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tue Israel. Credo.

Ps. 44. Offertorium. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in eternum, & in seculum seculi. Secreta.

Exaudi Domine preces nostras: & ut digna sint munera, que oculis tue maiestatis offerimus, subsidium nobis tue maiestatis impende. Per Dominum.

Prefatio de Nativitate Domini. fol. 80.

Luc. 2. Com. Responsum accepit Simeon a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini. Postcommunio.

Quesumus Domine Deus noster: ut sacro sancta mysteria, que pro reparationis nostre munimine contulisti, intercedente beata Maria semper virgine, & presens nobis remedium esse facias, & futurum. Per Dominum.

Die 3. ¶ Sancti Blasij episcopi & marty. Missa. Sacerdotes Dei. ut in comuni unius martyris pontificis. folio 182.

Die 5. SANCTAE AGATHAE virginis & marty. Introitus.

Gaudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes, sub honore beate Agathe martyris: de cuius passione gaudent angeli, & collaudant filium Dei. psal. Eructavit cor
Ps. 44. meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Deus, qui inter cetera potentie tue miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: concede propitius: ut, qui beate Agathe virginis & martyris tue natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Lectio Epistole B. Pauli Apostoli ad Corint.

1. Cap. 1. Fratres: Videte vocationem vestram, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed que stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, que non sunt, ut ea que sunt destrueret: ut non glorietur omnis caro in conspectu eius. Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio: ut queadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in Domino glorietur.

Ps. 45. Graduale. Adiuvabit eam Deus vultu suo: Deus in medio eius non commovebitur. ℣. Fluminis impetus letificat civitatem Dei: sanctificavit tabernaculum suum altissimus. Ante Septuagesimam. Alleluia. alle. ℣. Loquebar de testimonijs tuis in
Ps. 118. conspectu regum, & non confundebar, All.

Post Septuagesimam. Tractus.

Ps. 125. Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Sequen-

Sequentia sancti Euãg. sm Mattheũ.
In illo tpe: Accesserunt ad Jesum Pharisei tẽtãtes eũ, τ dicẽtes: Si licet homini dimittere vxorẽ suã, quacũqз ex causa? Qui respõdens, ait eis: Nõ legistis, qa q fecit hoiem ab initio masculũ, τ feminã fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrẽ, τ matrez, τ adherebit vxori sue, τ erũt duo i carne vna, itaque iã non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo De⁹ cõiũxit, homo nõ separet. Dicũt illi: Quid ergo Moyses mãdauit dare libellũ repudij, τ dimittere? Ait illis: Qm Moyses ad duritiã cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio aũt nõ fuit sic. Dico aũt vobis, qa quicũque dimiserit vxorẽ suã, nisi ob fornicationẽ, τ aliã duxerit, mechaẗ: τ q dimissã duxerit, mechaẗ. Dicũt ei discipuli eius: Si ita ẽ causa hoĩs cũ vxore, nõ expedit nubere. Qui dixit illis: Nõ oẽs capiũt verbuз istud, sed quibus datũ est. Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt: τ sunt eunuchi, q facti sunt ab hoib⁹: τ sũt eunuchi, q seipsos castrauerunt propter regnuз celoꝝ. Qui potest capere capiat.

Offert. Adducenẗ regi virgines post eã: proxime ei⁹ afferenẗ tibi. Secreta.

Suscipe Dñe munera, q̃ i beate Agathe virginis τ martyris tue sollẽnitate deferimus: cui⁹ nos cõfidimus patrocinio liberari. Per Do. Communio.

Qui me dignat⁹ est ab oi plaga curare, τ mammillã meaз meo pectori restituere: ipsum inuoco Deum viuum. Postcõ.

Auxilienẗ nobis Dñe, sumpta mysteria: τ intercedẽte beata Agatha virgine, τ martyre tua, sempiterna nos protectione confirment. Per Dominũ.

Die 6. ¶ Sãcte Dorothee virg. τ mart. Missa. Me expectauerũt. i cõi virg. τ m̃. f. 193

Die 7. ¶ S. Romualdi Abbatis. Missa. Os iusti. vt in cõmuni Abbatum. folio 192.

Die 9. ¶ Sãcte Apollonie virg. τ mar. Missa. Loqbar de testimo. i cõi virg. τ m̃. 192.

¶ Sancti Ualentini presbyteri τ mart. Die 14. Missa. In virtute tua Domine. de cõmuni vnius mart. f. 193. preter orationem, que dicitur vt infra. Oratio.

Presta, q̃s op̃s Deus: vt q bti Ualẽtini martyris tui natalitia colim⁹, a cũctis malis imminentib⁹, eius intercessione liberemur. Per Dñm. Secreta.

Oblatis, quesum⁹ Dñe, placare muneribus: τ intercedẽte beato Ualentino martyre tuo, a cunctis nos defende periculis. Per Dñm. Postcommun.

Sit nobis dñe reparatio mẽtis τ corporis celeste mysteriũ: vt, cui⁹ exeqmur actionez, sentiamus effectuз. Per.

¶ Sãctorũ martyrum Faustini τ Jouite. Missa. Salus autem iustorum. vt in communi plurium martyrum. fol. 187. Die 15.

¶ S. Simeonis epi τ mar. Missa. Statuit ei Dñs. de cõi vnius m̃. põt. f. 182. Die 18.

¶ In Cathedra Antiochena sãcti Petri Apostoli, omnia dicuntur, sicut in festo Cathedre Romane. folio 141. Die 22.

¶ In vigilia S. Matthie, missa. Ego autem sicut oliua fructificaui. in communi Apostolorum. folio 182. Die 23.

¶ Si hec vigilia venerit in Quadragesima, fit de ea tantum commemoratio.

SANCTI MATTHÆI Apostoli. Introitus. Die 24. vel 25.

Mihi aũt nimis honorificati sũt amici tui De⁹: nimis pfortat⁹ est princicipat⁹ eoruз. ps. Dñe pbasti me, τ cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã, τ resurrectionẽ meã. ℣. Gl. Or.

Deus, qui beatum Matthiã apostolorũ tuoruз collegio sociasti: tribue q̃s: vt ei⁹ interuẽtione, tue circa nos pietatis semp viscera sentiamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum, τc.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 1. In diebus illis: Exurgēs Petrus in medio fratrū dixit (erat autē turba hominū simul, fere cētū viginti.) Uiri fratres, oportet impleri Scripturā, quā predixit Spūs sāct⁹ p os David de Juda, q fuit dux eoꝝ, q cōprehēderunt Jesū: q ꝯnumerat⁹ erat in nobis, ꝛ sortit⁹ est sortē ministerij hui⁹. Et hic qdē possedit agrū de mercede iniqtatis, ꝛ suspēsus crepuit medius: ꝛ diffusa sunt oīa viscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus Jerusalē, ita vt appellaretur ager ille, lingua eoꝝ, Haceldama, hoc est, ager sāguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorum: Fiat commoratio eoꝝ deserta, ꝛ non sit q inhabitet in ea: ꝛ episcopatū ei⁹ accipiat alter. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit ꝛ exiuit inter nos Dñs Jesus, incipiens a baptismate Joannis, vsq; in diē, qua assumptus est a nobis, testē resurrectionis eius nobiscū fieri vnū ex istis. Et statuerunt duos, Joseph, q vocabatur Barsabas, q cognominatus est iustus: ꝛ Matthiam. Et orantes dixerūt: Tu Dñe, qui nosti corda omniū, ostende quē elegeris ex his duobus vnū accipere locū ministerij huius, ꝛ apostolatus, de quo preuaricat⁹ est Judas vt abiret in locum suū. Et dederunt sortes eis, ꝛ cecidit sors super Matthiā, ꝛ annumeratus est cū vndecim apostolis. Grad.

Ps. 138. Nimis honorificati sūt amici tui De⁹, nimis ꝯfortat⁹ est principat⁹ eoꝝ. ℣. Dinumerabo eos: ꝛ sup arenā multiplicabunt.

Ps. 20. Tractus. Desiderium aīe eius tribuisti ei: ꝛ voluntate labioꝝ eius nō fraudasti eum. ℣. Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti in capite ei⁹ coronam de lapide pretioso.

Sequentia sancti Euang. sēm Mattheū.

Cap. 11. In illo tēpore: Respondēs Jesus dixit: Confiteor tibi, Pater, Dñe celi ꝛ terre, quia abscondisti hec a sapientibus, ꝛ prudentibus, ꝛ reuelasti ea paruulis. Ita Pater: quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Et nemo nouit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis nouit, nisi Filius, ꝛ cui voluerit filius reuelare. Uenite ad me oēs, qui laboratis, ꝛ onerati estis, ꝛ ego reficiam vos. Tollite iugū meum super vos, ꝛ discite a me, quia mitis sum, ꝛ humilis corde: ꝛ inuenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meū suaue est, ꝛ onus meū leue. Credo.

Offert. Constitues eos principes super oēm terram: memores erūt noīs tui Dñe, in omni progenie ꝛ generatione. Ps. 44. Secre.

Hostias tibi Dñe, quas nomini tuo sacrādas offerim⁹, sancti Matthie prosequatur oratio, per quā nos expiari facias, ꝛ defendi. Per Dominum nost.

Prefatio de Apostolis folio. 90.

Communio. Uos qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Jsrael. Mat. 19. Postcommunio.

Presta, quesum⁹ omnipotēs Deus: vt per hec sancta, que sumpsimus, interueniēte beato Matthia apostolo tuo, veniam consequamur, ꝛ pacē. Per D.

MARTII FESTA.

S. Thome de Aquino. Introitus. Die 7.

In medio Ecclesie aperuit os ei⁹: ꝛ adimpleuit illum Dominus spiritu sapientie ꝛ intellectus, stolam glorie induit eū. Eccl. 15. Ps. Bonū est confiteri Domino: ꝛ psallere nomini tuo Altissime. ℣. Gloria Patri. Ps. 91. Oratio.

Deus, qui Ecclesiā tuam beati Thome confessoris tui mira eruditione clarificas, ꝛ sancta operatione fecundas: da nobis, qs: ꝛ que docuit, intellecta ꝯspicere: ꝛ q egit, imitatione cōplere. Per D.

Secun-

Secunda oꝛo de feria. Tertia, vt sequit pro commemoꝛatio. sanctarum martyꝝ Perpetue ⁊ Felicitatis. Oꝛ. Da nobis, qs Dñe, sanctarum martyrum tuarum. Cum sua Secreta, ⁊ Postcommunio. vt in communi virg. fol. 193. Epistola. Iustus coꝛ suum. de cõi docto. f. 190.
ps. 36. Grad. Os iusti meditabit sapiẽtiã: ⁊ lingua ei⁹ loq̃tur iudiciũ. ℣. Lex Dei ei⁹ in coꝛde ipsi⁹: ⁊ nõ supplãtabũt gressus ei⁹.
ps. 111. Tractus. Beat⁹ vir, qui timet Dñm: in mãdatis eius cupit nimis. ℣. Potẽs in terra erit semẽ eius: generatio rectoꝝ benedicet. ℣. Gloꝛia, ⁊ diuitie in domo ei⁹: ⁊ iustitia ei⁹ manet i seculũ seculi. Euãg. Uos estis sal ter. d eodẽ cõi. 190. Cred.
ps. 91. Offer. Iust⁹, vt palma floꝛebit: sicut cedr⁹ q̃ in Libano est, multiplicabit. Secr.

Sancti Thome cõfessoꝛis tui, atque doctoꝛis nobis Dñe pia non desit oꝛo: q̃ ⁊ munera nr̃a cõciliet, ⁊ tuã nobis indulgentiã semp̱ obtineat. Per Dñm.
Mat. 24 Communio. Fidelis seruus, ⁊ prudẽs, quẽ constituit Dñs super familiã suã, vt det illis in tpe tritici mensurã. Postcõ.

Et nobis Dñe, tua sacrificia dent salutem: beatus Thomas cõfessoꝛ tuus, ⁊ doctoꝛ egregius, quesumus, precatoꝛ accedat. Per Dominum nostruꝫ.

Die 9. SS. QVADRAGINTA Martyrum. Introitus.

ps. 33. 
Clamauerũt iusti, ⁊ Dominus exaudiuit eos: ⁊ ex omnibus tribulationibus eoꝛum liberauit eos. Ps. Benedicã Dominum in omni tempoꝛe: semper laus eius in oꝛe meo. ℣. Gloria Patri, ⁊ Filio, ⁊ Spiritui. Oꝛatio.

Presta, qs omnipotens Deus: vt, q gloꝛiosos martyres, foꝛtes in sua confessione cognouimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per Dominum nostrum Jesum. ⁊c. EpistO.

Sancti per fidẽ. de cõi plur. mar. f. 188.
Grad. Ecce quã bonum, ⁊ quam iucũdum habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguentum in capite: quod descendit in barbam, barbam Aaron. Tractus.
Qui seminãt in lacrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibãt, ⁊ flebãt, mittẽtes semina sua. ℣. Uenientes autẽ venient cuꝫ exultatione, poꝛtantes manipulos suos. ps. 125.
Euangelium. Descendens Jesus. de eodem communi. fol. 187. Offertoꝛium.
Letamini in Domino, ⁊ exultate iusti: ⁊ gloꝛiamini omnes recti coꝛde. Secreta. ps. 31.

Sacrificijs presentib⁹, qs Dñe intẽde placatus: vt intercedentibus sanctis martyribus tuis, ⁊ deuotioni nostre proficiant ⁊ saluti. Per Dominum. ⁊c.
Communio. Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in celis est: ipse meus frater, ⁊ soroꝛ, ⁊ mater est, dicit Dominus. Postcommunio. Mat. 12

Quesumus ops De⁹: vt illius salutaris capiamus effectuꝫ: cuius per hec mysteria pign⁹ accepim⁹. Per Do.

SANCTI GREGORII Pape ⁊ Confessoꝛis, ⁊ Doctoꝛis Ecclesie. Introitus. Die 12.


Sacerdotes Dei bñdicite Dñꝫ: sãcti ⁊ humiles coꝛde laudate Deũ. Ps. Benedicite oĩa opera Domini Dño: laudate ⁊ superexaltate eũ in secula. ℣. Gloꝛia Patri. Oꝛatio. Dan. 3.

Deus, q animę famuli tui Gregoꝛij, eterne beatitudinis premia cõtulisti: cõcede propitius: vt qui peccatoꝛum nostroꝛuꝫ pondere premimur eius apud te precibus subleuemur. Per Dominũ.
Epistola. Testificoꝛ coꝛam Deo. de cõmuni Doctoꝛum. folio 192. Graduale.
Iurauit Dñs, ⁊ non penitebit eum: tu es sacerdos in eternũ secundum oꝛdineꝫ Melchisedech. ℣. Dixit Dñs Domino ps. 109.

meo: sede a dextris meis. Tractus.
Ps. 111. Beatus vir, q timet Dñm: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potēs in terra erit semē eius: generatio rectorũ benedicet. ℣. Gloria, & diuitię i domo ei⁹: & iustitia eius manet in sęculum sęculi. Euangel. Vos estis sal terrę. de eodē cōi. f. 190. dicitur Credo. Offertorium.
Ps. 88. Veritas mea & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.
Annue nobis, quęsumus Dñe: vt intercessione beati Gregorij hęc nobis prosit oblatio, quam immolando totius mũdi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum nostrum. Communio.
Mat. 24 Fidelis seruus & prudens, quez cōstituit Dominus super familiã suaz: vt det illis in tempore tritici mensuraz. Postcom.
Deus, qui beatum Gregorium pontificem tuuz, sanctorũ tuorum meritis coęquasti: concede propitius: vt qui commemorationis eius festa recolimus, vitę quoqz imitemur exempla. Per Dominum nostrum Jesum Christum.
Die 19. SANCTI IOSEPH confessoris. Introitus.
Ps. 91 Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabit: plantatus in domo Domini, in atrijs dom⁹ Dei nostri. Ps. Bonum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo Altissime. ℣. Gloria Patri. Oratio.
Sanctissimę genitricis tuę spōsi, q̄sum⁹ Domine, meritis adiuuemur: vt, quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur. Qui viuis & regnas. in vnitate. &c. Epistola.
Ps. 20. Dilectus Deo. de cōi Abbatũ. f. 192. Graduale. Domine pręuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. ℣. Vitam petijt a te & tribuisti ei longitudinem dierum, in seculuz sęculi. Tractus.
Beatus vir, qui timet Dominum: in mãdatis eius cupit nimis. ℣. Potēs i terra erit semen eius: generatio rectoruz benedicetur. ℣. Gloria & diuitię in domo eius: & iustitia eius manet in sęculum sęculi. Post Pascha. Alleluia, alleluia. Ps. 111.
℣. Amauit euz Dominus, & ornauit eũ, stolam glorię induit eum, Alleluia. ℣. Eccl. 45.
Justus germinabit sicut lilium: & florebit in ęternum ante Dominum, alleluia. Osee. 14
Euang. Cuz esset desponsata. vt in vig. Natiuitatis Domini. fol. 5. Offertoriũ.
Veritas mea & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta. Ps. 88.
Debitum tibi Dñe nostrę reddimus seruitutis, suppliciter exorātes: vt suffragijs beati Joseph, sponsi genitricis filij tui, Jesu Christi Dñi nostri, in nobis tua munera tuearis: ob cuius venerãdam festiuitatem, laudis tibi hostias immolamus. Per eũdem Dominum no.
Cōmun. Joseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugez tuã: quod eniz in ea natuz est, de Spiritu sancto est. Mat. 1.
Postcommunio.
Adesto nobis, q̄sumus misericors Deus: & intercedēte pro nobis beato Joseph confessore tuo, tua circa nos propitiatus dona custodi. Per Dñm.
¶ In festo S. Bñdicti abbatis. Missa. Os iusti. de cōmuni Abbatum. f. 192. Die 21.
¶ De festis duplicib⁹ & semiduplicibus, quę veniunt a Dominica palmaruz vsqz ad oct. Pasche, nihil fit: sed post oct. celebrant: & tũc in fine Introitus ante psalmũ dicuntur duo Alleluia. in fine Offertorij, & Communionis vnum Alleluia. Post Epistolã non dicit Graduale. sed tantũ Alleluia. dicuntur cum suis versibus. Et hoc idē obseruatur in oib⁹ festis, q̄ celebrant inter Pascha & Pētecostē.

Die 25. IN FESTO ANNVNCIAtionis B. M. virginis. Introitus.

ps. 44. 

Vultum tuuz deprecabunt omnes diuites plebis: adducentur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi in lętitia, & exultatione. ps. Eructauit cor meum verbũ bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Pat. Oratio.

Deus, qui de beatę Marię virginis vtero verbuz tuũ, angelo nunciante, carnẽ suscipere voluisti: pręsta supplicibus tuis: vt qui vere eã Dei genitricez credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem Dominum.

Lectio Isaię prophetę.

Cap. 7. In diebus illis. Locutus est Dñs ad Achaz, dicens: Pete tibi signum a Dño Deo tuo in profunduz inferni, siue in excelsũ supra. Et dixit Achaz: Nõ petaz, & nõ tentabo Dñm, Et dixit: Audite ergo domus Dauid: Numquid parũ vobis est, molestos esse hominibus, qa molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dñs ipse vobis signũ. Ecce virgo cõcipiet, & pariet filiũ, & vocabitur nomẽ eius Emmanuel. Butyruz & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.

ps. 44. Gradua. Diffusa est gratia in labijs tuis propterea bñdixit te Deus in ęternũ. ℣. Propter veritatẽ, & mansuetudinẽ, & iustitiã: & deducet te mirabiliter dextera tua. Tract⁹. Audi filia, & vide, & inclina aurẽ tuã: quia concupiuit rex speciem tuã. ℣. Vultũ tuũ deprecabuntur omnes diuites plebis: filię regũ in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines post eã: primę ei⁹ afferent tibi. ℣. Afferentur in lętitia & exultatione: adducent i tẽplũ regis. Post Pascha, dimissis graduali & tractu dĩ, A lla, al'la. ℣. Aue Maria, gratia plena dñs tecũ: bñdicta tu i mulieribus, Allel. ℣. Virga Iesse floruit, virgo Deũ & hoiem genuit, pacẽ De⁹ reddidit: in se reconcilians ima summis, alleluia.

Sequentia sancti Euangelij sm Lucaz.

In illo tpe: Missus est angelus Gabriel a Deo in ciuitatez Galilęę, cui nomẽ Nazareth, ad Virginẽ dsponsatã viro, cui nomẽ erat Joseph, de domo Dauid, & nomẽ virginis Maria. Et ingressus Angel⁹ ad eã dixit: Aue gra plena: Dñs tecũ: Bñdicta tu in mulierib⁹. Quę cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angel⁹ ei: Ne timeas Maria, iuenisti eñ gratiam apud Deum: Ecce cõcipies in vtero, & paries filiũ, & vocabis nomẽ eius IESVM. hic erit magn⁹, & Fili⁹ Altissimi vocabit, & dabit illi Dñs De⁹ sedem Dauid pris ei⁹: & regnabit in domo Jacob in ęternũ, & regni eius nõ erit finis. Dixit aũt Maria ad Angeluz: Quomodo fiet istud, qm virum non cognosco? Et respõdens angelus dixit ei: Spirit⁹ sanctus superueniet in te, & virt⁹ Altissimi obumbrabit tibi. Ideoqz & quod nascet ex te Sanctuz, vocabit Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa cõcepit filiũ in senectute sua: & hic mensis est sextus illi, quę vocatur sterilis: qa non erit impossibile apud Deũ omne verbuz. Dixit aũt Maria: Ecce ancilla Dñi, fiat mihi sm verbum tuum. dicitur Credo. Cap. 1.

Offer. Aue Maria, gratia plena, Dñs tecũ: Bñdicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui. Luc. 1.

Secreta.

In mẽtib⁹ nostris, qs Dñe, verę fidei sacramenta ꝯfirma: vt, q ꝯceptũ de virgine, Deuz verũ & hominẽ ꝯfitemur: per eiusdez salutiferę resurrectionis potẽtiam, ad ęternam mereamur peruenire lętitiam. Per eundem. Prefatio. Et te in annunciatione. fol. 95. Cõmu. Ecce

Isa. 7. Ecce virgo cōcipiet, et pariet filiū: et vocabit nomē ei⁹ Emmanuel. Postcomm.

Gratiā tuam, q̄s Dn̄e, mētibus nr̄is infunde: vt q angelo nunciāte, Chr̄i filij tui incarnationem cognouimus, per passionē eius et crucē, ad resurrectionis gloriā perducamur. Per eundē Dn̄z.

APRILIS FESTA.

Die 2. SANCTI FRANCISCI

De Paula confess. Missa.

Justus vt palma florebit. de cōmuni cōfess. non Pont. f. 191. preter orationem que dicitur, vt infra. Oratio.

Deus humilium celsitudo, q beatum Frācīscū confessorē tuū sanctorum tuorum gloria sublimasti: tribue q̄s: vt ei⁹ meritis et imitatione, promissa humilibus premia feliciter consequamur. Per Dominum nostrum. Secreta.

Hec dona deuote plebis Dn̄e, qbus tua cumulam⁹ altaria, beati Francisci meritis, tibi grata, nobisq̄z salutaria, te miserante, reddantur. Per. Postcō.

Sumpta Domine sacramenta celestia, beato Frācīsco cōfessore tuo intercedente p̄camur: vt et temporalis vite subsidia nobis conferant, et eterne. Per.

Die 11. SANCTI LEONIS

Pape et confess. Introitus.

Eccl. 45 

Statuit ei Dn̄s testamē tū pacis: et principē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternuz.

Ps. 131. Ps. Memēto Dn̄e David, et omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria. Oratio.

Exaudi, q̄s Dn̄e, p̄ces nr̄as, quas ī beati Leonis cōfessoris tui atq̄z pontificis sollēnitate deferim⁹: et q tibi digne meruit famulari, ei⁹ itercedentib⁹ meritis, ab oīb⁹ nos absolue peccatis. Per Do. Epistola. Ecce sacerdos mag. fol. 189.

Eccl. 50. Graduale. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Tractus. Beatus vir qui timet Dn̄m. de cōi cōfess. nōt. folio 189.

Post Pascha. All'a, all'a. ℣. Tu es sacerdos in eternū secundū ordinē Melchisedech, Alleluia. ℣. Hic est sacerdos quem coronauit Dn̄s, alleluia. Euangel. Ps. 109.

Venit Jesus in partes Cesaree. vt sup. in Cathedra. folio 141. Offertorium.

Inueni Dauid seruū meū, oleo sancto meo vnxi eū: manus enim mea auxiliabit ei, et brachiū meū confortabit eum. Sec. Ps. 88.

Sancti Leonis cōfessoris tui atq̄z pontificis, q̄s Dn̄e, annua sollemnitas pietati tue nos reddat acceptos: vt, p hec pie placationis officia, et illū beata retributio comitetur, et nobis gratie tue dona conciliet. Per Dominum. Cōmunio.

Beatus seru⁹, quē cū venerit Dn̄s, inuenerit vigilātē: amē dico vobis, sup omnia bona sua constituet eum. Postcōm. Mat. 24

Deus fidelium remunerator animarum, presta: vt beati Leonis cōfessoris tui atq̄z pōtificis, cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per Dominuz.

SANCTORVM MARTY. Die 14.

Tyburtij, Valeriani, et Maximi.

Si venerint ante Pascha, et voluerit q̄s de eis missaz celebrare, oīa dicūtur de cōi pluriū martyr, extra tēp⁹ Paschale. Si aūt venerit post Pascha, dī sequēs missa. Quod et in similibus seruat. Introit⁹.

Sancti tui Dn̄e benedicent te, gloriam regni tui dicēt, all'a, all'a. Ps. Exaltabo te Deus me⁹ rex, et bn̄dicaz nomini tuo in seculum, et in seculum seculi. ℣. Gloria. Oratio. Ps. 144.

Presta, q̄s oīps De⁹: vt, q sctor martyrum tuor Tyburtij, Valeriani, et Maximi sollēnia colim⁹, eoruz etiā virtu-

tes imitemur. Per Dominum. Epistola. Stabunt iusti. de cõi m. tpe Pasch. 184. Alla, alla. ℣. Sancti tui Dñe florebunt sicut lilium: et sicut odor balsami erunt ante
ps. 115. te, alleluia. ℣. Pretiosa in conspectu Dñi, mors sanctorum eius, alleluia. Ego sum vitis ve. de eodē cõi. fol. 184.
ps. 31. Offerto. Letamini in Domino, et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde, alleluia, alleluia. Secreta.

Hec hostia, qs Dñe, quã in sctõrum tuorum natalitijs recẽsentes offerimus, et vincula nrę prauitatis absoluat: et tuę nobis misericordię dona conciliet. Per.
ps. 32. Cõm. Gaudete iusti i Dño, alla: rectos decet collaudatio, alleluia. Postcõmun.

Sacro munere satiati, supplices te Dñe deprecamur: vt, quod debitę seruitutis celebramus officio, saluationis tuę sentiamus augmentum. Per Dñm.
Die 17. ¶ S. Aniceti papę et marty. missa de cõi vnius mart. tẽpore pascha. cum oratione. Deus qui nos beati. f. 148. et Euange. Amen dico vobis quia plora. fol. 180.
Die 22. ¶ In festo SS. mar. et põtificũ Sotheris et Caij, missa d cõi plu. m. tpe Paschali, cũ orone. Beatorum martyrum tuorum, pariterq; pontificum. fol. 186. Epistola. Post hec ego Joannes. folio 186.

Die 23. SANCTI GEORGII martyris. Introitus.

ps. 63. Protexisti me Deus a conuentu malignantium, alleluia: a multitudine operantium iniquitatem,
ps. 63. alla, alla. ps. Exaudi Deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Deus, qui nos beati Georgij martyris tui, meritis et intercessione letificas: concede propitius: vt, qui tua per eum beneficia poscimus, dono tuę gratię consequamur. Per Dominũ. Epistola.

Memor esto. de cõi vnius mart. extra tẽpus paschale. f. 183. Allelu. alla. ℣. Cõfitebunt cęli mirabilia tua Dñe: etenim veritatẽ tuam in ecclesia sanctorum, alleluia. ps. 88.
℣. Posuisti Dñe sup caput eius, coronã de lapide pretioso, alleluia. Euangelium. ps. 20.
Ego sum vi. d cõi tpe pasch. f. 184. Off.
Cõfitebunt cęli mirabilia tua Dñe: et veritatẽ tuã i ecclesia scõrum, alla, alla. Sec. ps. 88.

Munera Dñe oblata sãctifica: et intercedẽte beato Georgio martyre tuo, nos per hec a peccatorum nostrorũ maculis emunda. Per Dñm. Communio.
Letabitur iustus in Domino, et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde, alleluia, alleluia. Postcommunio. ps. 63.

Supplices te rogamus omnipotens Deus: vt, quos tuis reficis sacramẽtis, intercedẽte beato Georgio martyre tuo, tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deseruire. Per Dominum.

SANCTI MARCI Euangelistę. Introitus. Die 25.

Protexisti me Deus a conuentu malignantium, alleluia: a multitudine operantium iniquitatem, alla, alla. ps. Exaudi Deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. ℣. Gloria Patri. Oratio. ps. 63.

Deus, qui beatum Marcum euangelistam tuum, euangelicę predicationis gratia sublimasti: tribue, quęsumus: eius nos semper et eruditione proficere, et oratione defendi. Per Dominũ nostrũ.

Lectio Ezechielis prophetę.

Similitudo vultus quattuor animalium: facies hois, et facies leonis: a dextris ipsorum quattuor: facies autẽ bouis, a sinistris ipsorum quattuor, et facies aquilę desuper ipsorum quattuor. Facies eorum, et penne eorum extentę desuper: duę pẽnę singulorum iungebant, et duę tegebãt corpo- Cap. 1.

corpora eorum: & vnumquodq; eorum coram facie sua ambulabat: vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur cu; ambularent. Et similitudo animalium, aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. Hęc erat visio discurrens in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens, & animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Alleluia, al-
Ps. 88. leluia. ℣. Confitebunť cęli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tua; in eccle-
Ps. 20. sia sanctoꝝ, al'ła. ℣. Posuisti Dñe sup caput ei⁹ coronã de lapide pretioso, al'ła. Sequentia sancti Euangelij ƀm Lucaz.
Cap. 10 In illo tempore: Designauit Dñs & alios septuagintaduos. & misit illos binos ante faciem suam in omne; ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominu; messis vt mittat operarios in messem suã. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neque peram, neq; calceamenta, & neminẽ per viam salutaueritis. In quãcumq; domum intraueritis, primum dicite: pax huic domui: & si ibi fuerit filius pacis, requiescet sup illu; pax vestra: sin autem, ad vos reuerteť. In eade; aũt domo manete edẽtes, & bibentes q̃ apud illos sũt: dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domu;. Et in quãcũq; ciuitatẽ intraueritis, & susceperint vos, manducate quę apponũtur vobis: & curate infirmos, q in illa sunt, & dicite illis: Appropinquauit in vos regnu; Dei. dicitur Credo. Offertorium.
Ps. 88. Confitebunť cęli mirabilia tua Domine: & veritatem tuam in ecclesia sanctoꝝ, alleluia, alleluia. Secreta.

Beati Marci euãgelistę tui sollemnitate, tibi munera deferentes, q̃s Dñe vt, sicut illũ p̃dicatio euangelica fecit gloriosum: ita nos eius intercessio, & verbo & opere tibi reddat acceptos. Per Dñm. Prefatio de Apostolis. folio 90.

Cõmunio. Lętabitur iustus in Dño, & sperabit in eo: & laudabũtur omnes recti corde, alleluia, alleluia. Postcõmunio. Ps. 33.

Tribuant nobis, q̃s Dñe, cõtinuu; tua sancta presidiũ: quo beati Marci euangelistę tui precibus, nos ab omnibus semp tueantur aduersis. Per Dñ;.

¶ In festo SS. Cleti & Marcellini põt. & mart. Missa. Sancti tui Dñe. de cõmuni plur. mart. tpe Paschali. fol. 185. cum oratione. Beatorũ mart. vt ibidem. Die 26.

¶ S. Vitalis marty. Missa de cõi vnius mart tpe Paschali. folio 184. Oratio. Presta q̃s omñs Deus, vt qui beati. Die 28.

SANCTI PETRI martyris. Missa. Die 29.

Protexisti me Deus. &c. De communi Marty. non Pontifi. f. 184. preter orationem, quę dicitur, vt infra. Oratio.

Presta, quęsumus omnipotẽs De⁹, vt beati Petri martyris tui fidẽ cõgrua deuotione sectemur, qui pro eiusdẽ fidei dilatatione, martyrij palma; meruit obtinere. Per Dominum. Secreta.

Preces quas tibi Domine offerim⁹ intercedente beato Petro martyre tuo clementer intende, & fragiles fidei sub tua ptectione custodi. Per. Poste.

Fideles tuos Domine custodiant sacramẽta quę sumpsimus: & intercedente beato Petro martyre tuo, contra oẽs aduersos tueanť incursus. Per.

MAII FESTA.

SANCTORVM APOSTOlorũ Philippi & Jacobi. Introitus. Die 1.

Clamauerũt ad te Dñe, in tpe afflictionis suę: & tu de cęlo exaudisti eos, al'ła, al'ła. Ps. Ps. 33.
Exultate iusti in Dño: rectos Ps. 31.
decet

decet collaudatio. ℣. Gloria. Oratio.

Deus, q nos annua apostolorũ tuorũ Philippi et Jacobi sollemnitate letificas: presta quesumus: vt, quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per Dominum nostrum Jesum.

Lectio libri Sapientie.

Cap. 5. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerũt, et qui abstulerunt labores eorũ. Uidentes turbabuntur timore horribili, et mirabuntur in subitatione insperate salutis, dicentes intra se, penitentiam agentes, et pre angustia spiritus gemẽtes: Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, et in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam, et finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est. Alleluia, alleluia. ℣. Confitebuntur celi mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in

Joã. 14. Ecclesia sanctorum, Alleluia. ℣. Tanto tempore vobiscum sum, et non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt et patrem meum, Alleluia.

Sequentia sancti Euang. sm Joannem.

Cap. 14. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Non turbetur cor vestrũ. Creditis in Deum, et in me credite. In domo Patris mei mãsiones multe sunt. Si quo minus dixissem vobis: Quia vado parare vobis locum. Et si abiero, et preparauero vobis locum: iterum veniam, et accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum, et vos sitis. Et quo ego vado scitis, et viam scitis. Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quo vadis: et quomodo possumus viã scire? Dicit ei Jesus: Ego sum via, veritas, et vita. Nemo venit ad Patrem, nisi per me. Si cognouissetis me, et Patrẽ meũ vtiq3 cognouissetis: et amodo cognoscetis eũ, et vidistis eum. Dicit ei Philippus: Dñe, ostẽde nobis Patrem, et sufficit nobis. Dicit ei Jesus: Tãto tẽpore vobiscum sum: et nõ cognouistis me? Philippe, q videt me, videt et Patrẽ. Et quomodo tu dicis: Ostẽde nobis Patrem? Non credis quia ego in Patre, et Pater in me est? Uerba, que ego loquor vobis, a meipso nõ loquor. Pater aũt in me manẽs, ipse facit opera. Nõ creditis qa ego i Patre, et Pater in me est? Alioqn ppter opera ipsa credite. Amẽ, amen dico vobis: q credit in me, opa, que ego facio, et ipse faciet, et maiora horum faciet: quia ego ad Patrem vado. Et quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam. Dicitur Credo.

Offert. Confitebuntur celi mirabilia tua Domine, et veritatem tuam in Ecclesia sanctorum, Alleluia, alleluia. Ps. 88.

Secreta.

Munera, Dñe, que p apostolor tuorũ Philippi et Jacobi sollemnitate deferimus, ppitius suscipe, et mal omnia que meremur, auerte. Per Dominũ.

Prefatio de Apostolis. folio 90.

Cõm. Tãto tempore vobiscu3 su3, et non cognouistis me? Philippe, q videt me, videt et Patre3 meu3, alleluia: nõ credis quia ego in patre, et pater in me est? Alleluia, alleluia. Joã. 14.

Postcommunio.

Quesumus Domine, salutaribus repleti mysterijs: vt, quorum sollẽnia celebramus, eorum orationibus adiuuemur. Per Dominum nostrum Jesum.

SANCTI ATHANASII episcopi et confess. Introitus. Die 2.



In medio Ecclesie aperuit os eius, et impleuit eum Dñs spiritu sapientie, et intellectus, stola3 glorie induit eu3. Allel. allel. Eccl. 15. Ps. Bonu3 est confiteri Domino, et psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria Patri. Ps. 91.

Oratio.

Exaudi qs Dñe preces nr̃as: quas i beati Athanasij cõfessoris tui atque põtificis sollẽnitate deferimus: et q tibi digne meruit famulari, eius intercedẽtibus meritis,

meritis ab omnibus nos absolue peccatis. Per Dominum nostrum Jesum.

Lect. Epl'ę B. Pauli Apl'i ad Corint.

2.cor.4. Fratres: Non nosmetipsos prędicamus, sed Jesum Christum Dominum nostrum: nos autem seruos vestros per Jesum: quoniã Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationē scientię claritatis Dei, in facie Christi Jesu. Habemus autẽ thesaurum istũ in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis Dei, & nõ ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur: persecutionem patimur, sed non derelinquimur, humiliamur, sed nõ confundimur: deijcimur, sed nõ perimus: semper mortificationẽ Jesu Christi in corpore nostro circumferẽtes, vt & vita Jesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos, qui viuimus, in mortẽ tradimur propter Jesum: vt & vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur, vita aũt in vobis. Habẽtes autem eũdem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, Propter quod locut⁹ sũ: & nos credimus, ꝓpter quod & loquimur: scientes q̃m qui suscitauit Jesum, & nos cũ Jesu suscitabit, & constituet vobiscũ.

Ps. 109. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es sacerdos in eternũ secundum ordinẽ Melchisedech, Alleluia.

Jac. 1. ℣. Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę, alleluia.

Sequentia sancti Euang. s'm Mattheũ.

Cap. 10. In illo tẽpore: Dixit Jesus discipulis suis: Cũ persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Amen dico vobis, nõ consummabitis ciuitates Jsrael, donec veniat Filius hominis. Non est discipulus super magistrũ, nec seruus super dñm suũ. Sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius: & seruo, sicut dñs eius. Si patremfamilias Beelzebub vocauerũt: quanto magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos. Nihil enim est opertũ, quod non reueletur: & occultũ, quod nõ sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prędicate sup tecta. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem nõ possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & animã, & corpus perdere in gehennam. dicitur Credo. Offertoriũ.

Inueni Dauid seruum meũ: oleo sãcto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum, Alleluia. Ps. 88.

Secreta.

Sancti Athanasij cõfessoris tui atq; põtificis, quęsum⁹ Domine, annua sollemnitas pietati tuę nos reddat acceptos: vt, p hęc pię placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratię tuę dona conciliet. Per Dñm.

Cõm. Quod dico vobis i tenebris, dicite i lumine, dicit Dñs: & qd in aure auditis, ꝑdicate sup tecta, Alleluia. Matt. 10

Postc.

Deus fidelium remunerator animarũ, pręsta: vt beati Athanasij confessoris tui atque pontificis, cuius venerandam celebramus festiuitatẽ, precibus indulgentiam consequamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

INVENTIONIS sanctę Crucis. Introitus. Die 3.

Nos autẽ gloriari oportet in cruce Domini nostri Jesu Christi: in quo est salus, vita, & resurrectio nostra: p quẽ saluati, & liberati sumus. Gal. 6.

Alleluia, alleluia. Psalmus. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. ℣. Gloria Patri. Ps. 66.

Oratio.

Deus, qui in pręclara salutiferę crucis Inuẽtione, passionis tuę miracula suscitasti: ꝯcede: vt vitalis ligni ꝑtio eternę vitę suffragia ꝯsequamur. q viuis.

¶ Pro

¶ Pro commemora. sanctorum mart. Alexandri, Eventij, Theoduli, atq; Iuvenalis episcopi & confessoris. Oratio.

Presta, qs omps Deus: ut, qui sanctorum tuorum Alexādri, Eventij, Theoduli, atq; Iuvenalis natalitia colimus: a cunctis malis imminentibus, eorum intercessionibus liberemur. Per Dominum.

Lectō Eplę B. Pauli Apli ad Phil.

Cap.2. Fratres: Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu: qui cū in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se ęqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit formam servi accipiēs, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem aūt crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomē, quod est super omne nomen: ut in nomine Iesu omne genuflectatur (Hic genuflecti.) cęlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua cōfiteatur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.

Ps.95. Alleluia, alleluia. ℣. Dicite in gētibus: quia Dñs regnauit a ligno. Alleluia. ℣. Dulce lignū, dulces clauos, dulcia ferēs pōdera: quę sola fuisti digna sustinere regem cęlorum, & Dominum. Alleluia.

Sequentia sancti Euang. sm Ioannem.

Cap.3. In illo tēpore. Erat homo ex Pharisęis, Nicodem⁹ nomine, princeps Iudęorum. Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quia a Deo venisti magister, nemo enim potest hęc signa facere, quę tu facis, nisi fuerit Deus cū eo. Respondit Iesus, & dixit ei: Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci, cū sit senex? numquid potest in ventrem matris suę iterato introire, & renasci? Respōdit Iesus: Amen, amē dico tibi, nisi qs renat⁹ fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natū est ex spiritu, spiritus est. Non mireris quia ego dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spiritus ubi vult spirat: & vocē eius audis, sed nescis unde veniat, aut quo vadat: sic est omnis, q natus est ex spiritu. Respōdit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hęc fieri? Respondit Iesus, & dixit ei: Tu es magister i Israel & hęc ignoras? Amē, amē dico tibi, quia quod scimus loquimur: & quod vidimus testamur, & testimonium nostrū non accipitis. Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo, si dixero vobis cęlestia, credetis? Et nemo ascendit in cęlum, nisi qui descēdit de cęlo, Fili⁹ hominis, qui est in cęlo. Et sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto, ita exaltari oportet Filiū hominis: ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam ęternam. Credo.

Offert. Dextera Domini fecit virtutem, Ps. 117.
dextera Dñi exaltauit me, dextera Dñi fecit virtutem: nō moriar, sed vivā, & narrabo opera Dñi, alleluia. Secreta.

Sacrificium, Dñe, quod tibi immolamus, placatus intende: ut ab oī nos eruat bellorum nequitia: & per vexillum sanctę Crucis filij tui, ad cōterendas adversariorum insidias, nos in tuę protectionis securitate cōstituat. Per eūdem do.

Pro Sanctis. Secreta.

Super has hostias, quęsum⁹ Domine, benedictio copiosa descendat: q̄ & sanctificationem nobis clementer operetur, & de sanctorum nos sollemnitate lętificet. Per Dominum nostrum Iesum.

Prefatio de Cruce. fol. 83. Communio.

Per signū crucis de inimicis nostris, libera nos Deus noster. Alla. Postcō.

Repleti alimonia cęlesti, & spiritali poculo recreati, qs omnipotens De⁹: ut ab hoste maligno nos defendas, quos per lignum sanctę Crucis filij tui, armis

armis

armis iustitię, p salute mũdi triumphare iussisti. Per eumdem Dominuz nostrũ.

Pro Sanctis. Postcommunio.

R Efecti participatione muneris sacri, qs Dñe De⁹ nr: vt quoz exeqmur cultuz, sentiamus effectum. Per d.

Die 4. SANCTAE MONICAE Viduę. Introitus.

ps. 181.  Ognoui Domine, qa ęquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me: confige timore tuo carnes meas, a mandatis enim tuis timui. Al-

ps. 118. leluia, alleluia. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Dñi. ℣. Gloria Patri, & Filio. Oratio.

E Xaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beatę Monicę festiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per Dominum nost. Epistola. Viduas honora. de cõi nec virginis nec marty. folio 195. Alleluia, alleluia. ℣.

ps. 44. Specie tua & pulchritudine tua, intẽde, pspere pcede, & regna, Allelu. ℣. Propter veritatẽ, & mansuetudinẽ, & iustitiã: & deducet te mirabiliter dextera tua, allra. Euang. Ibat Jesus in ciuitatẽ, quę vocatur Naim. folio 128. Offertorium.

ps. 44. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in ęternum, & in sęculum sęculi, Alleluia. Secreta.

A Ccepta tibi sit Dñe sacratę plebis oblatio, pro tuoz honore sanctoz: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per Dñm.

ps. 44. Communio. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lętitię prę consortibus tuis, alleluia. Postcommunio.

S Atiasti Domine familiam tuaz muneribus sacris: eius quęsumus semper interuentione nos refoue, cuius sollẽnia celebramus. Per Dominum nost.

SANCTI IOANNIS Die 6. ante portam Latinam. Introitus.

 Rotexisti me De⁹ a cõuentu malignantiuz, alleluia: a multitudine operantium iniquitatez, alla, alla. ps. Exaudi Deus orationem meaz ps. 63. ps. 63. cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. ℣. Gloria pat. Oratio.

D Eus qui conspicis, quia nos vndique mala nostra perturbant: presta quęsumus: vt beati Joannis apostoli tui intercessio gloriosa nos protegat. Per. Epla. Stabunt iusti. de cõi mart. tẽpore Paschali. f. 184. Alleluia, alleluia. ℣.

Justus vt palma florebit: sicut cedrus ps. 91.
Libani, multiplicabitur, alleluia. ℣.
Justus germinabit sicut lilium: & florebit Ose. 14.
in ęternum ante Dominum, alleluia.

Sequentia sancti Euang. sm Matthęũ.

I N illo tempore: Accessit ad Jesum Cap. 20. mater filiorum Zebedęi cum filijs suis, adorãs & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic vt sedeãt hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistrã in regno tuo. Respondens autẽ Jesus, dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicẽ, quem ego bibiturus suz? Dicunt ei: Possumus. Ait illis: Calicez quidem meum bibetis: sedere autez ad dexterã meaz vel sinistrã nõ est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo. dicit Credo.

Offert. Confitebũtur cęli mirabilia tua ps. 88. Domine, & veritatem tuaz in ecclesia sanctorum, alleluia, alleluia. Secreta.

M Uneribus nostris, quęsum⁹ Dñe, pcibusque susceptis: & cęlestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per. Prefatio de Apostolis. f. 90.

Cõmun. Lętabitur iustus in Domino, ps. 63. & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, alleluia. Postcommunio.

Refecti

Refecti Dñe pane cęlesti: ad vitã q̃ sumus nutriamur ęternã. Per do.

Die 7. ¶ S. Stanislai epi & mart. Missa. Protexisti me Deus. de communi marty. tempore Paschali. folio 184. Oratio.

Deus, pro cuius honore gloriosus Pōtifex Stanisla' gladijs impiorũ occubuit: pſta q̃s, vt oẽs, q eius implorãt auxiliũ, petitionis suę salutarẽ consequant effectũ. Per. Secreta. Hostias. Postcõ. Refecti. vt in eodem cõmuni.

Die 8. ¶ In apparitione S. Michaelis fit offiũ sicut i Dedicatione eiusdẽ: sed ptermisso graduali, dicũtur Alla. cũ suis ℣. vt ibi.

Die 9. ¶ In festo sancti Gregorij Nazianzeni epi & cõfess. Missa. In medio Ecclesię. de cõi docto. folio 190. Epist. Iustus cor suum trad. f. 190. & dicitur Credo.

Die 10. SANCTORVM MARTY. Gordiani & Epimachi. Introit.



Sancti tui Dñe bñdicẽt te, gloriam regni tui dicent, alleluia, alleluia.

ps. 144. ps. Exaltabo te Deus meus rex, & benedicam noĩ tuo in sęculuz, & in sęculuz sęculi. ℣. Gloria Pat. Oratio.

Da, quęsumus oṗs Deus: vt q beatorum martyrum tuorum Gordiani, & Epimachi sollemnia colimus: eorũ apud te itercessionib' adiuuemur. Per. Epistola. Post hęc ego Joannes. de cõmuni mart. tempore Paschali. fol. 186. Alleluia, alleluia. ℣. Sancti tui Dñe florebunt sicut liliũ: & sicut odor balsami

ps. 115. erũt ante te, alleluia. ℣. Pretiosa in conspectu Dñi, mors sanctoruz ei', alleluia. Euangelium. Ego sum vitis, & vos pal. de eodem communi. fol. 185. Offerto.

ps. 31. Lętamini i dño, & exultate iusti: & gl'iami ni oẽs recti corde, alleluia, al'la. Secreta.

Hostias tibi Dñe, beatoꝝ martyrũ tuoꝝ Gordiani & Epimachi dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuũ nobis tribue prouenire subsidium. p.

Cõm. Gaudete iusti in Dño, alleluia: rectos decet collaudatio, alleluia. Postc. ps. 32.

Quęsumus oĩpotens Deus: vt, qui cęlestia alimẽta percepimus, intercedẽtibus sanctis tuis, Gordiano & Epimacho, per hęc contra omnia aduersa muniamur. Per Dominum nostrum.

SANCTORVM MARTY. Die 11.

Nerei, Archillei, atq; Pancratij.

Introitus.



Ecce oculi Dñi super timentes eũ, & sperantes in misericordia ei', alleluia: vt eripiat a morte aĩas eoruz: qm̃ adiutor & protector noster est, alleluia, alleluia. ps. Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria Patri, & Filio. Oratio. ps. 32.

Semper nos Dñe sanctorum martyrum tuorum Nerei, Archillei, atque Pancratij, foueat quęsumus beata sollemnitas: & tuo dignos reddat obsequio. Per Dominum nostrum Jesum. Epistola. Stabunt iusti. de cõmuni mar. tempore Paschali. folio 184. Alleluia, alleluia. ℣. Hęc est vera fraternitas, quę vicit mũdi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna cęlestia, Alleluia. ℣. Te martyruz candidatus laudat exercitus domine, alleluia. Euangelium. Amen amẽ dico vobis, quia plorabitis. de eodem communi. f. 186. Offertoriuz. Confitebuntur cęli mirabilia tua Domine: & veritatẽ tuam in ecclesia sanctoruz, alleluia, alleluia. Secreta.

Sanctorum martyruz tuoruz, quęsum' Domine, Nerei, Archillei, atque Pancratij, sit tibi grata confessio: quę & munera nostra commendet: & tuaz nobis indulgentiam semper imploret. Per Dominum nostrum. Cõmunio.

Gaudete iusti in Dño, alleluia: rectos ps. 32.

decet collaudatio, alleluia. Postcõmu.

Quesumus Domine: vt beatorum martyrum tuorum Nerei, Archillei, atque Pancratij deprecationibus, sacramẽta, quę sumpsimus, ad tuę nobis proficiant placationis augmentũ. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Die 14. ¶ Sancti Bonifacij mar. Missa. Protexisti me Deus. de cõmuni mart. tempore paschali. folio 184. Oratio.

Da, quęsumus omnipotens Deus: vt qui beati Bonifacij martyris tui natalitia colimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per Do. Secre.

Muneribus nostris, q̃sumus Domine, precibusq; susceptis, ⁊ cęlestibus nos munda mysterijs: ⁊ clementer exaudi. Per Dñm. Postcommunio

Refecti participatione muneris sacri, quęsumus Domine: vt cui⁹ exequimur cultum, intercedente beato Bonifacio martyre tuo, sentiamus effectũ. Per Dominum nostrum Jesum. ⁊c.

Die 19. ¶ Sanctę Pudẽtianę virginis. Missa. Dilexisti iustitiaz. de cõmuni virg. 193.

¶ Si aliquod festũ ex sequentib⁹ venerit tẽpore paschali, missa dicitur vt in cõmuni temporis pasch. Si autez venerit post octa. Pentec. dicitur vt infra assignatur.

Die 25. SANCTI VRBANI Papę ⁊ marty. Introitus.

Ps. 131.



Sacerdotes tui Dñe induant iustitiam, ⁊ sancti tui exultent: ꝓpter Dauid seruuz tuũ, non auertas faciem Christi tui. Ps. Memento Domine Dauid, ⁊ omnis mãsuetudinis ei⁹. ℣. Gloria Patri, ⁊ Filio. Oratio.

Da, quęsumus omnipotens Deus: vt, q̄ beati Urbani martyris tui atque pontificis, sollemnia colimus: eius apud te intercessionib⁹ adiuuemur. Per.

Epistola. Benedictus Deus. de communi vnius martyr. pont. f. 185. Gradu.

Inueni Dauid seruũ meũ, oleo sancto meo vnxi eum: manus eniz mea auxiliabitur ei, ⁊ brachium meum confortabit euz. Ps. 88.
℣. Nihil proficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia, alleluia. ℣. Memento Domine Dauid, ⁊ omnis mansuetudinis eius, alleluia. Ps. 131.

Euangelium. Homo quidam peregre. de communi confess. pont. folio 189.

Offertorium. Ueritas mea, ⁊ misericordia mea cum ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta. Ps. 88.

Hæc hostia, quęsumus Domine, emundet nostra delicta: ⁊ ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mẽtesque sanctificet. Per Dominum nostrum Jesum. Communio.

Fidelis seruus ⁊ prudens, quẽ cõstituit Dominus sup familiaz suam, vt det illis in tempore tritici mensurã. Postcõmu. Mat. 24.

Refecti participatione muneris sacri, q̃s dñe Deus noster: vt, cuius exequimur cultũ, sentiam⁹ effectũ. Per.

¶ Sãcti Eleutherij Papę ⁊ m̃. Missa. Statuit ei Dñs. vt in cõi vnius mart. põtifi. fol. 182. nisi venerit tpe paschali. Die 26.

¶ Sancti Joannis papę ⁊ martyris. Missa. Sacerdotes Dei. vt in cõmuni vnius martyris pontificis. folio 182. Die 27.

¶ Sãcti Felicis Papę ⁊ marty. Missa. Statuit ei Dñs. vt in communi vnius martyris pontificis. folio 182. Die 30.

¶ Sãctę Petronillę virg. Missa. Vultũ tuũ. de cõi virginuz non mart. f. 194. Die 31.

IVNII FESTA.

SANCTORVM MARTY- Marcellini, Petri, atque Erasmi. Intr. Die 2.

Clamauerũt iusti, ⁊ Dñs exaudiuit eos: ⁊ ex oib⁹ tribulationibus eorum liberauit eos. Ps. 33.
Ps. Benedicam Dominuz Ibidem.
in

in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria Patri. Oratio.

DEus, qui nos annua beatorũ martyrum tuorũ Marcellini, Petri, atque Erasmi sollẽnitate letificas: presta quesumus: vt quorum gaudemus meritis, prouocemur exemplis. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium.

Epistola. Non sunt condigne. de communi pluriũ martyrũ. fol. 188. Gradu.
ps.33. Clamauerũt iusti, & Dñs exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorũ liberauit eos. ℣. Juxta est Dominus his, q tribulato sunt corde, & humiles spiritu
Joã.15. saluabit. Alleluia, all'a. ℣. Ego vos elegi de mundo: vt eatis, & fructũ afferatis, & fructus vester maneat, alleluia. Euang. Cum audieritis prelia. fol. 186. Offert.
ps.31. Letamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. Secreta.

HEc hostia, quesum⁹ Domine, quã in sanctorum martyrum tuorũ natalitijs recensentes offerimus, & vincula nostre prauitatis absoluat: & tue nobis misericordie dona conciliet. Per Dñm.

Sap.3. Communio. Justorum anime in manu Dei sunt, & nõ tãget illos tormentũ mortis: visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Postcommunio.

SAcro munere satiati, supplices te Domine deprecamur: vt, quod debite seruitutis celebramus officio, saluationis tue sentiamus augmentum. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Die 9. SANCTORVM MARTYRVM Primi & Feliciani. Introitus.

Eccl.44. SApientiam sanctorum narrent populi, & laudes eorum nunciet ecclesia: nomen autem eorũ viuit in seculum seculi.
ps.33. ps. Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria Patri, & Filio. Oratio.

FAc nos, quesum⁹ Domine, sanctorum martyrum tuorum Primi & Feliciani semper festa sectari: quorũ suffragijs, protectionis tue dona sentiam⁹. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit. &c.

Epistola. Justi autem in perpetuũ viuent. de communi plur. mart. folio 187.
Graduale. Cõfitebuntur celi mirabilia ps.88.
tua Domine, etenim veritatẽ tuam in ecclesia sanctorum. ℣. Misericordias tuas Domine, in eternum cantabo, in generatione & progenie. Alleluia, alleluia. ℣. Hec est vera fraternitas, que vicit mũdi crimina: Chrm secuta est, inclyta tenens regna celestia, Alleluia. Euãgel. Confiteor tibi pater. de eodem communi. folio 188. Offertorium.
Mirabilis De⁹ in sanctis suis, De⁹ Is- ps.67.
rael, ipse dabit virtutẽ & fortitudinẽ plebi sue: benedictus Deus, Alleluia. Secre.

FJat tibi, quesum⁹ Domine, hostia sacrãda placabilis, pretiosi celebritate martyrij: que & peccata nostra purificet, & tuorũ tibi vota conciliet famulorum. Per Dominum nostrum Jesum. &c.

Communio. Ego vos elegi de mundo: Joã.15.
vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Postcommunio.

QUesumus omnipotens Deus: vt sanctorũ martyrum tuorum Primi & Feliciani celestibus mysterijs celebrata sollemnitas: indulgentiam nobis tue propitiationis acquirat. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium.

SANCTI BARNABAE Die 11.
Apostoli. Introitus.



Ihi autem nimis honorificati sunt amici tui De⁹: nimis confortatus est principatus eorũ. ps. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. ps.138

meam. ℣. Gloria Patri. Oratio.

DEus, qui nos beati Barnabę apostoli tui meritis, & intercessione lętificas: concede propitius: vt qui tua per eum beneficia poscimus, dono tuę gratię consequamur. Per Dominum nost.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 11. IN diebus illis. Multus numerus credentiuz Antiochię cõuersus est ad Dominum. Peruenit autẽ sermo ad aures ecclesię, quę erat Jerosolymis super istis: & miserũt Barnabã vsq; ad Antiochiam. Qui cuz peruenisset, & vidisset gratiam Dei, gauisus est: & hortabatur oẽs in proposito cordis permanere in dño: quia erat vir bonus, & plenus Spũ sancto, & fide. Et apposita est multa turba Dño. Profectus est autem Barnabas Tarsum, vt quęreret Saulum: quem cum inuenisset, perduxit Antiochiam. Et annuz totũ conuersati sunt ibi in Ecclesia: & docuerunt turbaz multam, ita vt cognominarentur primum Antiochię discipuli,
Cap. 13. Christiani. Erãt autez in Ecclesia, quę erat Antiochię, prophetę & doctores, in quibus Barnabas, & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenẽsis, & Manahẽ, qui erat Herodis Tetrarchę collactaneus, & Saulus. Ministrãtibus autem illis domino, & ieiunãtibus, dixit illis Spiritus sãctus: Segregate mihi Saulũ, & Barnabaz in opus, ad quod assumpsi eos. Tũc ieiunantes, & orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos. Graduale.

Ps. 18. IN omnem terram exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terrę verba eoruz. ℣. Cęli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annũciat firmamentũ. Alleluia, al-
Joã. 15. leluia. ℣. Ego vos elegi de mundo: vt eatis, & fructũ afferatis, & fructus vester maneat, alleluia. Euangelium s̃m Joannẽ.

Hoc est pręceptum meum. vt in cõmuni apostolorum. fol. 182. dicit̃ Credo.

Ps. 44. Offertorium. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui Domine, in omni progenie, & generatione. Secreta.

MUnera Domine oblata sanctifica: & intercedente beato Barnaba apostolo tuo, nos per hęc a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominuz nostrum Jesum Christum filium tuum.

Prefatio de Apostolis. folio. 90.

Communio. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes: iudicantes duodecim tribus Israel. Postcommunio. Mat. 19

SUpplices te rogamus omnipotẽs Deus: vt, quos tuis reficis sacramẽtis, intercedente beato Barnaba apostolo tuo, tibi etiaz placitis moribus dignãter tribuas deseruire. Per Dominum.

SANCTORVM MARTY. Die 12.

Basilidis, Cirini, Naboris, & Nazarij. Introitus.



Intret in cõspectu tuo Dñe gemitus cõpeditorũ: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinez sanctorum tuoruz, qui effusus est. Ps. 78. Ps. Deus venerũt gẽtes in hereditatem tuam: polluerunt templũ sanctum tuũ, posuerunt Jerusalez in pomorum custodiam. ℣. Gloria. Oratio.

SAnctorum martyruz tuoruz Basilidis, Cirini, Naboris, atque Nazarij, quęsumus Domine natalitia nobis votiua resplẽdeant: & quod illis contulit excellentia sempiterna, fructibus nostrę deuotionis accrescat. Per Dominum.

Epist. Rememoramini pristinos dies: de communi plurium martyruz. f. 187.

Grad. Vindica Dñe sanguinẽ sancto- Apo. 19
ruz tuorum, qui effusus est. ℣. Posuerunt Ps. 78.
morticinia seruoruz tuorũ, escas volatilibus cęli, carnes sanctorũ tuorum bestijs ter-
rę. Alleluia, alleluia. ℣. Corpora san- Eccl. 44.
ctorũ in pace sepulta sunt, & nomen eorum

viuit

viuit in generatione, & generatione, Alleluia. Euangelium. Sedente Jesu super Montem oliueti. folio 187. Offertorium.

Ps. 149. Exultabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis, exaltationes Dei in faucibus eorum. Secreta.

Pro sanctorum tuorum Basilidis, Cirini, Naboris, atque Nazarij sanguine venerando hostias tibi Domine sollemniter immolamus, tua mirabilia pertractantes: per quem talis est perfecta victoria. Per Dominum nostrum. &c.

Ps. 78. Communio. Posuerunt morticina seruorum tuorum Domine, escas volatilibus celi, carnes sanctorum tuorum bestijs terre: secundum magnitudinem brachij tui, posside filios mortificatorum.

Postcommunio.

Semper Domine sanctorum martyrum tuorum Basilidis, Cirini, Naboris, atque Nazarij sollemnia celebrantes, presta quesumus: vt eorum patrocinia iugiter sentiamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Die 13. SANCTI ANTONII de Padua Confessoris, Missa.

Os iusti meditabitur. De communi confess. non pont. fol. 190. Oratio.

Ecclesiam tuam Deus beati Antonij confessoris tui sollemnitas votiua letificet: vt spiritualibus semper muniatur auxilijs, & gaudijs perfrui mereatur eternis. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. Secreta.

Presens oblatio fiat Domine populo tuo salutaris: pro quo dignatus es Patri tuo te viuam hostiam immolare. Qui viuis. &c. Postcommunio.

Diuinis Domine muneribus satiati, quesumus: vt beati Antonij confessoris tui meritis gloriosis, salutaris victime desideratum sentiamus effectum. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit. &c.

M. Rom.

SANCTI BASILII Die 14. episcopi & confessoris. Introitus.



In medio Ecclesie aperuit os eius: & adimpleuit illum Dominus spiritu sapientie & intellectus: stolam glorie induit eum. Ps. Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime. ℣. Gloria Patri. &c. Ps. 91. Oratio.

Exaudi, quesumus Domine, preces nostras, quas in beati Basilij confessoris tui atque pontificis sollemnitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Epistola. Testificor coram. de com. doct. 190.

Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Ps. 36. Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Inueni Dauid seruum meum, Ps. 88. oleo sancto meo vnxi eum, Alleluia.

Sequentia sancti Euang. secundum Lucam.

In illo tempore: Dixit Jesus turbis: Cap. 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim edificare, non prius sedens computat sumptus, qui necessarij sunt si habeat ad perficiendum, ne, posteaquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes, qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: Quia hic homo cepit edificare, & non potuit consummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? alioquin adhuc illo longe agente, lega-

tionem mittens rogat ea, quę pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui nō renunciat omnibus, quę possidet, non potest meus esse discipulus. Bonum est sal. Si autē sal euanuerit, in quo cōdietur? Neque in terram, neque in sterquilinium vtile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat. dicitur Credo.

Ps. 88. Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Sancti Basilij confessoris tui atque pontificis, qs Dñe, annua sollemnitas pietati tuę nos reddat acceptos: vt per hęc pię placationis officia, & illū beata retributio comitet, & nobis gratię tuę dona conciliet. Per Dñm. Cōmunio.

Mat. 24 Fidelis seruus & prudēs, quē cōstituit Dñs super familiā suā: vt det illis in tēpore tritici mensuram. Postcōmunio.

Deus fideliū remunerator animarū: presta, vt beati Basilij confessoris tui atque pontificis, cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per Dominū.

Die 15. SANCTORVM MARTY. Viti, Modesti, atq; Crescentię. Intr.

Ps. 33. 
Multę tribulationes iustorū: & de his oib' liberabit eos Dñs: Dominus custodit omnia ossa eorū: vnum ex his non cōteretur. Ps. Benedicam Dñm in omni tēpore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria Pa. Oratio.

Da Ecclesię tuę, quęsumus Dñe, sanctis martyribus tuis Vito, Modesto, atque Crescentia intercedentibus, superbe non sapere: sed tibi placita humilitate proficere: vt proterua despiciēs, quęcumque matura sunt, libera exerceat charitate. Per Dominum nostrum. &c. Epistola. Iustificati ex fide. de cōmuni plurium martyrum. fol. 187. Graduale.

Exultabūt sancti in gloria: lętabūtur in cubilibus suis. ℣. Cantate Dño canticū nouum: laus eius in Ecclesia sanctorū. Ps. 149.

Alleluia, alleluia. ℣. Sācti tui Dñe benedicēt te: gloriā regni tui dicēt, alleluia. Ps. 144.

Euāg. Qui vos audit. de eodē cōi. 188.

Offert. Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutē, & fortitudinē plebi suę: benedictus Deus. Secr. Ps. 67.

Sicut gloriā diuinę potentię, munera pro sanctis oblata testātur: sic nobis effectū Dominē, tuę saluationis impendant. Per Dominum. Communio.

Iustorum animę in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum mortis: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Postcommunio. Sap. 3.

Refecti, Domine, benedictione sollemni, quęsumus: vt per intercessionem sanctorum martyruz tuorum Viti, Modesti, & Crescentię, medicina sacramenti, & corporibus nostris prosit, & mentibus. Per Dominum nostrum.

SANCTORVM MARTY. Die 18.
Marci & Marcelliani. Introitus.


Salus iustorū a Domino, & protector eorū est in tēpore tribulationis. Ps. 36
Ps. Noli ęmulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria Patri. &c. Oratio.

Presta, qs, omnipotens Deus: vt qui sanctorum martyrum tuorum Marci & Marcelliani natalitia colimus: a cunctis malis imminentibus, eorum intercessionib' liberemur. Per Dñm no.

Ep'la. Iustoꝝ aię. de cōi plur. m̄. 186.

Graduale. Iustorum aię in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentū mortis. ℣. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autez sunt in pace. Alleluia, alleluia. ℣. Hęc est vera fraternitas, quę nūquā potuit violari certamine: q effuso sanguine Sap. 3.

secuti

secuti sunt Dñm, Alleluia. Euangelium.
Ue vobis qui ędificatis. f. 188. Offerto.
Ps. 123. Anima nostra sicut passer erepta est de
laqueo venantium: laqueus cõtritus est,
& nos liberati sumus. Secreta.
Munera tibi Dñe dicata sanctifica:
& intercedentibus sanctis martyribus tuis, Marco & Marcelliano, per eadem nos placatus intende. Per Dñm.
Mat. 19 Cõmunio. Amen dico vobis: quod vos
qui reliquistis omnia, & secuti estis me:
centuplum accipietis, & vitam ęternam
possidebitis. Postcommunio.
Salutaris tui Dñe munere satiati,
supplices exoramus: vt cuius lętamur gustu, intercedentibus sanctis martyribus tuis Marco & Marcelliano renouemur effectu. Per Dominum nostrũ.
Die 19. SANCTORVM MARTY.
Geruasij & Protasij. Introitus.
Ps. 84.



Loquet Dominus pacem in plebem suam, & super sanctos suos: & in eos qui cõuertuntur ad ipsum. psal. Benedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria Patri, & Filio, &c. Oratio.
Deus, qui nos annua sanctorũ martyrum tuorum Geruasij & Protasij sollemnitate lętificas: concede propitius, vt quorũ gaudemus meritis, accendamur exemplis. Per Dñm nostrum.
Epistola. Cõmunicantes Christi. f. 184.
de communi vnius martyris. Graduale.
Exo. 31. Gloriosus Deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate, faciens prodigia. ℣. Dextera tua Domine glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit inimicos. Alleluia, alleluia. ℣. Hęc est vera fraternitas, quę vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna cęlestia, alleluia. Euangelium.
Descendens Jesus de monte. de communi plur. mart. fol. 187. Offertorium.

M. Rom.

Lętamini in Domino, & exultate iusti, & Ps. 31.
gloriamini omnes recti corde. Secreta.
Oblatis, quęs Dñe, placare muneribus: & intercedentibus sanctis tuis, a cũctis nos defende periculis. Per. Cõio.
Posuerũt mortalia seruorum tuorũ Dñe escas volatilib⁹ cęli: carnes sanctorũ tuorũ bestijs terrę: sm magnitudinẽ brachij tui posside filios morte punitorũ. Postc.
Hæc nos cõio Dñe purget a crimine: & intercedentibus sanctis martyribus tuis Geruasio & Protasio, cęlestis remedij faciat esse consortes. Per.
SANCTI SILVERII Die 20.
Papę & martyris. Introitus.



Statuit ei Dominus testamentũ pacis, & principem fecit eũ: vt sit illi sacerdotij dignitas in ęternum. psal. Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui. Oratio. Eccl. 45.
Infirmitatem nostrã respice omnipotens Deus: & quia pondus proprię actionis grauat, beati Silverij martyris tui atq; põtificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominũ nostrũ.
Lectio Epistolę beati Judę Apostoli.
Charissimi: Memores estote verborũ, quę prędicta sunt ab Apostolis Dñi nostri Jesu Christi, qui dicebant vobis, qm in nouissimis tẽporibus veniẽt illusores, secundum desideria sua ambulãtes in impietatibus. Hi sunt, qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Uos autem charissimi superędificantes vosmetipsos sanctissimę nostrę fidei, in Spiritu sancto orantes, vosmetipsos in dilectione Dei seruate, expectantes misericordiã Domini nostri Jesu Christi in vitam ęternam. Graduale. Cap. 1.
Inueni Dauid seruum meũ: oleo sancto meo vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum cõfortabit eum. Ps. 88.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis nõ nocebit ei. Alleluia, all'a. ℣. Tu es sacerdos ĩ ęternũ fm ordinẽ Melchisedech, All'a. Euãg. Siquis ven. 182.
Ps. 88. Offertorium. Ueritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.
Hostias tibi Domine, beati Silverij martyris tui, atq; põtificis dicatas; meritis benign⁹ assume: & ad ppetuũ nobis tribue pvenire subsidiũ. Per Dñm.
Ps. 88. Cõmu. Semel iuravi in sctõ meo, semen ei⁹ in ęternũ manebit: & sedes ei⁹ sicut sol in cõspectu meo: & sicut luna pfecta ĩ ęternum, & testis in cęlo fidelis. Postcom.
Refecti participatione muneris sacri, quęsumus Domine Deus noster: vt cuius exequimur cultum, intercedente beato Silverio martyre tuo atq; pontifice, sentiamus effectũ. Per Dñũ.
Die 22. SANCTI PAULINI episcopi & confess. Introitus.
Eccl. 45 Statuit ei Dñs testamẽtum pacis: & principem fecit eũ: vt sit illi sacerdotij dignitas ĩ ęternũ.
Ps. 131. Ps. Memẽto Dñe David: & oĩs mansuetudinis eius. ℣. Gloria Patri, &c. Oratio.
Da q̃s omnipotens Deus: vt beati Paulini confessoris tui, atq; pontificis veneranda sollemnitas, & devotionem nobis augeat & salutẽ. Per Dñm.
Lectio ep̃lę B. Pauli Ap̃li ad Corint.
2. cap. 8. Fratres: Scitis gratiã Dñi nostri Jesu Christi, q̃m propter vos egenus factus est, cũ esset dives, vt illius inopia vos divites essetis. Et consiliũ in hoc do: hoc enim vobis vtile est, qui nõ solũ facere, sed & velle cępistis ab anno priore: nũc vero & facto perficite: vt quẽadmodum promptus est animus volũtatis, ita sit & perficiendi ex eo, quod habetis. Si enim voluntas prompta est, fm id, quod habet, accepta est, non secundũ id, quod non habet. Non enim vt alijs sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex ęqualitate. In pręsenti tẽpore vestra abundantia illorũ inopiã suppleat: vt & illorum abundãtia vestrę inopię sit supplemẽtũ, vt fiat ęqualitas, sicut scriptũ est: Qui multũ nõ abundavit: & qui modicũ, non minoravit.
Grad. Ecce sacerdos magnus, q in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inventus similis illi, q cõservaret legẽ Excelsi. Alleluia, all'a. ℣. Tu es sacerdos ĩ ęternum fm ordinẽ Melchisedech, alleluia. Ps. 109.
Evangeliũ. Nolite timere pusillus grex. de communi confess. non pont. fol. 191.
Offertoriũ. Inveni David servum meũ Ps. 88.
oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meũ confortabit eum. Secreta.
Sancti tui, q̃s Dñe, nos vbiq; lętificẽt: vt dũ eo℞ merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per Dñm. Cõmu.
Fidelis servus & prudens, quẽ cõstituit Mat. 24
Dñs super familiam suam: vt det illis in tẽpore tritici mensurã. Postcommunio.
Pręsta, quęsumus, oĩpotens Deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes: intercedẽte beato Paulino confessore tuo atque pontifice, beneficia potiora sumamus. Per Dñm nostrum.
IN VIGILIA SANCTI Die 23.
Joannis Baptistę. Introitus.
Ne timeas Zacharia: Exaudita est oratio tua, & Elisabeth vxor tua pariet tibi filium: & vocabis nomen eius Joannẽ, & erit magnus corã Dño, & Spiritu sãcto replebitur adhuc ex vtero matris suę: & multi in nativitate eius gaudebunt. Ps. Dñe in virtute tua lętabitur rex: & super salutare tuum exultabit vehementer. ℣. Gloria Pat. Oro. Luc. 1. Ps. 20.
Pręsta, quęsumus oĩpotens Deus: vt familia tua per viam salutis incedat: & beati Joannis pręcursoris hortamen-

menta sectando, ad eum, quem predixit, secura perueniat Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecū. &c.
Secūda oratio de S. Maria. Concede. tertia Ecclesię tuę. vel pro Papa. Deus omnium. folio 108.

Lectio Jeremię prophetę.

Cap. 1. In diebus illis: Factum est verbum Domini ad me, dicens: Priusquā te formarem in vtero, noui te: & antequam
109. exires de vulua, sanctificaui te, & prophetam in Gentibus dedi te. Et dixi, A a a, Domine Deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Et dixit Dominus ad me:
88. Noli dicere: Puer sum: quoniam ad omnia, quę mittam te, ibis: & vniuersa, quę mandauero tibi, loqueris. Ne timeas a facie eorum: quia ego tecū sum vt eruam te, dicit Dñs. Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum: & dixit Dominus ad me: Ecce dedi verba mea
at. 24 in ore tuo: ecce constitui te hodie super Gentes, & super regna vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ędifices, & plantes. Dicit Dominus omnipotēs. Graduale. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. ℣. Hic venit, vt testimonium perhiberet de lumine, parare Domino plebem perfectam.
e 28. Initium sancti Euangelij secūdū Lucam.
Cap. 1. Fuit in diebus Herodis, regis Judeę, sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia, & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen illius Elisabeth. Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Dñi sine querela, & non erat illis filius eo quod esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis.
Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suę ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotij, sorte exijt vt incensum poneret, ingressus in templum Domini: & omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Apparuit autem illi Angelus Domini, stans a dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum. Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: & vxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Joannem. Et erit tibi gaudium & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt: erit enim magnus coram Domino: & vinum, & siceram non bibet, & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suę: & multos filiorum Jsrael conuertet ad Dominum Deum ipsorum, & ipse precedet ante illum in spiritu, & virtute Elię: vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam.
Offertorium. Gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera Ps. 8.
manuum tuarum Domine. Secreta.
Munera Domine oblata sanctifica: & intercedente beato Joanne Baptista, nos per hęc a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominum nostrum Jesum Christum filiū tuum: Qui tecum viuit, & regnat, in vnitate. &c.
Communio. Magna est gloria eius in sa- Ps. 20.
lutari tuo, gloriam & magnum decorem impones super eum Domine.

Post communio.

Beati Joannis Baptistę nos Domine preclara comitetur oratio: & quem venturum esse predixit, poscat nobis fore placatum dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum.

IN NATIVITATE Die 24.

Sancti Joannis Baptistę.

Introitus.


De vētre matris meę vo- Jsa. 49.
cauit me dñs noīe meo: & posuit os meū vt gladiū acutū: sub tegumēto man⁹ suę ꝓtexit me, & posuit me q̄si sagittam electam.

Ps. 91. electam. Ps. Bonum est confiteri Dño, & psallere nomini tuo Altissime. ℣. Gloria Patri. Dñs. Gloria in excelsis. Oro.

Deus, qui præsentem diē honorabilem nobis, in beati Joannis Natiuitate fecisti: da populis tuis spiritualiū gratiā gaudiorū: & oīū fideliū mentes dirige in viā salutis ęternę. Per Dñm.

Lectio Isaię prophetę.

Cap. 49. Audite insulę, & attendite populi de longe: Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meę recordatus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladium acutum: in vmbra manus suę protexit me, & posuit me quasi sagittam electam: in pharetra sua abscondit me. Et dixit mihi: Seruus meus es tu Israel, quia in te gloriabor. Et nunc dicit Dominus, formans me ex vtero seruum sibi: Dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terrę. Reges videbunt, & consurgent principes, & adorabunt Dominum Deum tuum, & sanctum Israel, qui elegit te.

Graduale. Priusquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de ventre sanctificaui te. ℣. Misit Dominus manum suam, & tetigit os meum: & dixit
Luc. 1. mihi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu puer, propheta Altissimi vocaberis: præibis ante Dominum parare vias eius, Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij sm Lucam.

Cap. 1. Elisabeth impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Et audierūt vicini, & cognati eius quia magnificauit Dominus misericordiam suā cum illa, & congratulabantur ei. Et factum est in die octauo, venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius, dixit: Nequaquā, sed vocabitur Joannes. Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarem scripsit, dicens: Joannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autē illico os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum, & super omnia montana Judeę diuulgabantur omnia verba hęc: & posuerunt omnes, qui audierant in corde suo, dicētes: Quis putas, puer iste erit? Etenim manus Dñi erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto: & prophetauit, dicens: Benedictus Dñs Deꝰ Israel, qā visitauit, & fecit redēptionem plebis suę. non dicitur Credo. nisi venerit in Dñica, aut infra octauā corporis Chři: vel ī ecclesia ppria: sed in octa. dñ, propter octa. Apostolorum. Offert.

Justus, vt palma florebit, sicut cedrus, Ps. 91.
q̄ in Libano est, multiplicabit. Secreta.

Tua Dñe muneribꝰ altaria cumulamus, illius natiuitatē honore debito celebrātes: q Saluatorē mundi & cecinit affuturū, & adesse mōstrauit Dñm nostrū Jesum Christū filium tuū. Qui tecū.

Cōio. Tu puer, propheta Altissimi vocaberis: Luc. 1.
præibis enim ante faciem Dñi, parare vias eius. Postcommunio.

Sumat Ecclesia tua Deus beati Joannis Baptistę generatione lętitiā: per quem suę regenerationis cognouit auctorem, Dñm nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit.

Infra octauā S. Joannis Baptistę & in ipso die octauę fit idē officiū quod in die: Sed infra octauā post oōnē diei dī secūda oīo de S. Maria. Concede. tertia cōtra persecutores ecclesię, vel pro Papa.

SANCTORVM MARTY. Die 26.
Joannis & Pauli. Introitus.

Ps. 33. Multę tribulationes iustorū: & de his oībus liberabit eos Dñs: Dñs custodit oīa ossa eorū: vnū ex his non conteretur. Ps. Benedicā Dñm ī omni tempore:

tpe: semp laus ei' i ore meo. ℣. Gl. Oro.

Quesumus, omnipotens Deus: vt nos geminata letitia hodierne festiuitatis excipiat: que de beatorũ martyrũ Joannis et Pauli glorificatione pcedit: quos eadem fides et passio, vere fecit esse germanos. Per Dominum nostrum.

Secũda oratio de sancto Joanne, tertia de sancta Maria. Concede. Epistola. Hi sunt viri misericordie. vt in octaua Apostolorum Petri et Pauli. fol. 161.

ps. 132. Graduale. Ecce quam bonum et quam iucundũ, habitare fratres in vnũ. ℣. Sicut vnguentum in capite, quod descẽdit in barbã, barbã Aaron. Alleluia, alleluia. ℣. Hec est vera fraternitas, q̃ vicit mũdi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna celestia, Alleluia. Euãgeliũ. Attendite a fermento pharisçorum. de communi plurium martyrum. fol. 188.

ps. 5. Offert. Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto: Domine, vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta.

Hostias tibi, Dñe, sanctorũ martyrũ tuorũ Joannis et Pauli dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuũ nobis tribue prouenire subsidium. Per.

Sap. 3. Cõm. Et si corã hoibus tormenta passi sunt, Deus tentauit eos: tamquam aurũ in fornace probauit eos: et quasi holocausta accepit eos. Postcommunio.

Sumpsimus Dñe sanctorum martyrum tuorũ Joãnis et Pauli sollemnia celebrantes, sacramenta celestia: presta quesumus: vt, quod temporaliter gerimus, eternis gaudijs consequamur. Per Dñm nostrum Jesum Christum.

¶ Si sequens festũ sancti Leonis venerit in Dominica, transfertur post octauã Apostolorum: et Missa dicitur de Dominica cum cõmemoratione sancti Joannis: et vigilia Apostolorũ fit in sabbato. Quocũq3 vero alio die venerit, fit de festo cũ cõmemoratione S. Joãnis, et vigilie. In Ecclesijs aũt cathedralib. et collegiatis dicũtur due misse, vna de festo cũ cõmemoratione sancti Joannis, et sancte Marie: alia de vigilia cũ cõme. S. Marie. Concede. et Ecclesie. vel pro Papa.

SANCTI LEONIS Die 28.

Pape et confessoris. Missa. Sacerdotes tui. de communi. fol. 189. preter orationem, que dicitur vt infra. Oratio.

Deus, qui beatũ Leonez pontificem tuum, sanctoruz tuorum meritis coequasti: concede propitius: vt, qui commemorationis eius festa percolimus, vite quoque imitemur exempla. Per Dominum nostrum Jesum Christũ. Secreta.

Annue nobis, quesumus Domine: vt, intercessione beati Leonis hec nobis prosit oblatio: quaz immolãdo totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

Deus, qui anime famuli tui Leonis, eterne beatitudinis premia cõtulisti: concede propitius: vt qui peccatorũ nostrorũ pondere premimur, eius apud te precibus subleuemur. Per Dominũ.

IN VIGIL. APOSTOLORVM Die 28.

Petri et Pauli. Introitus.

Dicit Domin' Petro: Joã. 31. Cum esses iunior cingebas te, et ambulabas vbi volebas: cum autez senueris, extendes man' tuas, et ali' te cinget, et ducet quo tu nõ vis. Hoc autem dixit, significans, qua morte clarificaturus esset Deum. ps. Celi enarrant gloriam Dei: ps. 18. et opera manuum eius annunciat firmamentum. ℣. Gloria Patri. non dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

Presta, quesumus oipotens Deus: vt nullis nos pmittas perturbationibus concuti: quos in apostolice confessio-

fessionis petra solidasti. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Secūda Orō de sācta Maria. Cōcede. Tertia Ecclesię tuę. vel pro Papa.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 3. IN diebus illis: Petrus, et Joānes ascendebant in templum ad horam orationis nonā. Et quidam vir, qui erat claudus ex utero matris suę, baiulabatur: quē ponebant quotidie ad portam templi, quę dicitur Speciosa, ut peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum. Is cum vidisset Petrum, et Joannē incipientes introire in templum, rogabat ut eleemosynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Joanne, dixit: Respice in nos. At ille intēdebat in eos, sperans se aliquid accepturū ab eis. Petrus autem dixit: Argentum et aurum nō est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Jesu Christi Nazareni surge, et ambula. Et apprehensa manu eius dextera, allevavit eum, et protinus cōsolidatę sunt bases eius et plantę. Et exiliēs stetit, et ambulabat: et intravit cum illis in templum ambulans, et exiliens, et laudās Deum. Et vidit omnis populus eū ambulantem, et laudantem Deum. Cognoscebant autem illum, quod ipse erat, qui ad eleemosynā sedebat ad Speciosam portam templi: et impleti sunt stupore et extasi in eo, quod contigerat illi. Graduale.

Ps. 18. In omnem terram exivit sonus eorū: et in fines orbis terrę verba eorū. ℣. Cęli enarrant gloriam Dei: et opera manuū eius annunciat firmamentum.

Sequentia sancti Evang. sm Joānem.

Cap. 21. IN illo tēpore: Dixit Jesus Simoni Petro: Simon Joannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiā Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Joannis, diligis me? Ait illi: Etiam Dñe, tu scis qa amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei tertio: Simon Joannis, amas me? Cōtristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, Amas me? et dixit ei: Dñe tu oīa nosti: tu scis quia amo te. Dixit ei: Pasce oves meas. Amen, amen dico tibi: cum esses iunior, cingebas te, et ambulabas ubi volebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, et alius te cinget, et ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit significās qua morte clarificaturus esset Deū.

Offertorium. Mihi autē nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Ps. 138. Secreta.

MUnus populi tui, quęsumus Dñe, Apostolica intercessione sāctifica: nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominum. Communio.

Simon Joannis diligis me plus his? Domine, tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Joā. 21.

Postcommunio.

QUos cęlesti Dñe alimento satiasti: apostolicis intercessionibus ab omni adversitate custodi. Per Dominum.

APOSTOLORUM Die 29.

Petri et Pauli. Introitus.



NUnc scio vere, quia misit Dñs Angelū suum: et eripuit me de manu Herodis, et de omni expectatione plebis Judeorum. Ps. Domine probasti me, et cognovisti me: tu cognovisti sessionē meam, et resurrectionē meā. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Sicut erat in principio. etc. Oratio. Act. 12. Ps. 138.

DEus, qui hodiernā diem Apostolorum tuorū Petri et Pauli martyrio consecrasti: da Ecclesię tuę, eorum in omnibus sequi preceptum: per quos religionis sumpsit exordium. Per Dñm nostrum Jesum Christum Filium tuum. Et non fit cōmemoratio de sancto Paulo, quia oratio est cōmunis: nec de octava sancti Joannis Baptistę.

Lectio

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap. 12. In diebus illis: Misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdaȝ de Ecclesia. Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio. Uidens autem quia placeret Judeis, apposuit vt apprehenderet ꝛ Petrum. Erant autem dies Azymorum. Quem cum apprehendisset, misit in carcerem, tradens quattuor quaternionibus militum custodienduȝ, volēs post Pascha producere eū populo. Et Petrus quideȝ seruabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo. Cum autem producturus eum esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiēs inter duos milites, vinctus catenis duabus: ꝛ custodes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce Angelus Domini astitit: ꝛ lumē refulsit in habitaculo: percussoque latere Petri, excitauit eū, dicēs: Surge velociter. Et ceciderūt catenę de manib⁹ eius. Dixit aūt Angelus ad eū: Pręcingere, ꝛ calcea te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi: Circūda tibi vestimentum tuum, ꝛ sequere me. Et exiēs sequebatur eū, ꝛ nesciebat quia verum est, quod fiebat p angelum: existimabat autem se visum videre. Transeuntes autē primam ꝛ secundā custodiam, venerunt ad portam ferreaȝ, q̄ ducit ad ciuitatem: quę vltro aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicū vnuȝ: ꝛ prinuo discessit Angel⁹ ab eo. Et Petrus ad se reuersus, dixit: Nūc scio vere, quia misit Dñs Angeluȝ suuȝ, ꝛ eripuit me de manu Herodis, ꝛ de omni expectatione plebis Judęorum. Graduale.

Ps. 44. Constitues eos principes super omnē terram: memores erunt nominis tui Domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur

Mat. 16 tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es Petrus, ꝛ sup hanc petram ędificabo Ecclesiam meam. Alleluia.

Sequētia sancti Euang. sm Mattheuȝ.

In illo tempore: Uenit Jesus in partes Cęsareę Philippi: ꝛ interrogabat discipulos suos, dicēs: Queȝ dicūt hoīes esse Filiū hominis? At illi dixerūt: Alij Joannē Baptistā, alij auteȝ Eliā, alij vero Jeremiaȝ, aut vnum ex prophetis. Dicit illis Jesus: Uos autem quem me esse dicitis? Respōdens Simon Petrus dixit: Tu es Christus, filius Dei viui. Respondens autem Jesus, dixit ei: Beatus es Simon Bar Jona: quia caro, ꝛ sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cęlis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, ꝛ super hanc petrā ędificabo ecclesiam meam, ꝛ portę inferi non pręualebūt aduersus eaȝ. Et tibi dabo claues regni cęloꝝ. Et quodcumqȝ ligaueris super terram, erit ligatū ꝛ in cęlis: ꝛ quodcūque solueris super terram, erit solutum ꝛ in cęlis. Credo. Offerto.

Ps. 44. Cōstitues eos principes super oēm terraȝ: memores erunt nominis tui Dñe in omni progenie ꝛ generatione. Secreta.

Hostias Dñe, quas nomini tuo sacrādas offerim⁹, apł'ica prosequatur oratio: per quam nos expiari tribuas, ꝛ defendi. Per Dominum nostrum.

Pręfatio de Apostolis. folio 90. ꝛ dicitur per totam Octauaȝ. Cōmunio.

Mat. 16 Tu es Petrus: ꝛ sup hanc petrā ędificabo Ecclesiaȝ meam. Postcommunio.

Quos cęlesti Dñe alimento satiasti: apostolicis intercessionib⁹, ab omni aduersitate custodi. Per Dominum.

IN COMMEMORATIONE sancti Pauli. Introitus.

Die 30.



ij. Ti. 1. Scio cui credidi, ꝛ cert⁹ sum, qa potens est depositum meuȝ seruare i illū diē, iust⁹ iudex. Ps.

Ps. 138. Dñe probasti me, ꝛ cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā, ꝛ resurrectioneȝ meaȝ. ℣. Glo-

℣. Gloria Patri, et Filio. Oratio.

DEus, qui multitudinem gentium, beati Pauli Apostoli pdicatione docuisti: da nobis, quesumus: vt cuius natalitia colimus, eius, apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum nostruz.

Et fit cōmem. de beato Petro. Oratio.

DEus, qui beato Petro apostolo tuo, collatis clauibus regni celestis, animas ligandi, atque soluendi pōtificium tradidisti: concede: vt intercessionis eius auxilio, a peccatoruz nostrorum nexibus liberemur.

Deinde fit cōm. S. Joā. pterq̄ in ecc'ia ppria s. Pauli. Oī. De⁹, q p̄senté. 157.

Lect. Ep'le B. Pauli Ap'li ad Galat.

Cap. 1. FRatres: Notū vobis facio Euangeliū, qd euāgelizatuz est a me, qa nō est sm hoiem: neqz eniz ego ab hoie accepi illud, neqz didici, sed per reuelationē Jesu Christi. Audistis enim conuersationem meam aliquando in Judaismo: quoniam supra modum persequebar Ecclesiā Dei, et expugnabā illā, et proficiebam in Judaismo supra multos coetaneos meos in genere meo, abundantius emulator existens paternarum mearum traditionum. Cum autem placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris mee, et vocauit per gratiam suā, vt reuelaret Filiuz suū in me, vt euangelizarē illū in Gētibus: continuo non acquieui carni et sanguini: neque veni Jerosolymam ad antecessores meos apostolos: sed abij in Arabiā: et iteruz reuersus suz Damascū: deinde post annos tres veni Jerosolymā videre Petruz, et māsi apud euz diebus quindecim: alium autem apostoloꝝ vidi neminē, nisi Jacobuz fratrem dñi. Que autem scribo vobis, ecce corā Deo quia non mentior.

Gal. 5. Grad. Qui operat⁹ est Petro i apostolatū, operat⁹ est et mihi inter gētes: et cognouerunt gratiam Dei, que data est mihi. ℣. Gratia Dei in me vacua non fuit: sed gr̄a eius semp in me manet. Alleluia, alleluia. ℣. Sancte Paule apostole, predicator veritatis, et doctor gētiuz, intercede pro nobis, Alleluia.

Sequētia sancti Euang. sm Mattheuz.

Cap. 10. IN illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis: Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporuz. Estote ergo prudētes sicut serpētes, et simplices sicut colūbe. Cauete aūt ab hominibus. Tradent eniz vos in cōcilijs, et in synagogis suis flagellabūt vos: et ad presides et ad reges ducemini pter me in testimoniuz illis, et gentibus. Cuz aūt tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut qd loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. non enim vos estis, qui loquimini, sed Spirit⁹ Patris vestri, qui loquit̄ in vobis. Tradet aūt frater fratrem in mortez, et pater filiū: et insurgent filij in parētes, et morte eos afficient: et eritis odio oībus propter nomen meuz, qui autem perseuerauerit vsqz in finem, hic saluus erit. dicitur Credo. Offertorium.

Ps. 138. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis cōfortatus est principatus eorum. Secreta.

APostoli tui Pauli precib⁹ Dñe, plebis tue dona sanctifica: vt que tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiant patrocinio supplicantis. Per Dñm.

Pro beato Petro. Secreta.

EcclesIe tue, q̄s Dñe, pces et hostias beati Petri Apostoli tui commendet oratio: vt quod pro illius gloria celebramus, nobis proficiat ad veniam.

¶ Pro sancto Joanne. Secreta.

Tua Domine muneribus. folio 157.

Prefatio de Apostolis. fol. 90. Cōmu.

Amē dico vobis: quod vos qui reliquistis oīa, et secuti estis me: cētuplū accipietis, et vitā eternaz possidebitis. Postcō.

PErceptis Dñe sacramentis, beatis apostolis interueniētibus deprecamur

mur: vt quȩ pro illorũ celebrata sunt gloria, nobis proficiant ad medelam. Per.

¶ Pro beato Petro. Postcõmunio.

LÆtificet nos, Dñe, munus oblatũ vt sicut in apostolo tuo Petro te mirabilem prędicamus: sic per illum tuę sumamus indulgentię largitatem.

¶ Pro sancto Joãne. Postcõmunio. Sumat Ecclesia. folio 157.

IVLII FESTA.

¶ In octaua sancti Joan. Bapt. dicitur missa, vt in die cum commemo. apostolorum, vt supra, et in ea dicitur Credo.

Die 2. IN FESTO VISITATIONIS Beatȩ Marię virginis. Introitus.



SAlue sancta parẽs, enixa puerpera regem: qui cęlũ terramq; regit in sęcula sęculorum. Ps. Eructauit cor meũ verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria. Oratio.

FAmulis tuis, quęsumus Domine, cęlestis gratię munus impertire: vt, quibus beatę virginis partus extitit salutis exordiũ: visitationis eius votiua sollẽnitas, pacis tribuat incrementũ. Per D.

Pro cõm. SS. Apostolorum Petri et Pauli. Orõ. Deus q hodiernã. f. 158.

¶ Pro cõmemoratione sanctorũ martyrum Processi et Martiniani. Oratio.

DEus, qui nos sanctorum martyrũ tuorũ Processi et Martiniani gloriosis confessionibus circũdas, et protegis: da nobis, et eorum imitatione proficere, et intercessione gaudere. Per Do.

Lectio libri Sapientię.

Cant. Cap. 2. ECce iste venit saliens in montibus, transiliẽs colles: similis est dilectus meus caprȩ, hynnuloq; ceruorũ. en ipse stat post parietẽ nostrũ respiciens p fenestras, prospiciẽs p cancellos. En dilectus meus loquit̃ mihi: Surge, propera amica mea, colũba mea, formosa mea, et veni. Jam enim hiems trãsijt, imber abijt, et recessit. Flores apparuerũt in terra nostra, temp' putationis aduenit: vox turturis audita est i terra nr̃a: fic' ptulit grossos suos: vineę florentes dederunt odorẽ suũ. Surge, amica mea, speciosa mea, et veni: colũba mea in foraminibus petrę, i cauerna macerię, ostẽde mihi faciẽ tuã, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, et facies tua decora. Gradu.

BẽNdicta et venerabilis es virgo Maria: q sine tactu pudoris iuẽta es mater saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix, quẽ totus nõ capit orbis, i tua se clausit viscera factus homo. Alla, alla. ℣. Felix es sacra virgo Maria, et omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitię, Alleluia.

Sequentia sancti Euang. sm Lucam.

IN illo tempore: Exurgens Maria abijt in montana cum festinatione, in ciuitatẽ Juda: Et intrauit in domũ Zacharię, et salutauit Elisabeth. Et factum est, vt audiuit salutationem Marię Elisabeth, exultauit infans in vtero eius: et repleta est Spiritu sancto Elisabeth: et exclamauit voce magna, et dixit: Benedicta tu inter mulieres, et bñdictus fructus vẽtris tui. Et vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tuę in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. et beata, quę credidisti, quoniam pficientur ea, quę dicta sunt tibi a Domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum: Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. dicitur Credo. Cap. 1.

Offer. Beata es virgo Maria, quę oĩuz portasti creatorem, genuisti qui te fecit, et in ęternum permanes virgo. Secreta.

VNigeniti tui Dñe nobis succurrat humanitas: vt qui natus de virgine mr̃is integritatẽ nõ minuit, sed sacrauit, in visitationis eius sollẽnijs, nr̃is nos piaculis

culis eruens, oblationem nostram sibi faciat acceptaz Jesus Christus Dominus noster. Qui tecum viuit et regnat. etc.

¶ Pro cōme. Apostolorum. Secreta.
Hostias Domine. folio 159.

¶ Pro cōmemoratione sanctorū mart. Processi et Martiniani. Secreta.

Suscipe Dñe preces et munera: que, vt tuo sint digna conspectu, sanctorum tuorum precibus adiuuemur. Per Dominum nostrum. Communio.
Beata viscera Marie virginis, q̄ portauerunt eterni patris filium. Postcōmu.
Sumpsim⁹ Domine celebritatis annue votiua sacramēta: presta quesumus: vt temporalis vite nobis remedia prebeant: et eterne. Per Dominum.

¶ Pro cōme. Apostolorū. Postcōm.
Quos celesti Domine. folio 159.

¶ Pro Cōmemor. SS. marty. Processi et Martiniani. Postcommunio.
Corporis sacri, et pretiosi sanguinis repleti libamine, q̄s Dñe De⁹ nr̄: vt, quod pia deuotione gerim⁹, certa redemptione capiamus. Per eūdem Do.

INFRA OCTAVAM SS. Apostolorum Petri et Pauli. Introitus.


ps. 138. Mihi aūt nimis honorificati sunt amici tui De⁹: nimis confortatus est principatus eoruz. ps. Domine, probasti me, et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, et resurrectionem meam. ℣. Gloria. Oratio.
Deus, qui hodiernam diem apostolorum tuorū Petri et Pauli martyrio consecrasti: da ecclesie tue, eorum in omnibus sequi preceptum, per quos religionis sumpsit exordium. Per Dominum nostrum Jesum Christum. etc.
Secūda Oīo de sācta Maria. Cōcede. Tertia Ecclesie. vel pro Papa. f. 108.

Lectio Actuum Apostolorum.
In diebus illis: Per man⁹ Apostolorum fiebāt signa, et prodigia multa in plebe. Et erāt vnanimiter omnes in portiCap. 5. cu Salomonis. Ceterorum autem nemo audebat se coniungere illis: sed magnificabat eos populus. Magis autē augebatur credētiū in Domino multitudo virorum, ac mulieruz, ita vt in plateas eijcerēt infirmos, et ponerent in lectulis ac grabatis, vt, veniente Petro, saltez vmbra illi⁹ obumbraret quemquam illorum, et liberarentur ab infirmitatibus suis. Concurrebat aūt et multitudo vicinarum ciuitatū Jerusalē, afferētes egros, et vexatos a spiritibus immundis: q curabantur oēs.
Gradua. Constitues eos principes super omnez terram: memores erunt nominis tui Dñe. ps. 44. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi cōfitebūtur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua: et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos, Alleluia. Euangelium.
Ecce nos reliquimus omnia. de cōmuni pro Abbatibus. f. 192. dicit̄ Credo.
Offertorium. In omnem terram exiuit sonus eoruz: et in fines orbis terre verba eorum. ps. 18. Secreta.
Hostias Domine, quas nomini tuo sacrandas offerimus, apostolica prosequatur oratio: per quam nos expiari tribuas, et defendi. Per Dominum.
Alie Secre. Tua Dñe. et Protege. vel Oblatis. 108. Prefatio de Apl̄is. 97.
Cōmunio. Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Mat. 19 Postcommunio.
Quos celesti Domine alimēto satiasti, apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per Dominū nostrum Jesum Christum filium tuum.
Alie postcommunio. Sumptis Dñe, et Quesumus Dñe. vel Hec nos. f. 108.

Die 6. IN OCT. APOSTOLORVM Petri & Pauli. Introitus.

Eccl. 44 SApientiam sanctorum narrent populi, & laudes eorum nunciet ecclesia: nomina autẽ eorum viuent in seculum seculi. Ps. Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio. &c. Oratio.

DEus, cuius dextera beatũ Petrum ambulãtem in fluctibus, ne mergeretur, erexit: & coapostolum eius Paulũ tertio naufragantem, de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius & concede: vt amborum meritis, eternitatis gloriam consequamur. Qui viuis, & regnas.

Lectio libri Sapientie.

Eccl. 44 HJ sunt viri misericordie, quorum iustitie obliuionẽ nõ acceperũt. Cum semine eorum permanent bona, hereditas sancta nepotes eorum, & in testamentis stetit semen eorum: & filij eorum propter eos vsque in eternum manẽt. Generatio eorum, & gloria eorum non derelinquetur. Corpora eorum in pace sepulta sunt: & nomina eorum viuent in secula. Sapientiam eorum narrent omnes populi, & laudem eorum pronunciet omnis ecclesia sanctorum. Graduale.

Sap. 3. Iustorum anime in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitie. ℣. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Alleluia, alleluia. ℣.

Luc. 8. Vos estis, qui permansistis mecũ in tentationibus meis: & ego dispono vobis regnum, vt sedeatis super thronos, iudicãtes duodecim tribus Jsrael. Alleluia.

Sequẽtia sancti Euang. scd'm Mattheum.

Cap. 14. IN illo tẽpore: Jussit Jesus discipulos suos ascẽdere in nauiculã, & precedere eum trans fretũ, donec dimitteret turbas. Et dimissa turba, ascendit in mõtem solus orare. Vespere autem facto solus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos ambulans supra mare. Et videntes eum supra mare ambulantẽ, turbati sunt, dicentes: Quia phantasma est. Et pre timore clamauerunt. Statimque locutus est eis Jesus, dicens: Habete fiduciam: ego sum, nolite timere. Respondens autem Petrus dixit: Domine, si tu es, iube me venire ad te super aquas. At ipse ait: Veni. Et descendẽs Petrus de nauicula, ambulabat sup aquam vt veniret ad Jesum. Videns vero ventũ validum, timuit: & cum cepisset mergi, clamauit dicẽs: Domine, saluum me fac. Et cõtinuo extendens Jesus manũ, apprehendit eum: & ait illi: Modice fidei, quare dubitasti? Et cum ascendissent in nauiculam, cessauit ventus. Qui autem in nauicula erant, venerunt, & adorauerunt eũ dicentes: Vere filius Dei es. Dicitur Credo.

Offertorium. Exultabunt sancti in gloria, letabũtur in cubilibus suis: exaltationes Dei in faucibus eorum. Secreta. Ps. 149.

OFferimus tibi Dñe preces & munera: que, vt tuo sint digna cõspectu, Apostolorum tuorum Petri & Pauli precibus adiuuemur. Per Dominum.

Prefatio de Apostolis. folio 90.

Communio. Iustorum anime in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitie: visi sunt oculis insipientium mori: illi autẽ sunt in pace. Postcõmunio. Sap. 3.

PRotege Domine populum tuum: & Apostolorũ tuorũ Petri & Pauli patrocinio cõfidentem, perpetua defensione conserua. Per Dñm nostrum.

SANCTORVM MARTY. Septem Fratrum, ac Rufine, & Secunde virginum & mart. Introitus. Die 10.

LAudate pueri Dñm, laudate nomen Domini: qui habitare facit sterilem in domo, matrẽ filiorum letantem. Psalm. Sit Ps. 112.

nomen Domini benedictũ, ex hoc nunc, ⁊ vsque in sęculum. ℣. Gloria Patri, ⁊ Filio, ⁊ Spiritui sancto. ⁊c. Oratio.

Presta, quęsumus oĩpotens Deus: vt qui gloriosos martyres fortes in sua confessione cognouimus, pios apud te in nostra intercessione sentiam⁹. Per Dominum nostrum Jesũ. ⁊c. Epistola. Mulierem fortẽ. de communi nec virg. nec martyris. folio 195. Graduale.

Ps. 123. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. ℣. Laqueus contritus est, ⁊ nos liberati sumus: adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cęlum ⁊ terram. Alleluia, alleluia. ℣. Hęc est vera fraternitas, quę vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenẽs regna cęlestia, Alleluia.

Sequentia sancti Euang. sm Matthęũ.

Cap. 12. In illo tpe: Loquente Jesu ad turbas, ecce mater eius, ⁊ fratres stabãt foris, quęrentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua, ⁊ fratres tui foris stant quęrentes te. At ipse respondẽs dicenti sibi, ait: Quę est mater mea, ⁊ qui sunt fratres mei? Et extendens manum suam in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea, ⁊ fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatẽ Patris mei, qui in cęlis est: ipse meus frater, ⁊ soror, ⁊ mater est. Offertorium.

Ps. 123. Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantiũ: laqueus contritus est, ⁊ nos liberati sumus. Secreta.

Sacrificijs pręsentibus, quęsumus Domine, intende placatus: ⁊ intercedentibus sanctis martyribus tuis, deuotioni nostrę proficiant, ⁊ saluti. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Mat. 12 Communio. Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cęlis est: ipse meus frater, ⁊ soror, ⁊ mater est, dicit Dominus. Postcommunio.

Quęsumus omnipotens Deus: vt intercedentibus sanctis tuis, illius salutaris capiamus effectum, cuius per hęc mysteria pignus accepimus. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

¶ S. Pij papę, ⁊ mart. Missa. Statuit ei Dñs. vt in cõi vnius mart. põt. f. 182 Die 11.

¶ Sanctorum martyrũ Naboris, ⁊ Felicis dĩ Missa. Intret in conspectu tuo. de cõi plurium martyrũ. fol. 186. pręter orationem, quę dicitur vt infra. Oratio. Die 12.

Presta, quęsumus Domine: vt, sicut nos sanctorum martyrum tuorum Naboris ⁊ Felicis natalitia celebranda non deserunt: ita iugiter suffragijs comitentur. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Secreta.

Munera plebis tuę q̃s Domine, sanctorum martyrum tuorum Naboris ⁊ Felicis fiant grata suffragijs: ⁊ quorum triumphis tuo nomini offerũtur, ipsorum digna perficiãtur ⁊ meritis. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Postcommunio.

Natalitijs sanctorum tuorũ, quęsumus Dñe, ⁊ sacramẽti munere vegetati: bonis, quibus per tuam gratiam nunc fouemur, perfruamur ęternis. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

¶ S. Anacleti papę ⁊ m̃. Missa. Sacerdotes Dei. de cõi vnius mart. põt. f. 182. Die 13.

SANCTI BONAVENTVRÆ epi confess. ⁊ Ecclesię doct. Introitus. Die 14.

In medio Ecclesię aperuit. vt in communi Doctorum. Oratio.

Deus, qui populo tuo ęternę salutis, beatum Bonauenturam ministrum tribuisti: pręsta quęsumus: vt, quem doctorem vitę habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cęlis. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, ⁊ regnat.

Epistola. Testificor coram Deo. de communi Doctorum. folio 190.

Euangelium. Vos estis sal terrę.

Offer-

ps. 88. Offertorium. Ueritas mea, et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

SAncti tui Bonauenturę nobis Domine pia non desit oratio: quę et munera nostra conciliet, et tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit, et regnat.

Mat. 24 Communio. Beatus seruus, quem cum venerit Dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis: super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

OT nobis, Domine, tua sacrificia dent salutem, beatus Bonauentura confessor tuus, et doctor egregius quęsumus precator accedat. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Die 17. SANCTI ALEXII Confessoris. Introitus.



OS iusti meditabitur sapientiam, et lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius. ps. Noli ęmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Oratio.

DEus, qui nos beati Alexij confessoris tui annua sollenitate lętificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus etiam actiones imitemur. Per Dominum.

Lectio Epistolę B. Pauli Apostoli ad Tim.

1. cap. 6. CHarissime: Est quęstus magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium quia nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta, et quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, et in laqueum diaboli, et desideria multa inutilia, et nociua, quę mergunt homines in interitum, et perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis. Tu autem o homo Dei hęc fuge, sectare vero iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam ęternam. Graduale.

IUstus, vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur in domo Domini. ps. 91.
℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctes. Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę, Alleluia. Jac. 1.

Euangelium. Ecce nos reliquimus omnia, et secuti. de com. Abbatum. fol. 192.

Offertorium. Ueritas mea, et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta. ps. 88.

LAudis tibi Domine, hostias immolamus, in tuorum commemoratione sanctorum: quibus nos et pręsentibus exui malis confidimus, et futuris. Per Dominum.

Communio. Beatus seruus, quem cum venerit Dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio. Mat. 24

REfecti cibo, potuque cęlesti Deus noster, te supplices exoramus: vt in cuius hęc commemoratione percepimus, eius muniamur et precibus. Per Dominum.

SANCTÆ SYMPHOROSÆ cum septem filijs mart. Introitus. Die 18.



CLamauerunt iusti, et Dominus exaudiuit eos: et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. ps. Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Oratio. ps. 33.

DEus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum, Symphorosę et filiorum eius natalitia colere: da nobis in ęterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum nostrum. Epistola.

Sancti per fidem vicerunt. de commu

ni plurium martyrũ. fol. 188. Graduale.
Ps. 132. Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguentum in capite, quod descẽdit in barbam: barbam Aaron. Alleluia, alleluia. ℣. Hęc est vera fraternitas q̃ vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna cęlestia, Alleluia. Euang. Attendite a fermento pharisęorum. De eodem communi. fol. 188. Offertorium.
Ps. 31. Letamini in Dño, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. Secreta.
Munera tibi Dñe nostrę deuotionis offerimus: quę & pro tuorum tibi grata sint honore iustorum, & nobis salutaria te miserante reddãtur. Per Dñm. Communio. Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cęlis est: ipse meus frater, & soror, & mater est, dicit Dominus. Postcommunio.
Presta nobis, quęsumus Domine, intercedẽtibus sanctis martyribus tuis Symphorosa & filijs eius: vt q̃ ore cõtingimus, pura mẽte capiamus. Per.
Die 20. ¶ S. Margaritę virg. & m̃. Missa. Me expectauerũt. De cõi virg. & mart. f. 193.
Die 21. SANCTÆ PRAXEDIS Virginis. Introitus.



Loquebar de testimonijs tuis in cõspectu regum, & non confundebar, & meditabar in mandatis tuis, quę dilexi nimis.
Ps. 118. psalm. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria Patri, &c. Oratio.
Exaudi nos Deus salutaris noster: vt, sicut de beatę Praxedis virginis tuę festiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per Dñm. Episto. De virginibus pręceptum Dñi nõ habeo. De cõi virg. f. 194. Graduale.
Ps. 44. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te Deus, Deus tu' oleo lętitię. Alleluia, alleluia. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua: intende, prospere procede, & regna, alleluia. Euangeliũ. Simile est regnum cęlorum thesauro. De eodem cõmuni. fo. 195. Offertorium. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in ęternum, & in sęculum sęculi. Secreta.
Accepta tibi sit Domine sacratę plebis oblatio pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxiliũ. Per Do.
Cõmun. Simile est regnum cęlorum homini negotiatori quęrenti bonas margaritas: inuenta vna pretiosa margarita, dedit oĩa sua, & cõparauit eam. Postcõm. Mat. 13
Satiasti Domine familiam tuam muneribus sacris: eius quęsumus semper interuentione nos refoue, cuius solemnia celebramus. Per Dominum.
SANCTÆ MARIÆ Magdalenę. Introitus. Die 22.



Me expectauerunt peccatores, vt perderent me: testimonia tua Domine intellexi: oĩs cõsummationis vidi finem: latum mãdatum tuum nimis.
Ps. Beati immaculati in via, q ambulant in lege Dñi. ℣. Gloria Patri. Oratio. Ps. 118.
Beatę Marię Magdalenę, quęsum' Domine, suffragijs adiuuemur: cuius precibus exoratus, quatriduanũ fratrem Lazarum viuum ab inferis resuscitasti. Qui viuis, & regnas in vnitate. &c.
Lectio Libri Sapientię.
Surgam, & circuibo ciuitatẽ: per vicos & plateas quęram quem diligit anima mea: quęsiui illum, & non inueni. Cap. 3.
Inuenerunt me vigiles, qui custodiũt ciuitatem: Num quem diligit anima mea, vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea: tenui eum: nec dimittam donec introducam illum in domum matris meę, & in cubiculũ genitricis meę. Adiuro vos, filię Jerusalem

rusalem per capreas, ceruosque campo-
rum, ne suscitetis, neque euigilare facia-
Cap.8. tis dilectam donec ipsa velit. Pone me
vt signaculum super cor tuum, vt signa-
culum super brachium tuum: quia fortis
est vt mors dilectio: dura sicut infernus
ęmulatio. Lampades eius lampades ignis
atque flammarum. Aquę multę non po-
tuerunt extinguere charitatem, nec flu-
mina obruent illam: si dederit homo om-
nem substantiam domus suę pro dilectio-
ne, quasi nihil despiciet eam. Graduale.
ps.44. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem.
℣. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus
oleo lętitię. Alleluia, alleluia. ℣. Diffu-
sa est gratia in labijs tuis: propterea benedi-
xit te Deus in ęternum, Alleluia. Euang.
Rogabat Jesum quidam de pharisaeis. in fer. v.
Dominicę Passionis. 43. dicitur, Credo.
ps.118. Offertorium. Filię regum in honore tuo:
astitit regina a dextris tuis in vestitu de-
aurato, circumdata varietate. Secreta.
Munera nostra, quęsumus Domine,
beatę Marię Magdalenę gloriosa
merita tibi reddant accepta, cuius ob-
lationis obsequium, vnigenitus Filius
tuus clementer suscepit impensum: Qui
tecum viuit, et regnat in vnitate. etc.
ps.118. Communio. Feci iudicium et iustitiam
Domine: non calumnientur mihi super-
bi: ad omnia mandata tua dirigebar, om-
nem viam iniquitatis odio habui.

Postcommunio.

Sumpto, quęsumus Domine, vnico
ac salutari remedio, corpore scili-
cet, et pretioso sanguine tuo, ab omnibus
malis, sanctę Marię Magdalenę patro-
cinijs eruamur. Qui viuis, et regnas. etc.

Die 23. SANCTI APOLLINARIS
Episcopi et martyris. Introitus.

Dan.3. Sacerdotes Dei benedicite
Dominum: sancti et humiles
corde, laudate Deum. ps. Be-
nedicite omnia opera Domi-
ni Domino: laudate, et superexaltate eum
in sęcula. ℣. Gloria Patri, et Filio, et
Spiritui sancto. Sicut erat. etc. Oratio.
Deus fidelium remunerator anima-
rum, quique hunc diem beati Apol-
linaris sacerdotis tui martyrio consecra-
sti: tribue quęsumus, nobis famulis tuis
vt cuius venerandam celebramus festiui-
tatem, precibus eius indulgentiam con-
sequamur. Per Dominum nostrum.
Lectio Epistolę beati Petri Apostoli.
Charissimi: Seniores, qui in vobis 1.cap.5.
sunt, obsecro, consenior et testis Chri-
sti passionum: qui et eius, quę in futuro
reuelanda est, glorię communicator: pa-
scite qui in vobis est gregem Dei, proui-
dentes non coacte, sed spontanee secun-
dum Deum: neque turpis lucri gratia,
sed voluntarie: neque vt dominantes in
cleris, sed forma facti gregis ex animo.
Et cum apparuerit princeps pastorum, per-
cipietis immarcescibilem glorię coronam.
Similiter adolescentes subditi estote se-
nioribus. Omnes autem inuicem humi-
litatem insinuate, quia Deus superbis re-
sistit, humilibus autem dat gratiam. Hu-
miliamini igitur sub potenti manu Dei,
vt vos exaltet in tempore visitationis: omnem
solicitudinem vestram projicientes in eum,
quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrij
estote, et vigilate: quia aduersarius vester
diabolus tamquam leo rugiens circuit,
quęrens quem deuoret: Cui resistite for-
tes in fide: scientes eamdem passionem ei,
quę in mundo est, vestrę fraternitati fieri.
Deus autem omnis gratię, qui vocauit
nos in ęternam suam gloriam in Christo
Jesu, modicum passos ipse perficiet, con-
firmabit, solidabitque. Ipsi gloria, et impe-
rium in sęcula sęculorum. Amen. Gradua.
Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto ps.88.
meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabi-
tur ei, et brachium meum confortabit eum.
℣. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius ini-

quitatis non nocebit ei. Alleluia, alla.
ps.109. ℣. Jurauit Dominus, et non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum secundu ordinem Melchisedech, Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij sm Lucam.

Cap.22. In illo tempore: Facta est contentio inter discipulos, quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis Jesus: Reges Gentium dominantur eoru, et qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Uos autem no sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: et qui precessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat: vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationib⁹ meis: Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnu, vt edatis, et bibatis super mensam meam in regno meo: et sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Jsrael.

ps. 88. Offertorium. Ueritas mea, et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Respice Domine propitius sup hec munera: que pro beati sacerdotis et martyris tui Apollinaris commemoratione deferimus, et pro nostris offensionibus immolamus. Per Dnm. Comunio.

Mat.25 Domine quinqz talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum: euge serue fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Postcommunio.

Tua sancta sumetes, quesumus Domine: vt beati Apollinaris nos foueant cotinuata presidia: quia no desinis propitius intueri, quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. Per Dominum.

¶ Missa vigilie sancti Jacobi dicat de coi in vigilia vnius Apostoli. fol. 182. Et pro comemor. sancte Christine virg. et martyris dicitur oro. Indulgentiam. cu sua secreta, et postcomunione de comuni virginum et martyrum. folio 193. Tertia de S. Maria Concede. fo. 200.

¶ Si festum sancti Jacobi venerit fer. ij. de vigilia fit commemor. in Missa sancti Apollinaris, et de S. Christina i Dnica.

SANCTI IACOBI Apostoli. Introitus. Die 25.



Mihi aut nimis honorificati sunt amici tui De⁹: nimis cofortat⁹ est principatus eoru. ps. Domine probasti me, et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, et resurrectionem meam. ℣. Gloria Patri, et Filio. Oro. ps.138.

Esto Domine plebi tue sanctificator et custos: vt Apostoli tui Jacobi munita presidijs, et conuersatione tibi placeat, et secura mente deseruiat. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Jn missis priuatis pro commemoratione sancti Christophori martyris. Oratio. Presta quesumus omnipotens Deus. de communi vnius martyris. folio 184. Jn missa solleni nulla comem. fit de eode.

Lecto Epl'e B. Pauli Apl'i ad Corint.

Fratres: Puto q Deus nos apostolos nouissimos ostendit, tamqua morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, et Angelis, et hominibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes. Uos nobiles, nos autem ignobiles. Usque in hanc horam et esurimus, et sitimus, et nudi sumus, et colaphis cedimur, et instabiles sumus, et laboramus operantes manibus nostris: maledicimur, et benedicimus: persecutionem patimur, et sustinemus: blasphemamur, et obsecramus. Tamquam purgamenta huius mundi facti sumus, omniuz peripsema vsque adhuc. Non vt confundam vos, hec scribo, sed vt filios meos 1.cap.4.

charissimos moneo. Nam si decem millia pedagogorum habeatis in Christo: sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per Euangelium ego vos genui.

Psal.44. Graduale. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui Dñe. ℣. Pro patrib⁹ tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Ego vos elegi de mundo: vt eatis, et fructum afferatis, et fruct⁹ vester maneat, alleluia.

Sequentia sancti Euág. sm Mattheũ.

Cap.20. In illo tempore: Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedei cum filijs suis, adorans et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, et vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autẽ Jesus dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratũ est a Patre meo. dicitur. Credo.

Ps.18. Offertorium. In omnem terram exiuit sonus eorum, et in fines orbis terre verba eorum. Secreta.

Oblationes populi tui, quesumus Domine, beati Apostoli tui Jacobi passio beata conciliet: et que nostris nõ apta sunt meritis, fiant tibi placita eius deprecatione. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecũ.

Prefatio de Apostolis. folio 90.

Communio. Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Postcommunio.

Beati Apostoli tui Jacobi, quesumus Domine, intercessione nos adiuua: pro cuius festiuitate percepimus tua sancta letantes. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. etc.

SANCTAE ANNAE Die 26.

Matris gloriose virginis Marie.

Introitus.



Gaudeamus oẽs in Domino, diem festum celebrãtes sub honore beate Anne: de cuius solemnitate gaudẽt Angeli, et collaudãt Filium Dei. Ps. Eructauit cor meum verbum bonũ: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spũi sancto. Oro.

Deus, qui beate Anne tantam graciã donare dignatus es, quod Mariam matrem vnigeniti filij tui in suo vtero meruit portare: da nobis per intercessionem matris et filie, tue propitiationis abundantiam: vt quarum memoriam pio amore amplectimur, earum precibus ad celestem Jerusalez peruenire mereamur. Per eumdem Dominum nostrum. etc.

Epistola. Mulierem fortem. vt in communi Mulierum sanctarum.

Graduale. Propter veritatez, et mãsuetudinem, et iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. Alleluia, alleluia. ℣. Specie tua, et pulchritudine tua: intẽde, prospere procede, et regna, Alleluia.

Euangelium. Simile est regnum celorũ thesauro abscondito in agro. vt in communi Virginum. Credo. Offertorium Filie regum in honore tuo: astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Secreta.

Presentibus sacrificijs, quesumus Domine, intende propitius: vt per intercessionez beate Anne, que mater est matris filij tui Domini nostri Jesu Christi, deuotioni nostre proficiant, et saluti. Per eumdem Dominum nostrum. etc

Cõm. Diffusa est grã in labijs tuis: propterea bñdixit te De⁹ in eternũ. Postc.

C Ælestibus sacramentis vegetati, q̃sumus Domine Deus noster: vt intercessione beatę Annę, quam matrem esse matris filij tui confitemur, ad ęternã salutem peruenire mereamur. Per eumdem Dominum nostrũ Jesum Christũ.

Die 27. ❡ Sancti Pantaleonis marty. Missa. L etabit iustus. de cõi vnius mart. 183.

Die 28. ❡ In festo SS. Nazarij, Celsi, ꝛ Victoris m̃. ꝛ Innocẽtij Papę, ꝛ conf. Missa
I ntret in conspectu. 186. cũ Epistola.
R eddidit Deus iu. folio 187. de communi plurium martyrum pręter orationes, quę dicuntur vt infra. Oratio.

S Anctorum tuorum nos Domine Nazarij, Celsi, Victoris, ꝛ Innocentij confessio beata communiat: ꝛ fragilitati nostrę subsidiũ dignãter exoret. Per Dñm nostrum Jesum Christum. Secreta.

C Oncede nobis oĩpotens Deus: vt his muneribus, quę pro sanctorum tuorum Nazarij, Celsi, Victoris, ꝛ Innocẽtij honore deferimus, ꝛ te placemus exhibitis, ꝛ nos viuificemur acceptis. Per Dominum. Postcõmunio.

S Anctorũ Nazarij, Celsi, Victoris, ꝛ Innocẽtij Domine intercessione placatus: pręsta quęsumus: vt quod temporali celebramus actione, perpetua saluatione capiamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. ꝛc.

Die 29. SANCTAE MARTHAE Virgnis Introitus.

Ps. 44. D Ilexisti iustitiam, ꝛ odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deꝰ tuus oleo lętitię pręcõsortibus tuis. ps. Eructauit cor meuz verbuz bonũ: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri, ꝛ Filio, ꝛ Spũi sancto. Oĩo.

E Xaudi nos Deus salutaris noster: vt, sicut de beatę Marthę virginis festiuitate gaudemus, ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

❡ Pro cõmem. sanctorũ mart. Felicis, Simplicij, Faustini, ꝛ Beatricis. Oĩo.

P Ręsta, quęsumus Domine: vt, sicut populus Christianus martyrũ tuorum Felicis, Simplicij, Faustini, ꝛ Beatricis temporali sollẽnitate cõgaudet, ita perfruatur ęterna: ꝛ quod votis celebrat, comprehendat effectu. Tertia Oratio.
A cunctis. folio 206. Epistola.
Q ui gloriatur, in Domino glorietur. de cõi virginum. folio 193. Graduale.

S pecie tua, ꝛ pulchritudine tua, intẽde, Ps. 44.
prospere procede, ꝛ regna. ℣. Propter veritatem, ꝛ mansuetudinem, ꝛ iustitiam: ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, alleluia. ℣. Adducentur regi virgines post eam, proximę eius afferentur tibi in lętitia, Alleluia. Euangelium.
I ntrauit Jesus in quoddam castellum. vt in festo Assumpt. beatę Marię. f. 169.
Offertoriũ. F ilię regum in honore tuo: astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Secreta.

A Ccepta tibi sit Domine sacratę plebis oblatio pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium.

Pro commemorat. sanctorum.
Secreta.

H Ostias tibi Domine pro sanctorũ martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Faustini, ꝛ Beatricis, commemoratione deferimus, suppliciter deprecantes: vt indulgentiam nobis pariter conferant ꝛ salutem. Communio.

Q uinque prudentes virgines acceperũt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obuiam Christo Domino. Postcommunio.

S Atiasti Domine familiam tuaz muneribus sacris: eius, q̃s semper interuen-

teruentione nos refoue, cuius sollemnia celebramus. Per Dominum nostrum.

¶ Pro cõmem. sanctorum. Postcõm.

Presta, quęsumus oĩpotens Deus: vt sanctorum martyruʒ tuorum Felicis, Simplicij, Faustini, ꝛ Beatricis, cęlestibus mysterijs celebrata sollemnitas, indulgentiam nobis tuę propitiationis acquirat.

Die 30. SANCTORUM MARTY. Abdon, ꝛ Sennen. Introitus.



Intret in conspectu tuo Dñe gemitus cõpeditorũ: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinem sanctorũ tuoꝝ, qui

Ps. 78. effusus est. Ps. Deus, venerunt gẽtes in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam. ℣. Gloria Patri, ꝛ Filio, ꝛ Spũi sancto. Sicut erat. Orõ.

Deus, qui sanctis tuiſ Abdõ ꝛ Sẽnen ad hanc gloriam veniendi copiosum munus gratię cõtulisti: da famulis tuis suorum veniam peccatorum: vt sanctorum tuorum intercedẽtibus meritis, ab omnibus mereamur aduersitatibus liberari. Per Dominum nostrũ Jesum Christum filium tuum. Qui tecum.

Epistola. Exhibeamus nosmetipsos. de cõi pluriuʒ mart. fol. 188. Graduale.

Exo. 15. Gloriosus Deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate: faciens prodigia. ℣. Dextera tua Dñe glorificata est in virtute: dextera manus tua cõfregit inimicos.

Sap. 3. Alleluia, alleluia. ℣. Justorum animę in manu Dei sunt: ꝛ non tanget illos tormentum mortis, alleluia.

Euangelium. Videns Jesus turbaſ. de eodem communi. folio 188.

Ps. 67. Offert. Mirabilis Deꝰ in sanctis suis, Deꝰ Jsrael, ipse dabit virtutẽ, ꝛ fortitudinem plebi suę: benedictus Deus. Secr.

Hęc hostia quęsumus Dñe, quam in sanctorum martyrum tuorũ natalitijs recensentes offerimus, ꝛ vincula nostrę prauitatis absoluat, ꝛ tuę nobiſ misericordię dona conciliet. Per Dominum nostrũ Jesum Christum filiũ tuum.

Communio. Posuerũt morticina seruorum tuorum Dñe escas volatilibus cęli, carnes sanctorum tuorũ bestijs terrę: secundum magnitudinem brachij tui, posside filios mortificatorum. Postcõm. Ps. 78.

Per huius Domine operationẽ mysterij, ꝛ vitia nostra purgentur, ꝛ intercedẽtibus sanctis tuis Abdõ, ꝛ Sennen iusta desideria compleantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuũ: Qui tecum viuit, ꝛ regnat. ꝛc.

AUGUSTI FESTA.

¶ S. Petri ad Vincula. Introitus. Die 1.



Nunc scio vere quia misit Dominuſ Angeluʒ suum, ꝛ eripuit me de manu Herodis, ꝛ de omni expectatione plebis Judeoruʒ. Ps. Domine probasti me, ꝛ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, ꝛ resurrectionẽ meam. ℣. Gloria Pari, ꝛ Filio, ꝛ Spiritui sancto. Sicut erat. ꝛc. Oratio. Act. 12. Ps. 138.

Deus, qui beatum Petrum Apostolum, a vinculis absolutũ, illęsum abire fecisti: nostroruʒ, quęsumus, absolue vincula peccatorum: ꝛ omnia mala a nobis propitiatus exclude. Per Dñm.

Deinde fit Commemoratio de sancto Paulo. Oremus.

Deus, qui multitudinem Gentium beati Pauli Apostoli prędicatione docuisti: da nobis, quęsumus vt cuius commemorationem colimus, eius apud te patrocinia sentiamus.

¶ Pro cõmemoratione sanctoruʒ martyrum Machabęorum. Oratio.

Frater-

Fraterna nos Dñe martyrũ tuorũ corona letificet: que & fidei nostre prebeat incremẽta virtutum, & multiplici nos suffragio consoletur. Per Dñm.

Epistola. Misit Herodes rex man⁹. vt in festo Apostolorũ Petri & Pauli. 158.

Graduale. Cõstitues eos principes super
Ps. 44. omnem terram: memores erunt nois tui Domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi cõfitebũtur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Solue iubẽte Deo terrarũ Petre catenas: qui facis vt pateant celestia regna beatis, all'a.

Euangeliũ. Venit Jesus in partes Cesaree Phil. f. 159. Et dicitur. Credo.

Offertorium. Constitues eos principes super omnem terrã: memores erunt nominis tui Domine in omni progenie & generatione. Secreta.

Oblatũ tibi Dñe sacrificiũ, intercedẽte beato Petro Apostolo tuo, viuificet nos semp, & muniat. Per Dñm.

¶ Pro sancto Paulo. Secreta.

Apostoli tui Pauli precibus Domine, plebis tue dona sanctifica: vt, que tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiant patrocinio supplicantis.

¶ Pro cõmemoratione sanctorum martyrum Machabeorum. Secreta.

Iterata mysteria Dñe, pro sanctorũ martyrum tuorũ commemoratione, deuota mẽte tractemus: quibus presidiũ nobis crescat, & gaudium. Per Dñm.

Prefatio de Apostolis. folio 90.

Cõm. Tu es Petrus: & super hanc petrã edificabo Ecclesiã meã. Postcõm.

Corporis sacri, & pretiosi sanguinis repleti libamine, quesumus Dñe Deus noster: vt, quod pia deuotione gerimus, certa redemptione capiamus. Per Dñm nostrum Jesum Christum.

¶ Pro sancto Paulo. Postcõmunio.

Perceptis Dñe sacramentis, beatis Apostolis interuenientibus deprecamur: vt, que pro illorum celebrata sunt gloria, nobis proficiant ad medelam.

¶ Pro cõmemoratione sanctorũ Machabeorum. Postcommunio.

Presta, quesumus, oĩpotens Deus: vt quorũ memoriã sacramenti participatione recolimus, fidem quoq; proficiendo sectemur. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. &c.

SANCTI STEPHANI Die 2.

Pape & martyris. Introitus.



Sacerdotes eius induãt salutare: & sancti eius exultatione exultabũt.
Ps. Memẽto Domine Ps. 131.
Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spũi sancto. Oro.

Deus, qui nos beati Stephani martyris tui atq; põtificis annua solemnitate letificas: cõcede propitius: vt, cuius natalitia colimus, de eiusdem etiã protectione gaudeamus. Per Dominũ.

Lectio Actuum Apostolorum.

In diebus illis: A Mileto Paulus Cap. 20.
mittẽs Ephesum, vocauit maiores natu Ecclesie. Qui cum venissent ad eũ, & simul essent, dixit eis: Vos scitis a prima die, qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, seruiens Domino cum omni humilitate, & lacrymis, & tentationibus, que mihi acciderunt ex insidijs Judeorum: quomodo nihil subtraxerim vtilium: quominus annunciarem vobis, & docerem vos publice, & per domos, testificans Judeis, atque Gentilibus in Deum penitentiam, & fidem in Dominum nostrum Jesum Christum. Graduale.

Ecce sacerdos magnus, qui in diebus Eccl. 44
suis placuit Deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui cõseruaret legem Excelsi.
Alleluia, all'a. ℣. Tu es sacerdos i eter Ps. 109.
nũ ſm ordinem Melchisedech, Alleluia.

Euan-

Euangelium. Si quis vult venire post. de communi vnius mart. pont. fol. 183.

Ps. 88. Offertorium. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meũ confortabit eum. Secreta.

Munera tibi Domine dicata sanctifica: & intercedente beato Stephano martyre tuo atque põtifice, per eadẽ nos placatus intende. Per Dominum.

Matt. 25 Cõmunio. Domine quinque talẽta tradidisti mihi: ecce alia quinq; superlucratus sum: euge serue fidelis: qa in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituã, intra in gaudium dñi tui. Postcõmun.

Hæc nos communio Domine purget a crimine: & intercedente beato Stephano martyre tuo atque põtifice, cœlestis remedij faciat esse cõsortes. Per.

¶ In Inuentione S. Stephani protomartyris ad missam oĩa dicũtur de natali eius. folio 7. vbi dicitur in oratione. Natalitia celebramus, dicatur Inuentionem celebramus.

Die 4. SANCTI DOMINICI Confessoris. Introitus.



Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei ei⁹ in corde ipsius.

Ps. 36. Ps. Noli æmulari ĩ malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Orõ.

Deus, qui Ecclesiã tuaz, beati Dominici cõfessoris tui illuminare dignatus es meritis & doctrinis: concede, vt eius intercessione, temporalibus non destituatur auxilijs, & spiritualibus sẽp proficiat incrementis. Per Dominum.

Epistola. Testificor coram. de communi Doctorum. fol. 190. Graduale.

Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani, multiplicabitur in domo Domini. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctẽ.

Alleluia, alleluia. ℣. Iustus germinabit sicut lilium: & florebit in æternum ante Dominum, Alleluia. Euangelium. Sint lumbi vestri præcincti. de cõmuni confessorum non pontificum. folio 191.

Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Munera tibi Dñe dicata sanctifica: vt meritis beati Dominici cõfessoris tui nobis proficiant ad medelã. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Cõm. Fidelis seruus & prudens: quem cõstituit Dñs super familiam suã: vt det illis in tẽpore tritici mẽsurã. Postcõm.

Concede, quæsumus, omnipotens Deus: vt qui peccatorum nostrorum pondere premimur, beati Dominici cõfessoris tui patrocinio subleuemur. Per Dñm nostrum Iesum Christum.

¶ In dedicatione S. Mariæ ad Niues, Die 5. Missa. Salue scã parẽs. vt in missis votiuis beatæ Mariæ virginis, a Pẽtecost. vsq; ad Aduẽtũ. f. 201. Et dĩ, Credo. Præfatio de sancta Maria. folio 89.

TRANSFIGVRATIONIS Die 6. Domini nostri Iesu Christi. Intr.



Illuxerũt coruscatiões tuæ orbi terræ: commota est, & cõtremuit terra. Ps. 76.

Ps. Quã dilecta tabernacula tua Dñe virtutũ: cõcupiscit, & deficit aĩa mea in atria Dñi. ℣. Gloria. Orõ. Ps. 83.

Deus, qui fidei sacramẽta in vnigeniti tui gloriosa Transfiguratione patrum testimonio roborasti: & adoptionem filiorum perfectam, voce delapsa in nube lucida, mirabiliter præsignasti: concede propitius: vt ipsius regis gloriæ nos coheredes efficias, & eiusdem gloriæ tribuas esse consortes. Per Dominum.

¶ Pro

¶ Pro commemor. sanctorum martyrum Xisti, Felicissimi, & Agapiti. Oratio.

DEus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorũ Xisti, Felicissimi, & Agapiti natalitia colere: da nobis in ęterna beatitudine de eorũ societate gaudere. Per Dominum nostrum Jesum.

Lectio epistolę beati Petri Apostoli.

2. cap. 1. CHarissimi: Nõ doctas fabulas secuti notam fecimus vobis Domini nostri Jesu Christi virtutẽ, & pſentiã: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiẽs enĩ a Deo Patre honorẽ, & gloriã, voce delapsa ad eũ huiuscemodi a magnifica gloria: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite. Et hanc vocem nos audiuimus de cęlo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto. Et habemus firmiorẽ propheticũ sermonẽ: cui bene facitis attendentes quasi lucernę lucenti in caliginoso loco donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Graduale.

Ps. 44. Speciosus forma prę filijs hominũ, diffusa est gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Alleluia, alleluia. ℣. Candor est lucis ęternę, speculum sine macula, & imago bonitatis illius, alleluia.

Sequẽtia sancti Euang. ſm Matthęum.

Cap. 19 IN illo tempore: Assumit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem eius, & ducit illos in montẽ excelsum seorsum: & trãsfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autẽ eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses, & Elias cum eo loquentes. Respondens autẽ Petrus, dixit ad Jesum: Dñe, bonũ est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnũ, & Elię vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obũbrauit eos: Et ecce vox de nube, dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui: ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerũt valde. Et accessit Jesus, & tetigit eos: dixitque eis: Surgite, & nolite timere. Leuantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solũ Jesum. Et descendentibus illis de monte, pręcepit eis Jesus, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis a mortuis resurgat. Dñ, Credo. Offert.

Gloria & diuitię in domo eius: & iustitia eius manet in sęculũ sęculi, alla. Secr.

OBlata, q̃s Domine, munera, gloriosa vnigeniti tui Transfiguratione sanctifica: nosque a peccatorum maculis, splendoribus ipsius illustrationis emunda. Per Dominum nostrum. &c.

Pro sanctis. Secreta.

MUnera tibi Dñe nostrę deuotionis offerimus: quę pro tuorum grata sint honore iustorum: & nobis salutaria te miserante reddantur. Per Dominum.

Pręfatio de Natiuitate Domini. f. 80.

Communio Visionem, quam vidistis nemini dixeritis: donec a mortuis resurgat Filius hominis. Postcommunio. Mat. 17

PRęsta, quęsumus, oĩpotens Deus: vt sacrosancta trãsfigurationis mysteria, quę sollemni celebramus officio, purificatę mentis intelligentia consequamur. Per Dominum nostrum Jesum.

¶ Pro sanctis. Postcommunio.

PRęsta nobis, q̃s Dñe, intercedentibus sanctis tuis Xisto, Felicissimo, & Agapito: vt quę ore cõtingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

SANCTI DONATI Die 7.

Episcopi & mart. Introitus.



SAcerdotes Dei benedicite Dñm, sãcti & humiles corde laudate Deũ. Dan. 3. Ps. Benedicite omnia opera Domini Dño: laudate, & superexaltate eum

eum in secula. ℣. Gloria Patri. Oratio.

D Eus, tuorũ gloria sacerdotũ, pręsta quęsumus: vt sancti martyris tui ꝛ episcopi Donati, cuius festa gerimus, sentiamus auxilium. Per Dñm.

Epistola. Omne gaudium existimate. de cõi vnius mart. folio 184. Graduale.

Ps. 38. Os iusti meditabitur sapientiã: ꝛ lingua eius loquetur iudiciũ. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius: ꝛ nõ supplãtabuntur gressus eius. Alla, alla. ℣. Justus nõ cõturbabitur: qa Dñs firmat manũ eius, alla.

Euangelium. Uidete, vigilate. de communi cõfess. pont. fol. 190. Offertoriũ.

Ps. 88. Inueni Dauid seruũ meum: oleo sancto meo vnxi eũ: manus enĩ mea auxiliabitur ei, ꝛ brachiũ meũ cõfortabit eũ. Secreta.

P Resta, quęsumus Domine: vt sãcti martyris tui, ꝛ episcopi Donati intercessione, quem ad laudem nominis tui dicatis muneribus honoram⁹, pię nobis fructus deuotionis accrescat. Per Do.

Mat. 24 Cõmu. Fidelis seruus ꝛ prudẽs: quem constituit Dñs super familiã suã: vt det illis in tẽpore tritici mẽsurã. Postcõm.

O Mnipotens, ꝛ misericors Deus, q nos sacramentorum tuorum ꝛ participes efficis, ꝛ ministros: pręsta quęsumus, vt intercedente beato Donato martyre tuo atque pontifice, eiusdem pficiamus ꝛ fidei consortio, ꝛ digno seruitio. Per Dominum nostrum.

Die 8. SANCTORVM MARTY. Cyriaci, Largi, ꝛ Smaragdi. Introitus.



Ps. 33. Timete Dominum omnes sancti eius: quoniã nihil deest timẽtib⁹ eũ: diuites eguerunt, ꝛ esurierunt: inquirentes autem Dominum, nõ deficient omni bono. Ps. Benedicam Dominum in omni tẽpore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria Patri. Oratio.

D Eus, q nos annua beatoꝝ martyrum tuorũ Ciriaci, Largi, ꝛ Smaragdi sollẽnitate lętificas: cõcede propitius: vt quorũ natalitia colimus, virtutẽ quoque passionis imitemur. Per Dñm.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.

F Ratres: Gratias agimus Deo sine intermissione: quoniam cum accepissetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, nõ vt verbũ hominum, sed (sicut est vere) verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis. Uos enim imitatores facti estis fratres Ecclesiarum Dei, quę sunt in Judęa in Christo Jesu: quia eadẽ passi estis ꝛ vos a contribulibus vestris sicut ꝛ ipsi a Judęis: qui ꝛ Dñm occiderũt Jesum, ꝛ Prophetas, ꝛ nos persecuti sunt, ꝛ Deo non placent, ꝛ oĩbus hominibus aduersantur, prohibẽtes nos Gẽtibus loqui vt saluę fiant, vt impleant peccata sua semp: peruenit enim ira Dei super illos vsque in finem. Graduale. 1. cap. 2.

Timete Dñm oẽs sancti eius: qm̃ nihil deest timentibus eũ. ℣. Inquirẽtes autẽ Dñm, non deficiẽt oĩ bono. Alla, allelu. ℣. Fulgebũt iusti: ꝛ tamquam scintillę in arundineto discurrẽt in ęternũ, Alleluia. Ps. 33.

Sequentia sancti Euang. sm Marcum.

I N illo tẽpore: Dixit Jesus discipulis suis: Eũtes in mũdũ vniuersum pr̃dicate Euãgeliũ omni creaturę. Qui crediderit, ꝛ baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autẽ eos, qui crediderint, hęc sequentur: In nomine meo dęmonia ejicient: linguis loquẽtur nouis: serpentes tollent: ꝛ si mortiferum quid biberint, nõ eis nocebit: super ęgros manus imponent, ꝛ bene habebunt. Offertorium. Cap. 16

Lętamini in Dño, ꝛ exultate iusti: ꝛ gloriamini omnes recti corde. Secreta. Ps. 31.

A Ccepta sit in conspectu tuo Domine nostra deuotio: ꝛ eorũ nobis fiat supplicatione salutaris, pro quorum sollemnitate defertur. Per Dñm nostrum.

Cõm. Signa autẽ eos, q in me credunt, hęc

hęc sequenť: demonia eijciēt, super ęgros manus imponēt, ⁊ bene habebūt. Postc.

R Efecti participatione muneris sacri, quęsumus Dñe Deus noster: vt cuius exequimur cultū, intercedētibus sanctis martyribus tuis Cyriaco, Largo, ⁊ Smaragdo, sentiamus effectum. Per.

Die 9. IN VIGILIA S. LAVRENTII Martyris. Introitus.

ps 111. 

Ispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sęculū sęculi: cornu eius exaltabiť in gloria. ps. Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis. ℣. Gloria. Orō.

A Desto Dñe supplicationibus nostris: ⁊ intercessione beati Laurētij martyris tui, cuius pręuenimus festiuitatem, perpetuam nobis misericordiam benignus impende. Per Dñm nostrū.

¶ Pro cōm. S. Romani mart. Oratio.

P Ręsta, quęsumus oīpotens Deus: vt intercedēte beato Romano martyre tuo, ⁊ a cunctis aduersitatibus liberemur in corpore, ⁊ a prauis cogitationibus mundemur in mente. Tertia oratio de sancta Maria. Concede. folio 168.

¶ Si festum sancti Laurētij venerit fer. ij. de vigilia fit cōmem. in sabb. ⁊ de sancto Romano in Dominica. Ubi autem fuerit Ecclesia collegiata, in Sabbato dicatur etiam Missa de Uigilia.

Lectio libri Sapientię.

Eccl. 51 C Onfitebor tibi Dñe rex, ⁊ collaudabo te Deum salvatorē meū. Cōfitebor nomini tuo: qm̄ adiutor ⁊ protector factus es mihi, ⁊ liberasti corp⁹ meū a perditione, a laqueo linguę inique, ⁊ a labijs operantium mendacium, ⁊ in conspectu persequētiū fact⁹ es mihi adiutor. Et liberasti me secundū multitudinē misericordię noīs tui a rugientibus, pręparatis ad escā, de manibus quęrentiū animā meam, ⁊ de portis tribulationum quę circūdederūt me: a pressura flammę, quę circūdedit me, ⁊ in medio ignis non sum ęstuatus: De altitudine vētris inferi, ⁊ a lingua coinquinata, ⁊ a verbo mendacij, a rege iniquo, ⁊ a lingua iniusta: laudabit vsq; ad mortem aīa mea Dñm, quoniā eruis sustinētes te, ⁊ liberas eos de manu angustię Domine Deus noster.

Graduale. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sęculum sęculi. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. Euangeliū. Si quis vult ven. de cōi vnius mart. 183.

Offertorium. Oratio mea munda est: ⁊ ideo peto vt detur locus voci meę in cęlo: quia ibi est iudex meus, ⁊ conscius meus: in excelso ascendat ad Dominum deprecatio mea. Secreta.

H Ostias Dñe, quas tibi offerimus, propiti⁹ suscipe: ⁊ intercedēte beato Laurentio martyre tuo, vincula peccatorū nostrorum absolue. Per Dñm.

Pro sancto Romano. Secreta.

A Ccepta sit in conspectu tuo Domine nostra deuotio: ⁊ eius nobis fiat supplicatione salutaris, pro cuius sollemnitate defertur. Tertia de S. Maria.

Communio. Qui vult venire post me, Mat. 16 abneget semetipsum: ⁊ tollat crucē suā, ⁊ sequatur me. Postcommunio.

D A, q̄s Dñe Deus noster: vt sicut beati Laurentij martyris tui commemoratione, tēporali gratulamur officio: ita perpetuo lętemur aspectu. Per.

Pro S. Romano. Postcommunio.

R Efecti participatione muneris sacri, q̄s Dñe Deus nr̄: vt sancti Romani martyris tui, cuius exeqmur cultū, sentiamus effectū. Tertia de S. Maria.

S. LAVRENTII MART. Die 10.

Introitus.

C Onfessio, ⁊ pulchritudo in ps. 95. conspectu eius: sanctitas ⁊ magnificētia in sanctificatione eius. ps. Cātate Domino canti-

canticum nouum: cantate Domino omnis terra. ℣. Gloria Patri. Oratio.

DA nobis, quęsumus omnipotens Deus, vitiorum nostrorũ flammas extinguere: qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Dominuz nostrũ Jesum Christuz.

Lect. Eplę B. Pauli Apl'i ad Corint.

2.Cap. 9. FRatres: Qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Unusquisque prout destinauit in corde suo, nõ ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem eniz datorem diligit Deus. Potens est autẽ Deus omnem gratiam abundare facere in vobis: vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in om-

Ps. 111. ne opus bonum, sicut scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in sęculum sęculi. Qui autem administrat semen seminanti: & panem ad manducandum pręstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitię vestrę.

Ps. 16. Graduale. Probasti Domine cor meuz, & visitasti nocte. ℣. Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Alleluia, alleluia. ℣. Leuita Laurentius bonum opus operatus est: qui per signum crucis cęcos illuminauit.

Sequentia sancti Euang. sm Joannem.

Cap. 12 IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Amen, amẽ dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suaz in hoc mundo, in vitam ęternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit euz Pater meus, qui est in cęlis. non dicitur Credo. nisi in Ecclesia propria, & nisi venerit in Dominica. Offertorium.

Ps. 95. Confessio & pulchritudo in conspectu eius, sanctitas & magnificentia in sanctificatione eius. Secreta.

ACcipe, quęsumus Dñe, munera dignanter oblata: & beati Laurentij martyris tui suffragãtibus meritis ad nrę salutis auxilium prouenire cõcede. Per.

Joã. 12. Communio. Qui mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego sum, illic & minister meus erit. Postcommunio.

SAcro munere satiati, supplices te Domine deprecamur: vt, quod debitę seruitutis celebramus officio, intercedente beato Laurentio martyre tuo, saluationis tuę sentiamus augmentum. Per Dñm nostrum Jesum Christum.

Infra oct. sancti Laurentij fit idem officium quod in die: & post orationem diei dicitur oȝo de festo simplici occurrente: & Tertia de sancta Maria. Concede.

Die 11. ¶ Pro cõmemoratione sanctoruz martyrum Tiburtij & Susannę. Oratio.

SAnctorum martyrum tuoruz Tiburtij & Susãnę nos Domine foueãt ꝯtinuata ꝑsidia: qꝛ nõ desinis ꝓpitius intueri: quos talib⁹ auxilijs ꝯcesseris adiuuari. p.

Tertia oratio de S. Maria. Concede. nisi venerit in Dominica: tunc enim tertia oratio erit de Sanctis. Secreta.

ADesto Dñe precibus populi tui, adesto muneribus: vt q̃ sacris sunt oblata mysterijs, tuoruz tibi placeant intercessione sanctorum. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

SUmpsimus Domine pignus redẽptionis ęternę: quod fit nobis, q̃sumus, interuenientibus sanctis martyribus tuis, vitę pręsentis auxilium, pariter & futurę. Per Dominum nostrum.

¶ Pro cõmem. S. Clarę virg. Oratio. Die 12.

EXaudi nos De⁹ salutaris nr̃: vt sicut d̃ beatę Clarę virginis tuę festiuitate gaudem⁹: ita pię deuotiõis erudiamur affectu.

Tertia

Tertia oro de S. Maria. C ócede. Sec.

ACcepta tibi sit Dñe sacratę plebis oblatio, pro tuorũ honore sanctor quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxiliũ. Postcõmunio.

SAtiasti Domine familiam tuaz muneribus sacris: eius quęsumus semper interuentione nos refoue, cuius sollemnia celebramus.

Die 13. ¶ Pro commemor. sanctorum martyrum Hippolyti & Cassiani. Oratio.

DA, quęsumus omnipotens Deus, vt beatorũ martyrum tuoruz Hippolyti & Cassiani venerãda sollemnitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem.

Tertia oro d S. Maria. C ócede. Secr.

REspice Domine munera populi tui sanctorum festiuitate votiua: & tuę testificatio veritatis nobis proficiat ad salutem. Postcommunio.

SAcramentorum tuorum Domine communio sumpta nos saluet, & in tuę veritatis luce confirmet.

Die 14. IN VIGIL. ASSVMPTIONIS Beatę Marię Virginis. Introitus.



VUltũ tuũ deprecabũtur oẽs diuites plebis: adducentur regi virgines post eam: proximę eius adducẽtur tibi in letitia

Ps. 44. & exultatione. Ps. Eructauit cor meum verbum bonũ: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri. &c. non dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui virginalem aulam beatę Marię virginis, in qua habitares, eligere dignatus es: da quęsumus: vt sua nos defensione munitos, iucũdos facias suę interesse festiuitati. Qui viuis. &c.

¶ Pro commemoratione sancti Laurentij. Oratio. Da nobis. folio 167.

Deinde pro S. Eusebio confess. Orõ.

DEus, q nos beati Eusebij ꝯfessoris tui annua sollẽnitate letificas: ꝯcede propitius: vt cuius natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per.

Lectio libri Sapientię.

EGo quasi vitis fructificaui suauitatẽ odoris: & flores mei fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchrę dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctę spei. In me oĩs gratia vię & veritatis, in me oĩs spes vitę, & virtutis. Trãsite ad me oẽs qui concupiscitis me, & a gñationibus meis adimplemini: Spũs eni meus sup mel dulcis, & hereditas mea super mel & fauũ. Memoria mea in gñationes sęculorũ. Qui edũt me, adhuc esurient: & q bibũt me, adhuc sitiẽt. Qui audit me, nõ confundet: & q operãtur in me, nõ peccabũt. Qui elucidant me, vitã ęternã habebunt. Eccl. 44

Graduale. Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quę sine tactu pudoris, inuẽta es mater Saluatoris. ℣. Virgo Dei genitrix: quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo.

Sequentia sancti Euangelij scd'm Lucam.

IN illo tempore: Loquente Jesu ad turbas: extollens vocem quędã mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quę suxisti. At ille dixit: Quinimmo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiũt illud. Offertorium. Cap. 11.

Beata es virgo Maria, quę omniũ portasti creatorem, genuisti qui te fecit: & in ęternum permanes virgo. Secreta.

MUnera nostra, Dñe, apudclementiam tuam Dei genitricis commẽdet oratio: quam idcirco de pręsenti sęculo trãstulisti, vt ꝓ peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. Per eumdem.

Pro S. Laurẽ. Secreta. Accipe. 167.

¶ Pro cõmemor. S. Eusebij. Secreta.

LAudis tibi Dñe hostias immolamus, in tuorum commemoratione sanctorũ: quibus nos & pręsentibus erui malis cõfidimus, & futuris. Per Dñm.

Prefatio cõis. folio 198. Communio.

Beata viscera Marię virginis, quę portauerunt ęterni Patris filiũ. Postcõm.

Concede misericors Deus fragilitati nostrę pręsidium: vt qui sanctę Dei genitricis festiuitatem pręuenimus, intercessionis eius auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eumdem.

¶ Pro S. Laurentio. Postcōmunio.

Sacro munere. vt supra. folio 167.

Pro cōmemor. S. Eusebij. Postcōm.

Refecti cibo potuque cęlesti, Deus noster, te suppliciter exoram⁹: vt in cuius hęc cōmemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per Dñm.

Die 15. IN FESTO ASSVMPTIOnis Beatę Marię.



Introitus.



Gaudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore beatę Marię virginis: de cuius Assumptione gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei. Ps. 44. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri. &c. Oratio. M. Rom.

Famulorum tuorū quęsumus Domine, delictis ignosce: vt, q tibi placere de actibus nostris non valemus: genitricis filij tui Domini nostri intercessione saluemur. Per eumdem Dominū.

Lectio Libri Sapientię.

In omnibus requiē quęsiui, & in hereditate Domini morabor. Tunc pręcepit, & dixit mihi Creator omnium: & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi: In Jacob inhabita, & in Jsrael hereditare, & in electis meis mitte radices. Et sic in Siō firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Jerusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in parte Dei mei hereditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea. Quasi cedrus exaltata sū in Libano, & quasi cypressus in mōte Sion: quasi palma exaltata sum in Cades: & quasi plantatio rosę in Jericho: Quasi oliua speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis. Sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. Eccl. 24

Graduale. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. Alleluia, alleluia. ℣. Assumpta est Maria in cęlum, gaudet exercitus Angelorum, alleluia. Ps. 44.

Sequentia sancti Euangelij sēm Lucam.

In illo tempore: Jntrauit Jesus in quoddā castellum: & mulier quędam Martha nomine, excepit illum in domum suam, & huic erat soror nomine Maria, q̄ etiam sedens secus pedes Dñi: audiebat verbū illius. Martha aūt satagebat circa frequēs ministeriū: quę stetit, & ait: Dñe, nō est tibi curę q̄ soror mea reliq̄t me solam ministrare? dic ergo illi, vt me adiuuet. Et rñdens dixit illi Dñs: Martha, Cap. 10.

Martha, solicita es, & turbaris erga plurima. Porro vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quę non auferetur ab ea. Dicitur Credo. Offert.
Assumpta est Maria in cęlum: gaudent Angeli, collaudantes benedicunt Dominum, Alleluia. Secreta.
Subueniat Dñe plebi tuę Dei genitricis oratio: quã etsi pro cõditione carnis migrasse cognoscimus, in cęlesti gloria apud te pro nobis intercedere sentiamus. Per eumdem Dñm nostrum.
Prefatio de beata Maria fol. 95. Cõio.
Luc. 10. Optimam partem elegit sibi Maria, quę nõ auferetur ab ea in ęternũ. Postcõm.
Mensę cęlestis participes effecti, imploramus clementiam tuam Dñe Deus noster: vt, qui Assumptionez Dei genitricis colimus: a cũctis malis imminentibus, eius intercessione liberemur. Per Dñm nostrum Jesum Christum.
¶ Infra octauã Assumptionis btẽ virg. & in eius octa. fit idẽ officium quod in die. Et infra octa. post orationẽ diei, dr̃ oratio de Spũ sctõ. Deus, q corda fidel. 198. tertia Ecclesię. vel pro Papa.
Et non fit de festo, nisi fuerit duplex, vel semid. De simplici autẽ fit tãtũ cõmem.

Die 17. IN OCTAVA S. Laurentij. Introitus.

Ps. 16. 
Probasti Dñe cor meũ, & visitasti nocte: igne me examinasti, & non est inuenta in me iniqtas. Ps. Exaudi Dñe iustitiam meam intende deprecationem meã. V. Gloria Patri. Oratio.
Excita Dñe in Ecclesia tua Spiritum, cui beatus Laurentius Leuita seruiuit: vt, eodem nos repleti studeamus amare quod amauit, & opere exercere qđ docuit. Per Dñm. in vnitate eiusdem.
Et fit cõ. d̃ oct. Assũptionis B. Marię. Epistola. Qui parce se. vt i festo eiusdẽ.

Grad. Gloria & honore coronasti eum. Ps. 8.
V. Et cõstituisti euz super opera manuũ tuarũ. Alleluia, alleluia. V. Leuita Laurentius bonũ opus operatus est, qui per signũ crucis cęcos illuminauit, alleluia.
Euangelium. Nisi granum frumenti. vt in eius festo. Et dicitur Credo.
Offertorium. In virtute tua Domine Ps. 20. lętabitur iustus, & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animę eius tribuisti ei. Secreta.
Sacrificium nostrum tibi Domine, quęsumus, beati Laurentij precatio sancta cõciliet: vt, cuius honore sollemniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptum. Per Dominum. Communio.
Qui vult venire post me, abneget se- Mat. 10 metipsum: & tollat crucem suaz, & sequatur me. Postcommunio.
Supplices te rogamus omnipotens Deus: vt, quos donis cęlestibus satiasti, intercedente beato Laurentio martyre tuo, perpetua protectione custodias. Per Dñm nostrum Jesum Christum.
¶ Pro commemoratio. sancti Agapiti Die 18. martyris. Oratio.
Lætetur Ecclesia tua Deus, beati Agapiti martyris tui confisa suffragijs: atque eius precibus gloriosis & deuota permaneat, & secura consistat.
Tertia de Spiritu sancto.
Deus, qui corda fidelium. f. 198. Secr.
Suscipe Dñe munera, q̃ in ei⁹ tibi sollemnitate deferimus, cuius nos cõfidimus patrocinio liberari. Postcõm.
Satiasti Dñe familiã tuã muneribus sacris: eius q̃s semper interuentione nos refoue, cuius sollẽnia celebram⁹.
¶ In festo S. Bernardi abbatis, Missa. Die 20.
Os iusti med. de cõi vni⁹ Abbatis. 192.
Epistola. Iustus cor suum. 190. in cõmuni doct. fit cõmem. de octaua Assumptionis beatę Marię: & dicitur Credo.

¶ In

¶ In oct. Assumptionis B. Marię missa vt i die, cũ cõm. sanctor martyrũ Timothei, Hippolyti, & Simphoriani. Or.

Auxilium tuũ nobis Domine quęsumus, placatus impẽde: & intercedẽtibus beatis martyrib' tuis Timotheo, Hippolyto, & Simphoriano, dexteraz super nos tuę propitiationis extẽde. Per Dominum nostrũ Jesum Christum. Secr.

Accepta tibi sit, Dñe, sacratę plebis oblatio, pro tuorũ honore sanctorum: quorũ se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

Diuini muneris largitate satiati, q̃s Domine Deus noster: vt intercedẽtibus sanctis martyribus tuis Timotheo, Hippolyto, & Simphoriano, in eius semper participatione viuamus. Per Dñm nostrum Jesum Christum.

¶ Missa Vigilię S. Bartholomęi dicať de cõi vnius Apostoli. Ego autẽ. 182. Sequẽs festũ S. Bartholomęi celebretur sm consuetudinem locorum vel 24. vel 25. Augusti. Romę autẽ celebrať 25. cũ cõ. S. Ludouici, i missis tm̃ priuatis.

Die 24. vel 25. SANCTI BARTHOLOMÆI Apostoli. Introitus.

Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. ps. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus: qui huius diei venerandam sanctamq; lętitiam, in beati Apostoli tui Bartholomęi festiuitate tribuisti: da Ecclesię tuę, quęsumus, & amare qd̃ credidit, & prędicare quod docuit. Per Dñm nostrum.

Lctõ Epl'ę B. Pauli Apl'i ad Corint.

Fratres: Vos estis corpus Christi, & membra de membro. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primum Apostolos secundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Numquid omnes Apostoli? nũquid omnes Prophetę? numquid omnes Doctores? nũquid omnes virtutes? numquid omnes gratiam habent curationum? numquid omnes linguis loquuntur? nũquid omnes interpretantur? Æmulamini autem charismata meliora. Graduale.

Constitues eos principes super omnez terram: memores erũt nominis tui Domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Te gloriosus Apostolorum chorus laudat Domine, Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tẽpore: Exijt Jesus in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Et cũ dies factus esset, vocauit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis, (quos & Apostolos nominauit:) Simonem, quez cognominauit Petrũ, & Andream fratrem eius, Jacobũ, & Joannem, Philippum, & Bartholomęuz, Matthęum, & Thomam, Jacobum Alphęi, & Simonem, qui vocatur zelotes, & Judam Jacobi, & Judam Iscariotez, q fuit proditor. Et descendens cũ illis, stetit in loco campestri, & turba discipulorũ eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Judęa, & Jerusalem, & maritima, & Tyri, & Sidonis, qui venerant vt audirent eum, & sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabãtur a spiritibus immũdis, curabantur. Et omnis turba quęrebat euz tange-

tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Dicitur Credo. Offertorium.

ps. 138. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

Beati Apostoli tui Domine Bartholomęi sollēnia recensentes, quęsumus: vt eius auxilio tua beneficia capiamus, pro quo tibi hostias laudis immolamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum. Prefatio de Apostolis. fol. 90. Cōmu.

Mat. 19. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicātes duodecim tribus Israel, dicit Dominus. Postcommunio.

Sumptum Domine pignus redemptionis ęternę: sit nobis, quęsumus, interueniente beato Bartholomęo Apostolo tuo, vitę pręsentis auxilium, pariter & futurę. Per Dominum nostrum.

Die 25. SANCTI LVDOVICI Confessoris. Introitus.



Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudiciū: Lex Dei ei' in corde ipsius.

ps. 36. Ps. Noli ęmulari ī malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Orō.

Deus, qui beatū Ludouicū confessorē tuū, de terreno ac tēporali regno, ad cęlestis & ęterni regni gloriā trāstulisti: eius quęsumus meritis & intercessione, regis regum Jesu Christi filij tui nos coheredes efficias, & eiusdem regni tribuas esse consortes. Per eundē. Epistola. Iustum deduxit Dominus. de communi vnius mart. non pont. f. 183. Graduale. Iustus, vt palma florebit: sicut credrus libani, multiplicabitur in domo Domini. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir, qui suffert tentationē: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę, Alleluia. Euangelium. Homo quidam nobilis abijt in regionē. de communi confess. non pont. fol. 191. Offertorium. Veritas mea & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. ps. 88. Secreta.

Presta, q̄s omnipotens Deus: vt sicut beatus Ludouicus confessor tuus, spretis mundi oblectamentis, soli regi Christo placere studuit: ita eius oratio nos sibi reddat acceptos. Per Dominum nostrum Jesum. Communio.

Beatus seruus, quē cum venerit Dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis: super omnia bona sua constituet eum. Mat. 11. Postcommunio.

Deus, qui beatum cōfessorem tuum Ludouicū mirificasti i terris, quęsumus: vt quem in cęlis gloriosum fecisti Ecclesię tuę constituas defensorē. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat.

¶ S. Zephyrini papę & m. Missa. Sacerdotes Dei. de cōi vnius m. pōt. 182. Die 26. preter orationem, quę dī vt infra. Oratio.

Presta, quęsumus omnipotēs Deus: vt beati Zephyrini martyris tui atq; pontificis, cuius gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per Dominum nostrum Jesum Christum. Secreta.

Munera tibi Domine dicata sanctifica: & intercedente beato Zephyrino martyre tuo atque pontifice, per eadem nos placatus intende. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum. Postcommunio.

Hęc nos cōmunio, Domine, purget a crimine: & intercedente beato Zephyrino martyre tuo atque pōtifice, cęlestis remedij faciat esse cōsortes. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Die 28. SANCTI AVGVSTINI Episcopi et confessoris, ac doctoris Ecclesię. Introitus.

Eccl. 15. 
IN medio Ecclesię aperuit os eius, et adimpleuit illum Dñs spiritu sapientię et intellectus: stolam glorię induit eũ. Ps. Bonũ est cõfiteri Dño: et psallere nomini tuo Altissime. ℣. Gloria Patri, et Filio. etc. Oratio.

ADesto supplicationib⁹ nostris omnipotens Deus: et quibus fiduciam sperandę pietatis indulges, intercedente beato Augustino cõfessore tuo atque pontifice, consuetę misericordię tribue benignus effectum. Per Dominũ.

¶ Pro cõm. S. Hermetis mart. Oõ.

DEus, qui beatum Hermetem martyrem tuum, virtute constantię in passione roborasti: ex eius nobis imitatione tribue, pro amore tuo prospera mũdi despicere, et nulla ei⁹ aduersa formidare. Per Dñm nostrum Jesum Christum.

Epła. Testificor. de cõi doctor. f. 190.

Ps. 36. Grad. Os iusti meditabitur sapientiã: et lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius: et non supplãtabũtur gressus eius. Alleluia, alleluia.

Ps. 91. ℣. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum, alleluia. Euangel. Vos estis sal terrę. de eodẽ cõi. f. 190. Et dicitur Credo. Offertorium.

Justus, vt palma florebit: sicut cedr⁹, quę in Libano est multiplicabit̃. Secre.

SAncti cõfessoris tui Augustini nobis, Domine, pia non desit oratio: quę et munera nostra cõciliet, et tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Pro sancto Hermete. Secreta.

SAcrificium tibi Domine laudis offerimus in tuorum commemoratione sanctorum: da, quęsumus: vt quod illis contulit ad gloriam, nobis prosit ad salutẽ. Per Dñm nostrũ Jesum Chrm.

Communio. Fidelis seruus et prudens: quem constituit Dominus super familiã suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. Mat. 24. Postcommunio.

UT nobis Dñe tua sacrificia dẽt salutem: beatus confessor tuus Augustinus et pontifex, quęsumus, precator accedat. Per Dominum nostrum.

¶ Pro S. Hermete. Postcommunio.

REpleti Domine benedictione cęlesti, quęsumus clementiam tuam: vt intercedente beato Hermete martyre tuo, quę humiliter gerimus, salubriter sentiamus. Per Dominum nostrum.

IN DECOLLATIONE S. Joannis Baptistę. Introitus. Dię 29.


LOquebar de testimonijs tuis in cõspectu regũ, et non confundebar: et meditabar in mandatis tuis, quę dilexi nimis. Ps. Bonum est confiteri Domino, et psallere nomini tuo Altissime. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Sicut erat. etc. Oratio. Ps. 118.

SAncti Joannis Baptistę, pręcursoris et martyris tui, quęsum⁹ Domine, venerãda festiuitas, salutaris auxilij nobis pręstet effectum. Per Dñm.

¶ Pro commemoratione sanctę Sabinę martyris. Oratio.

DEus, qui inter cetera potentię tuę miracula, etiã in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: concede propitius: vt qui beatę Sabinę martyris tuę natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum nostrum.

Lectio Jeremię Prophetę.

IN diebus illis: Factum est verbum Dñi ad me, dicens: Accinge lumbos tuos, et surge, et loquere ad Juda omnia quę ego pręcipio tibi. Ne formides Cap. 1.

a facie eorũ: nec enim timere te faciã vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum ęreum, super omnẽ terram, regibus Juda, principibus eius, & sacerdotibus, & oĩ populo terrę. Et bellabunt aduersum te, & non pręualebunt: quia ego tecũ sum, ait Dñs, vt liberez te.

Ps.91. Graduale. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. ℣. Ad annũciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuã per noctẽ. Alleluia, alleluia. ℣. Justus germinabit sicut lilium: & florebit in ęternum ante Dominum, Alleluia.

Sequentia sancti Euang. sm Marcum.

Cap.6. In illo tempore: Misit Herodes, ac tenuit Joannem, & vinxit eũ in carcere propter Herodiadem vxorez Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Dicebat enim Joannes Herodi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi: & volebat occidere eum, nec poterat. Herodes enim metuebat Joannem, sciens eum virum iustum & sanctum: & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libẽter eum audiebat. Et cũ dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cęnã fecit principibus, & tribunis, & primis Galilęę. cumque introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, simulque recumbentibus, rex ait puellę: Pete a me quod vis, & dabo tibi: & iurauit illi: Quia quidqd petieris dabo tibi: licet dimidium regni mei. Quę cum exisset, dixit matri suę: Quid petam? At illa dixit: Caput Joannis Baptistę. Cumque introisset statim cuz festinatione ad regem, petiuit dicens: Volo vt protinus des mihi in disco caput Joannis Baptistę. Et contristatus est rex propter iusiurandum: & propter simul discumbentes noluit eaz contristare: sed misso spiculatore pręcepit afferri caput eius in disco. Et decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in disco: & dedit illud puellę, & puella dedit matri suę. Quo audito, discipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius: & posuerunt illud in monumento. Offertoriũ. In virtute tua Dñe lętabitur iustus, & Ps.20. super salutare tuũ exultabit vehementer: desiderium aĩę eius tribuisti ei. Secreta.

Munera, quę tibi, Domine, pro sancti martyris tui Joannis Baptistę passione deferimus, quęsumus: vt eius obtentu nobis proficiãt ad salutem. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

¶ Pro cõmem. S. Sabinę. Secreta.

Hostias tibi Domine beatę Sabinę martyris tuę dicatas meritis, benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidiũ. Per Dominũ. Cõmunio. Posuisti Dñe in capite eius coronam de lapide pretioso. Postcõm.

Conferat nobis Dñe sancti Joannis Baptistę vtraque sollemnitas: vt & magnifica sacramenta, quę sumpsimus, significata veneremur, & in nobis potius edita gaudeamus. Per Dñm.

¶ Pro cõmem. S. Sabinę. Postcõm.

Diuini muneris largitate satiati, q̃s Dñe Deus noster: vt intercedente beata Sabina martyre tua, in eius semp participatione viuamus. Per Dñm.

SANCTORVM MARTY. Die 30. Felicis & Adaucti. Introitus.



Sapientiam sanctorum Eccl.44 narrẽt populi, & laudez eorum nũciet Ecclesia: nomen autez eorum viuit in sęculum sęculi. Ps. Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria Pñi, & Filio, & Spũi sancto. Oratio.

Maiestatem tuã Domine supplices exoramus: vt sicut nos iugiter sanctorum tuorum commemoratione lętificas,

cas, ita semper supplicatione defendas. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus. &c. **Epistola.** Reddidit Deus iustis mercedem. de communi plurium martyrum. fol. 187.

Sap. 3. **Graduale.** Iustorum animę in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum mortis. ℣. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Alleluia, alleluia. ℣. Fulgebunt iusti, & tamquam scintillę in arundineto discurrent in ęternum, Alleluia. **Euangelium.** Qui vos audit. de communi plurium martyrum. folio 178. **Offertorium.**

Ps. 31. Lętamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. **Secreta.**

Hostias Dñe plebis tuę intende: & quas in honore sanctorum tuorum deuota mente celebrãt, proficere sibi sentiant ad salutẽ. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecũ viuit & regnat, in vnitate Spiritus sancti Deus, per oĩa sęcula sęculorũ. ℟. Amẽ.

Mat. 10 **Cõm.** Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit Dñs: & quod in aure auditis, prędicate sup tecta. **Postcõm.**

Repleti Domine muneribus sacris, quęsumus: vt, intercedentibus sanctis tuis, in gratiarum tuarum semper actione maneamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecũ viuit, & regnat, in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sęcula. &c.

SEPTEMBRIS FESTA.

Die 1. ¶ S. Egidij Abbatis. Missa. Os iusti meditabitur. vt in cõmuni Abbatũ. 182. cum commemoratione sanctorum martyrum duodecim Fratrum. **Oratio.**

Fraterna nos Domine martyrum tuorum corona lętificet: quę & fidei nostrę pbeat incrementa virtutum, & multiplici nos suffragio cõsoletur. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus. **Secreta.**

Iterata mysteria, Domine, pro sanctorum martyrum tuorum commemoratione deuota mente tractemus: quibus nobis & pręsidiũ crescat, & gaudiũ. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. **Postcommunio.**

Presta, quęsumus oĩpotens Deus: vt quorũ memoriã sacramenti participatione recolimus, fidem quoq; proficiendo sectemur. Per Dñm nostrum.

IN NATIVITATE Beatę Marię Virginis. Die 8.



Introitus.



Salue sãcta parẽs, enixa puepera regem: qui cęlũ terramq; regit in sęcula sęculorum. ps. Eructauit cor meũ verbum bonum: dico ego Ps. 44.

opera mea regi. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat. Oro.

Famulis tuis, quęsumus Domine, cęlestis gratię munus impertire: vt, quibus beatę virginis partus extitit salutis exordium, Natiuitatis eius votiua sollemnitas, pacis tribuat incrementum. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spũs sancti. &c.

In Missis priuatis pro commemor. sancti Adriani martyris. Oratio. Presta quęsumus omnipotens Deus. de communi vnius martyris. folio 183.

Lectio Libri Sapientię.

Prou.8 Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio. Ab ęterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant: necdum montes graui mole cõstiterãt: ante colles ego parturiebar: adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terrę. Quando pręparabat cęlos, aderam: quando certa lege, & gyro vallabat abyssos: quando ęthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum: quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos: quando appendebat fundamenta terrę. Cum eo eram cuncta componens: & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum: & delicię meę esse, cum filijs hominum. Nunc ergo filij audite me: Beati, qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abijcere eam. Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem a Domino. Graduale.

Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quę sine tactu pudoris inuẽta es mater Saluatoris. ℣. Virgo Dei genitrix, quem totus nõ capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Alleluia, alleluia. ℣. Felix es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitię, alleluia.

Initium sancti Euang. sm Matthęum.

Liber generationis Jesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Judam, & fratres eius. Judas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esron. Esron autem genuit Arã. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autẽ genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Jesse. Jesse autem genuit Dauid regem. Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea, quę fuit Vrię. Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abias autem genuit Asa. Asa autem genuit Josaphat. Josaphat autem genuit Joram. Joram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Joatham. Joatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manassen. Manasses aũt genuit Amon. Amon autem genuit Josiam. Josias autem genuit Jechoniam, & fratres eius in trãsmigratione Babylonis. Et post trãsmigrationem Babylonis: Jechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autẽ genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Joseph

Cap. 1.

seph virum Marię, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus. Credo.
Offertorium. Beata es virgo Maria, quę omnium portasti Creatorem: genuisti qui te fecit, et in ęternum permanes virgo. Secreta.

Unigeniti tui Dñe nobis succurrat humanitas: vt qui nat⁹ de virgine matris integritatem non minuit, sed sacrauit: in Natiuitatis eius sollemnijs, nostris nos piaculis eruẽs, oblationem nostram sibi faciat acceptã Jesus Christus Dominus noster: Qui tecum viuit. etc.
Prefatio de beata Virgine. folio 89.
Communio. Beata viscera Marię virginis, quę portauerunt ęterni Patris Filium. Postcommunio.

Sumpsimus Domine celebritatis annuę votiua sacramenta: presta quęsumus: vt temporalis vitę nobis remedia prębeant, et ęternę. Per Dominum nostrum Jesum Christum filiũ tuũ: Qui tecum viuit, et regnat in vnitate.
Infra octauam Natiuitatis beatę Marię et in die octaua dicit̃ missa sicut in die, sed infra oct. dicitur secunda oõ de Spiritu sancto. Deus qui corda fidelium. f. 198. et tertia. Ecclesię. vel pro papa. Deus omnium. folio 297. et non fit de festo, nisi fuerit duplex, vel semiduplex. De simplici autem fit tantum commemoratio.
Die 9. ¶ Pro commemoratione sancti Gorgonij martyris. Oratio.

Sanctus tu⁹ Domine Gorgonius sua nos intercessione lętificet: et pia faciat sollemnitate gaudere.
Tertia oratio de Spiritu sancto.
Deus, qui corda fidelium. folio 198. nisi venerit in Dominica: tunc enim tertia oratio erit pro sanctis. Secreta.

Grata tibi sit Dñe nostrę seruitutis oblatio ꝓ qua sanctus Gorgonius martyr interuentor existat. Postcommu.

Familiam tuam Deus suauitas ęterna cõtingat, et vegetet: quę in martyre tuo Gorgonio, Christi filij tui bono iugiter odore pascatur.

IN FESTO S. NICOLAI de Tolentino Confessoris. Die 10.
Introitus.


Dedit Dominus cõfessionem sancto suo, et excelso i verbo glorię: de omni corde suo laudauit Dominum, et dilexit eum, qui fecit illum. Ps.
Bonum est cõfiteri Domino, et psallere nomini tuo Altissime. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Oratio. Ps. 91.

Concede, quęsumus, omnipotens Deus: vt Ecclesia tua, quę beati Nicolai confessoris tui, virtutum et miraculorum gloria coruscat, eius intercessione, et meritis, perpetua pace, atq; vnitate lętetur. Per Dominum nostrum.
Deinde fit commemoratio Octa. Natiuitatis. Epistola. Dilectus Deo, et hominibus. vt in communi confessorum nõ Pontificum. folio 192. Graduale.
In lege Domini fuit voluntas eius die ac nocte. ℣. Prędicans pręceptũ Domini constitutus est in monte sancto ei⁹. Alleluia, alleluia. ℣. Justus germinabit sicut lilium, et florebit in ęternum ante Dominum, Alleluia.
Euangeliũ. Nolite timere pusillus grex. Ut in communi confessorum non Pontificum. folio 191. Offertorium.
Lętentur omnes, qui sperant in te Domine: quoniam tu benedixisti iusto, scuto bonę voluntatis tuę coronasti eum.
Secreta.

Oblatum tibi Domine sacrificium, intercedente beato Nicolao cõfessore tuo, viuificet nos semper et muniat. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit. etc.
Deinde

Deinde de Natiuitate. Communio.

IN fide ⁊ lenitate ipsius sanctum fecit illum, ⁊ circumcinxit eum zona iustitię, ⁊ induit eum Dominus stolam glorię. Postcommunio.

POpulum tuum Domine, quę sumpsimus sacramenta, custodiant: vt qui sancti Nicolai confessoris tui iugiter implorant auxilium, petitionum suarum salutarem consequantur effectum. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, ⁊ regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen.

¶ Pro cõmemoratione sanctorũ martyrum Proti ⁊ Hiacinthi. Oratio.

BEatorum martyrum tuorum Proti ⁊ Hiacinthi nos Domine foueat pretiosa confessio, ⁊ pia iugiter intercessio tueatur.

Tertia orõ de Spiritu sancto. Secreta.

PRo sanctorum martyrum tuorum Proti ⁊ Hiacinthi commemoratione, munera tibi Domine, q̃ debemus exoluimus: pręsta quęsumus: vt remedium nobis perpetuę salutis operetur.

Postcommunio.

VT percepta nos, Domine, tua sancta purificent, beatorum martyrum tuorum Proti ⁊ Hiacinthi, quęsumus imploret oratio.

Die 14. EXALTATIONIS sanctę Crucis. Introitus.

Gal. 6. 

NOs autẽ gloriari oportet in Cruce Domini nostri Jesu Christi: in quo est salus, vita, ⁊ resurrectio nostra: per quem saluati, ⁊ liberati sumus. Psalmus. Deus misereatur nostri, ⁊ benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, ⁊ misereatur nostri. ℣. Gloria Patri, ⁊ Filio, ⁊ Spiritui sancto. Sicut erat in principio, ⁊ nunc, ⁊ semp, ⁊ in sęcula sęculorũ. Amẽ. Orõ.

DEus, qui nos hodierna die exaltationis sanctę Crucis annua sollẽnitate lętificas: pręsta, quęsumus: vt cuius mysterium in terra cognouimus, eius redemptionis pręmia in cęlo mereamur. Per eundem Dominũ nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, ⁊ regnat in vnitate Spũs sancti Deus.

Et fit cõm. de Natiuitate sanctę Marię.

Lcõ Eplę B. Pauli Apli ad Philip.

FRatres: Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem: Cap. 2.
mortem autem crucis. Propter quod ⁊ Deus exaltauit illum, ⁊ donauit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine Jesu omne genu flectatur cęlestium, terrestrium, ⁊ infernorum, ⁊ omnis lingua cõfiteatur quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris. [Hic genuflectitur.]

Graduale. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem: mortem autẽ Crucis. ℣. Propter quod ⁊ Deus exaltauit illũ: ⁊ donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Alleluia, alleluia. ℣. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera: quę sola fuisti digna sustinere Regem cęlorum, ⁊ Dominum, Alleluia.

Sequentia sancti Euãg. s̃m Joannem.

IN illo tempore: Dixit Jesus turbis Cap. 12.
Judęorum: Nunc iudiciũ est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, oĩa trahã ad me ipsum. (hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.) Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege: quia Christus manet in ęternum: ⁊ quomodo tu dicis, Oportet exaltari Filium hoĩs? Quis est iste Filius hominis? Dixit ergo eis Jesus: Adhuc modicum, lumẽ in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebrę comprehendant:

dant:

dant: & qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Dum lucē habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. dicitur Credo. Offertorium. Protege, Domine plebem tuam per signum sanctę Crucis ab insidijs inimicorum omnium: vt tibi gratam exhibeamus seruitutem, & acceptabile tibi fiat sacrificium nostrū, Alleluia.

Secreta.

IEsu Christi Domini nostri corpore & sanguine saginandi, per quem Crucis est sanctificatum vexillum, quęsumus Domine Deus noster: vt sicut illud adorare meruimus, ita perēniter eius glorię salutaris potiamur effectu. Per eumdem Dn̄m nostrum Jesum Christū filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat. Pręfatio de Cruce. folio 95. Communio. Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster.

Postcommunio.

ADesto nobis Domine Deus noster: & quos sanctę Crucis lętari fecisti honore, eius quoque perpetuis defende subsidijs. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuū: Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen.

Die 15. ¶ In octaua Natiuitatis beatę Marię, Missa vt in die, cum commemoratione sancti Nicomedis martyris. Oratio.

ADesto Dn̄e populo tuo: vt beati Nicomedis martyris tui merita pęclara suscipiens, ad impetrādam misericordiam tuā semper eius patrocinijs adiuuetur. Per Dn̄m nostrū Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per oīa sęcula seculorum. Amen. Secr.

SUscipe Domine munera propitius oblata: quę maiestati tuę, beati Nicomedis martyris tui commendet oratio. Per Dn̄m nostrum. Postcommunio.

PUrificent nos Domine, sacramenta, quę sumpsimus: & intercedente beato Nicomede martyre tuo, a cunctis efficiant vitijs absolutos. Per Dominum nostrū Jesum Christum filium tuū: Qui tecum viuit, & regnat in vnitate. &c.

¶ In festo sanctorum Pontificum, & martyrum Cornelij & Cypriani, Missa. Die 16.

Intret in conspectu tuo. de communi plurium martyrum. fol. 186. cum commemoratione aliorum martyrum, vt infra: nisi fuerit Dominica, quia tunc commemoratio sequens fit in Dominica, & festum prędictum transfertur in secundam feriam.

¶ Pro cōmem. sanctorum martyrum Euphemię, Lucię, & Geminiani. Orō.

PRęsta Dn̄e precibus nostris, cum exultatione prouentum: vt quorum dieꝫ passionis annua douotione recolimus, etiam fidei constantiam subsequamur. Tertia orō. A cunctis. f. 206. Secreta.

VOta populi tui, quęsumus Domine propitiatus intende: & quorum nos tribuis sollemnia celebrare, fac gaudere suffragijs. Postcommunio.

EXaudi Dn̄e preces nostras: & sanctorum martyrum tuoruꝫ Euphemię, Lucię, & Geminiani, quorum festa sollemniter celebramus, cōtinuis foueamur auxilijs. Mundet. folio 206.

IN FESTO SS. MARTYrum Januarij & sociorum. Die 19.

Introitus.

INtret in conspectu tuo Domine, gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Ps. 78.

rũt Jerusalem in pomorum custodiam. ℣. Gloria Patri, ꝛ Filio, ꝛ Spũi sãcto. Sicut erat in principio, ꝛ nunc, ꝛ semp. ꝛ in secula seculorum: Amen. Oratio.

DEus, qui nos annua sanctorum martyrum tuorum Januarij ꝛ sociorum eius sollemnitate letificas: concede propitius, vt quorũ gaudemus meritis, accendamur exemplis. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, ꝛ regnat, in vnitate Spiritus sancti Deus. Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Lectio Epistole beati Pauli Apostoli ad Hebreos.

Cap.11. FRatres: Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos: alij autem distenti sunt non suscipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem. Alij vero ludibria, ꝛ verbera experti, insuper ꝛ vincula, ꝛ carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus, ꝛ speluncis, ꝛ in cauernis terre. Et hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt, in Christo Jesu Domino nostro.

Exo.15. Graduale. Gloriosus Deus in sanctis suis, mirabilis in maiestate, faciens prodigia. ℣. Dextera tua Domine glorificata est in virtute, dextera manus tua cõfregit inimicos. Alleluia, allel. ℣. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, ꝛ nomen eorum viuit in generationem, ꝛ generationem, Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore: Descendens Jesus de monte, stetit in loco campestri, ꝛ turba discipulorum eius, ꝛ multitudo copiosa plebis ab omni Judea, ꝛ Jerusalem, ꝛ maritima, ꝛ Tyri, ꝛ Sidonis, qui venerant vt audirent eum, ꝛ sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immũdis, curabantur. Et omnis turba querebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, ꝛ sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat: Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei. Beati, qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati, qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cum vos oderint homines, ꝛ cum separauerint vos, ꝛ exprobrauerint, ꝛ eiecerint nomen vestrum tamquam malum propter Filium hominis. Gaudete in illa die, ꝛ exultate. Ecce enim merces vestra multa est in celo. Cap.6.

Credo. Offertorium.

Ps. 67. Mirabilis Deus in sanctis suis: Deus Jsrael, ipse dabit virtutem, ꝛ fortitudinem plebi sue, Benedictus Deus, Alleluia. Secreta.

OBlatis, quesumus Domine, placare muneribus: ꝛ intercedentibus sanctis tuis Januario ꝛ socijs, a cunctis nos defende periculis. Per Dominum nostrum Jesum Christum filiũ tuũ: Qui tecũ viuit ꝛ regnat, in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Sap.3. Communio. Et si coram hominibus tormenta passi sunt: Deus tentauit eos, tamquam aurum in fornace probauit eos, ꝛ quasi holocausta accepit eos.

Postcommunio.

HAEc nos communio Domine purget a crimine: ꝛ intercedẽtib⁹ sanctis martyribus tuis Januario ꝛ socijs, celestis

celestis remedij faciat esse consortes. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Die 20. IN VIGIL. S. MATTHAEI Apostoli & Euangeliste. Introitus.



Ego autē sicut oliua fructificaui in domo Dñi: speraui in misericordia Dei mei: & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est ante conspectum sanctorum tuorum. Ps. Quid gloriaris in malitia, qui potēs es in iniquitate? ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio. Oratio.

Da, q̄s ops Deus: vt beati Matthei Apostoli tui, & Euāgeliste quā preuenimus, veneranda sollemnitas, & deuotionem nobis augeat, & salutē. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Deinde fit commem. sanctorum martyrum Eustachij & sociorum. Oratio.

Deus, qui nos concedis. cum sua Secreta, & Postcommunione vt in cōmuni plurium martyrum. fol. 186. Tertia oratio de sancta Maria. Concede. nisi festum sancti Matthei venerit in feria secunda, quia tunc de sanctis commemoratio fit in Dominica, & Sabbato fit de vigilia, cum oratione de sancta Maria, & Ecclesie. fol. 207. vel pro papa. f. 207.

Epistola. Benedictio Domini super caput iusti. vt in Vigilia vnius Apli. 182.

Grad. Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Dñi. ℣. Ad annūciādū mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctē.

Sequentia sancti Euangelij s͂m Lucam.

Cap. 5. In illo tempore: Vidit Jesus publicanum nomine Leui, sedentem ad Telonium, & ait illi: Sequere me. Et relictis omnibus, surgens secutus est eum. Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua: & erat turba multa publicanorum, & aliorū, qui cum illis erant discumbētes. Et murmurabāt Pharisei, & Scribe eorum dicentes ad discipulos eius: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducatis, & bibitis? Et respōdens Jesus, dixit ad illos: Nō egent qui sani sunt medico, sed qui male habēt. Nō veni vocare iustos, sed peccatores ad penitētiā.

Offertorium. Gloria, & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum Domine. Ps. 8. Secreta.

Apostolice reuerentie culmen offerimus tibi sacris mysterijs imbuēdum: presta, quesumus Domine: vt beati Apostoli tui, & Euāgeliste Matthei suffragijs, cuius natalitia preuenimus: hec plebs tua semp & sua vota depromat, & desiderata percipiat. Per Dñm nostrum Jesum Christum. Communio.

Magna est gloria ei⁹ in salutari tuo: gloriam, & magnum decorem impones super eum Domine. Ps. 8. Postcommunio.

Sancti Apostoli tui & Euangeliste Matthei, quesumus Dñe, supplicatione placatus, & veniā nobis tribue, & remedia sempiterna concede. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

SANCTI MATTHAEI Apostoli & Euangeliste. Introitus. Die 21.



Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium: Lex Dei eius in corde ipsi⁹. Ps. Noli emulari in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatem. Ps. 36. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Oro.

Beati Apostoli & Euāgeliste Matthei Domine precibus adiuuemur: vt, quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Lectio Ezechielis prophete.

Similitudo vultus quattuor animalium: facies hominis, & facies leonis Cap. 1.

nis a dextris ipsorum quattuor: facies autem bouis, a sinistris ipsorum quattuor, & facies aquilę desuper ipsorum quattuor. Facies eorum, & pennę eorum extentę desuper: duę pēnę singulorum iungebantur, & duę tegebant corpora eorū: Et vnūquodque eorum coram facie sua ambulabat: vbi erat impetus spiritus illuc gradiebantur, nec reuertebātur cum ambularent. Et similitudo animalium, & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. Hęc erat visio discurrens in medio animaliū, splendor ignis, & de igne fulgur egrediēs. Et animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis.

fo. 111. Graduale. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur. Alleluia, alleluia. ℣. Te gloriosus Apostolorum chorus laudat Domine, alleluia.

Sequētia sancti Euang. sm Mattheum.

Cap. 9. In illo tempore: Uidit Jesus hominem sedētem in telonio, Mattheum noīe. Et ait illi: Sequere me. Et surgens, secutus est eū. Et factum est, discumbente eo ī domo, ecce multi publicani, & peccatores venientes discumbebant cū Jesu, & discipulis eius. Et vidētes Pharisęi, dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis, & peccatorib⁹ māducat Magister vester? At Jesus audiēs, ait: Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Euntes autem discite quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Credo. Offertorium.

fo. 20. Posuisti Domine in capite eius coronam de lapide pretioso: vitam petijt a te, & tribuisti ei, Alleluia. Secreta.

Supplicationibus Apostolicis beati Matthei Euangelistę, q̄sumus Domine, Ecclesię tuę commendetur oblatio: cuius magnificis prędicationibus eruditur. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum. Pręfatio de Apostolis. folio 90.

Cōmunio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eum Domine. Postcōm.

Perceptis Dñe sacramentis, beato Mattheo Apostolo tuo & Euangelista interueniente, deprecamur: vt, quę pro eius celebrata sunt gloria, nobis proficiant ad medelā. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

¶ Sanctorum martyrum Mauritij & sociorum eius. Missa. Intret in conspectu tuo. folio 186. cum Epistola. Die 22.

Respondit vnus de senioribus. fol. 188. de communi plurium martyrum. pręter orationem quę dicitur, vt infra. Oratio.

Annue, quęsumus omnipotēs Deus: vt sanctorum martyrum tuorum Mauritij & sociorum eius, nos lętificet festiua sollemnitas: vt quorū suffragijs nitimur, eorum natalitijs gloriemur. Per Dñm nostrum Jesum Christum. Secreta.

Respice, quęsumus Dñe, munera, quę in sanctorum martyrum tuorū Mauritij & sociorum eius commemoratione deferimus: & pręsta: vt quorum honore sunt grata, eorū nobis fiāt intercessione perpetua. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuū. Postcōm.

Cœlestibus refecti sacramentis & gaudijs, supplices te rogam⁹ Domine: vt, quorum gloriamur triumphis, protegamur auxilijs. Per Dñm nostrū.

¶ In festo sancti Lini papę & martyris. Missa. Sacerdotes Dei. de communi vnius martyris pontificis. folio 182. Die 23.

Cum cōmem. S. Teclę virginis & martyris: vt infra, nisi fuerit Dñica: quia tūc commem. sequens fit in Dñica, & festum predictum trāsfertur in secundam feriā.

¶ Pro

¶ Oro cōm. S. Tecle virg. & m. Oro.

D A, q̄s omnipotens Deus: vt qui beatę Teclę virginis, & martyris tuę natalitia colimus: & annua sollemnitate lętemur, & tantę fidei proficiamus exēplo. Tertia oratio. A cunctis. Secreta.

S Uscipe Dn̄e munera quę in beatę Teclę virginis & martyris tuę sollemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Postcōmunio.

A Urilientur nobis Domine sumpta mysteria: & intercedente beata Tecla virgine & martyre tua, sempiterna nos faciant protectione gaudere.

22. ¶ Sanctorū martyrū Cypriani & Iustinę, Missa. Salus autē iust. de cōmuni plurium martyrum. fol. 187. pręter orationem, quę dicitur vt infra. Oratio.

B Eatorum martyrum tuorū Cypriani & Iustinę nos Dn̄e foueant continuata pręsidia, quia nō desinis propitius intueri, quos talibus auxilijs cōcesseris adiuuari. Per Dn̄m nostrum. Secreta.

M Unera tibi Dn̄e nostrę deuotionis offerimus: quę & pro tuorū tibi grata sint honore iustorum, & nobis salutaria te miserante reddantur. Per Dn̄m nostrum Iesum Christum. Postcōmunio.

P Ręsta nobis, quęsumus, Dn̄e intercedentibus sanctis tuis Cypriano, & Iustina: vt quę ore contingimus, pura mēte capiamus. Per Dominum.

Die 27. SANCTORUM MARTY. Cosmę, & Damiani. Introitus.

Eccl. 44. S Apientiam sanctorum narrēt populi, & laudes eorum nūciet Ecclesia: nomen autem eorū viuit in sęculum sęculi. ps. 31. ps. Exultate iusti i Domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Sp̄ui sancto. Oro.

P Ręsta, quęsumus oīpotens Deus: vt qui sanctorum martyrum tuorū Cosmę & Damiani natalitia colimus, a cunctis malis imminentibus, eorum intercessionibus liberemur. Per Dn̄m.

Epistola. Iusti autem in perpetuum. de cōmuni plurium martyrum. fol. 187.

Graduale. Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. ℣. Iuxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabuntur. ps. 33.

Alleluia, alleluia. ℣. Hęc est vera fraternitas: quę vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna cęlestia, alleluia. Euangelium.

Descendens Iesus de monte. de eodē communi. folio 187. Offertorium.

Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto: Domine, vt scuto bonę voluntatis tuę, coronasti nos. Secreta. ps. 5.

S Anctorum tuorum nobis Dn̄e pia non desit oratio: quę & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiā semper obtineat. Per Dominū nostrū Iesum Christum. Communio.

Posuerunt morticina seruorū tuorum Dn̄e escas volatilibus cęli, carnes sanctorum tuorum bestijs terrę: secundum magnitudinem brachij tui posside filios mortificatorum. Postcomunio. ps. 78.

P Rotegat, quęsumus Domine, populum tuum, & participatio cęlestis indulta cōuiuij, & deprecatio collata sanctorum. Per Dominum nostrum. &c.

IN FESTO DEDICATIONIS S. Michaelis Arcangeli. Intr. Die 29.



B Enedicite Dn̄m oēs Angeli eius: potentes virtute q̄ facitis verbū eius, ad audiendā vocē sermonū eius. ps. Benedic aīa mea Dn̄o, & omnia ps. 102.

omnia quę intra me sunt, nomini sancto eius. ℣. Gloria Patri, ꝛ Filio, ꝛ Spiritui sancto. Sicut erat. ꝛc. Oratio.

Deus, qui miro ordine, Angelorum ministeria, hominumque dispẽsas: concede propitius: vt, quibus tibi ministrãtibus in cęlo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum. ꝛc.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Cap. 1. In diebus illis: Significauit Deus, quę oportet fieri cito, loquens per Angelum suum seruo suo Joãni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, ꝛ testimonium Jesu Christi, quęcumque vidit. Beatus, q legit, ꝛ audit verba prophetię huius: ꝛ seruat ea, quę in ea scripta sunt: tempus enim prope est. Joannes septez Ecclesijs, quę sunt in Asia. Gratia vobis ꝛ pax ab eo, qui est, ꝛ qui erat, ꝛ qui venturus est: ꝛ a septem spiritibus, qui in ꝯspectu throni eius sunt: ꝛ a Jesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, ꝛ princeps regũ terrę, qui dilexit nos, ꝛ lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Graduale.

Benedicite Dñm omnes Angeli eius, potentes virtute, qui facitis verbum eius. ℣. Benedic anima mea Dominũ: ꝛ omnia interiora mea nomen sanctum eius.

Alleluia, alleluia. ℣. Sancte Michael archãgele defende nos in prelio: vt nõ pereamus in tremendo iudicio, alleluia.

In apparitione sancti Michaelis mense Maij, omisso grad. additur sequẽs ℣.

Concussum est mare, ꝛ contremuit terra, vbi Archangelus Michael descendit de cęlo, Alleluia.

Sequẽtia sancti Euang. ẜm Matthęũ.

Cap. 18. In illo tempore: Accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis putas, maior est in regno cęlorũ? Et aduocans Jesus paruulum, statuit eũ in medio eorũ, ꝛ dixit: Amen dico vobis, nisi ꝯuersi fueritis, ꝛ efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnũ cęlorum. Quicumqz ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cęlorũ. Et qui susceperit vnum paruulum talem in noĩe meo, me suscipit. qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspẽdatur mola asinaria in collo eius, ꝛ demergatur in profundum maris. Vę mundo a scandalis. Necesse est eniz vt veniant scandala: verumtamen vę homini illi, per quẽ scãdalum venit. Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te: abscide eum, ꝛ proijce abs te: bonum tibi est ad vitam ingredi debilem, vel claudũ, quam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem ęternũ. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, ꝛ proijce abs te: bonum tibi est cum vno oculo in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne cõtẽnatis vnũ ex his pusillis: dico enim vobis, quia angeli eorũ in cęlis semp vident faciẽ Patris mei, qui in cęlis est. Credo.

Offertoriũ. Stetit angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureũ in manu sua: ꝛ data sunt ei incensa multa: ꝛ ascendit fumus aromatum in conspectu Dei, Alleluia. Apo. 18 Secreta.

Hostias tibi Dñe laudis offerimus, suppliciter deprecantes: vt easdem angelico pro nobis intercedente suffragio, ꝛ placatus accipias, ꝛ ad salutẽ nostram prouenire concedas. Per Dñm.

Communio. Benedicite omnes Angeli Dan. 3. Domini Dñm: hymnuz dicite, ꝛ superexaltate eum in sęcula. Postcommun.

Beati Archangeli tui Michaelis intercessione suffulti, supplices te Dñe deprecamur: vt quod ore prosequimur, contingamus ꝛ mẽte. Per Dñm nostrum Jesum Christum filium tuum.

Die 30. SANCTI HIERONYMI Presbyteri, confess. & Ecclesię doctoris. Introitus.

Eccl. 15 
N medio Ecclesię aperuit os eius, & impleuit eum Dñs spiritu sapientię, & intellectus, stolam glorię induit eum. Ps. Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio. Oratio.

DEus, qui Ecclesię tuę in exponẽdis sacris scripturis beatum Hieronymum confessorem tuum, doctorem maximum, prouidere dignatus es: pręsta, quęsumus: vt eius suffragantibus meritis, quod ore simul & opere docuit, te adiuuante exercere valeamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum filiũ tuũ.

Epistola. Testificor coram. de communi doctorum. folio 190. Graduale.

Ps. 36. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣.

Eccl. 45. Amauit eum Dominus, & ornauit eum: stolam glorię induit eum. Alleluia.

Euangelium. Vos estis sal terrę. de eodem cõmuni. fol. 190. & dicitur Credo.

Ps. 91. Offertorium. Iustus, vt palma florebit, sicut cedrus, quę in Libano est: multiplicabitur. Secreta.

DOnis cęlestibus, quęsumus Domine, libera nos tribue mente inseruire: vt munera, quę deferimus, intercedente beato Hieronymo confessore tuo, & medelam nobis operentur, & gloriam. Per Dominum nostrum. &c.

Mat. 24 Communio. Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcommunio.

REpleti alimonia cęlesti, quęsumus Domine: vt interueniente beato Hieronymo confessore tuo, misericordię tuę gratiam cõsequi mereamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sęcula sęculorum. Amen.

OCTOBRIS FESTA.

S. Remigij Episcopi & Confessoris. Die 1.

Missa. Statuit ei Dominus. de cõmuni confessorum pontificum. folio 188.

SANCTI FRANCISCI Confessoris. Introitus. Die 4.


Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi: per quem mihi mũdus crucifixus est, & ego mundo. Psal. Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus sum. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Oratio. Ps. 141.

DEus, qui Ecclesiam tuã beati Francisci meritis fętu nouę prolis amplificas: tribue nobis ex eius imitatione terrena despicere, & cęlestium donorum sẽper participatione gaudere. Per Dominum nostrum Jesum Christũ filiũ tuũ.

Lectio Eplę B. Pauli Apli ad Galat.

FRatres: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Jesu neque circuncisio aliquid valet, neque pręputium, sed noua creatura. Et quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei. De cetero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto. Gratia Domini nostri Jesu Christi, cum spiritu vestro, fratres. Amen. Cap. 6.

Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Ps. 36.

℣. Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplan-

supplantabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Franciscus pauper ꝛ humilis, cęlum diues ingreditur, hymnis cęlestibus honoratur, alleluia.
Euangeliū. Confiteor tibi Pater. 147.
Ps. 88. Offertorium. Veritas mea, ꝛ misericordia mea cum ipso: ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.
MUnera tibi Domine dicata sanctifica: ꝛ intercedente beato Francisco, ab omni nos culparum labe purifica. Per Dominū nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit.
Communio. Fidelis seruus, ꝛ prudens: quem constituit Dominus super familiam suam: vt det illis in tempore, tritici mensuram. Postcommunio.
ECclesiam tuam, quęsumus Domine, gratia cęlestis amplificet: quam beati Francisci illuminare voluisti gloriosis meritis, ꝛ exemplis. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.
Die 5. ¶ In festo SS. Placidi ꝛ sociorum, vt in communi plurimorum martyrum.
Die 7. SANCTI MARCI Papę ꝛ confess. Introitus.



SAcerdotes tui Domine induant iustitiam, ꝛ sancti tui exultent: propter Dauid seruum tuum, non auertas faciem
Ps. 131. Christi tui. psalm. Memento Domine Dauid, ꝛ omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria Patri, ꝛ Filio, ꝛ Spiritui sancto. Sicut erat in principio, ꝛ nunc. ꝛc. Oratio.
EXaudi Domine preces nostras: ꝛ intercedente beato Marco confessore tuo atque pontifice, supplicationes nostras placatus intende. Per Dominum nostrum Jesum Christum filiū tuū.
¶ Pro cōmem. sanctorū mart. Sergij, Bacchi, Marcelli, ꝛ Apuleij. Oratio.
SAnctorum martyrum tuorum nos, Domine, Sergij, Bacchi Marcelli, ꝛ Apuleij beata merita prosequantur: ꝛ tuo semper faciant amore feruentes. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit.
Epistola. Plures facti sunt sacerdo. communi confessorum pontific. fol. 189.
Graduale. Sacerdotes eius induant salutare: ꝛ sancti eius exultatione exultabunt. ℣. Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernam Christo meo. Alleluia, alleluia. ℣. Jurauit Dominus, ꝛ nō pęnitebit eum: Tu es sacerdos in ęternum secūdū ordinē Melchisedech, Alleluia. Ps. 131.
Euangelium. Vigilate, quia nescitis. de eodem communi. folio 189.
Offertorium. Veritas mea, ꝛ misericordia mea cum ipso: ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta. Ps. 88.
ACcepta tibi sit Domine sacratę plebis oblatio pro tuorū honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxiliū. Per Dominum nostrum Jesum Christum.
¶ Pro Sanctis. Secreta.
MAiestatem tuam nobis Domine, quęsumus, hęc hostia reddat immolanda placatam, tuorum digna postulatione sanctorum. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.
Communio. Beatus seruus, quem cum venerit Dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis: super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio. Mat. 24
DA, quęsumus Domine, fidelibus populis sanctorum tuorum semper veneratione lętari, ꝛ eorum perpetua supplicatione muniri. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.
¶ Pro Sanctis. Postcommunio.
SAcramentis Dñe muniamur acceptis, ꝛ sanctorum martyrum tuorū Sergij, Bacchi, Marcelli, ꝛ Apuleij intercessione, contra omnes nequitias irruentes, armis cęlestibus protegamur. Per Dominum nostrū Jesum Christū.

Die 9. SANCTORVM MARTY. Dionysij, Rustici, et Eleutherij.

Introitus.

Eccl.44. Apientiam sanctorum narrent populi: et laudes eorum nunciet Ecclesia: nomina autem eorum vivent in seculum seculi. Ps. Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Sicut erat in principio. etc. Oratio.

DEus, qui hodierna die beatum Dionysium martyrem tuum atque pontificem, virtute constantie in passione roborasti: quique illi ad predicandum gentibus gloriam tuam, Rusticum et Eleutherium sociare dignatus es: tribue nobis, quesumus, eorum imitatione pro amore tuo prospera mundi despicere, et nulla eius adversa formidare. Per Dominum nostrum.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cap.17 IN diebus illis. Stans Paulus in medio Areopagi, ait: Viri Athenienses per omnia quasi superstitiosos vos video. Preteriens enim, et videns simulachra vestra, inveni et aram, in qua scriptum erat: IGNOTO DEO. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis. Deus, qui fecit mundum, et omnia que in eo sunt, hic celi et terre cum sit Dominus, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, cum ipse det omnibus vitam et inspirationem, et omnia: fecitque ex uno omne genus hominum inhabitare super universam faciem terre, definiens statuta tempora, et terminos habitationis eorum, querere Deum si forte attrectent eum, aut inveniant, quamvis non longe sit ab unoquoque nostrum. In ipso enim vivimus, et movemur, et sumus: sicut et quidam vestrorum poetarum dixerunt: Ipsius enim et genus sumus. Genus ergo cum simus Dei non debemus estimare auro et argento, aut lapidi, sculpture artis, et cogitationis hominis, Divinum esse simile. Et tempora quidem huius ignorantie despiciens Deus, nunc annunciat hominibus ut omnes ubique penitentiam agant, eo quod statuit diem, in quo iudicaturus est orbem in equitate, in viro, in quo statuit, fidem prebens omnibus, suscitans eum a mortuis. Cum audissent autem resurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam vero dixerunt: Audiemus te de hoc iterum. Sic Paulus exivit de medio eorum. Quidam vero viri adherentes ei, crediderunt: in quibus et Dionysius Areopagita, et mulier nomine Damaris, et alij cum eis. Graduale.

Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. ℣. Laqueus contritus est, et nos liberati sumus: adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit celum et terram. Alleluia, alleluia. ℣. Iusti epulentur, et exultent in conspectu Dei, et delectentur in letitia, Alleluia. Ps. 125.

Euangelium. Descendens Jesus de monte. De communi plurium mart. folio 187.

Offertorium. Exultabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis: exultationes Dei in faucibus eorum, alleluia. Ps. 149.

Secreta.

OBlata tibi Domine munera populi tui, pro tuorum honore sanctorum martyrum Dionysij, Rustici, et Eleutherij, suscipe propitius, quesumus, et eorum nos intercessione sanctifica. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Communio. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his, qui vos persequuntur. Luc. 12.

Postcommunio.

SUmptis Domine sacramentis, que sumus: ut intercedentibus beatis martyribus tuis Dionysio, Rustico, et Eleutherio, ad redemptionis eterne proficiamus augmentum. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Die 15. SANCTI CALISTI Papę & martyris. Introitus.

Dan. 3. Acerdotes Dei benedicite Dominum, sancti & humiles corde laudate Deum. Ps. Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate & superexaltate eum in sęcula. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper & in sęcula sęculorum, Amen. Oratio.

DEus, qui nos conspicis ex nostra infirmitate deficere: ad amorē tuū nos misericorditer per sanctorum tuorū exempla restaura. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Epistola. Omnis pontifex. De communi confess. pontif. folio 189. Graduale.

Ps. 88. Inueni Dauid seruum meū, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meū confortabit eū. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis nō nocebit ei. Alleluia, alle-

Eccl. 45. luia. ℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum: stolam glorię induit eum, Alleluia. Euangelium. Siquis venit ad me. De communi marty. pont. fol. 182.

Ps. 88. Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

MYstica nobis Domine prosit oblatio: quę nos & a reatibus nostris expediat, & perpetua saluatione confirmet. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit. &c.

Mat. 24 Communio. Beatus seruus, quem cum venerit Dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

QVęsumus omnipotens Deus: vt reatum nostrum munera sacra purificent: & recte viuendi nobis operentur effectum. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum.

SANCTI LVCAE Euangelistę. Introitus. Die 18.

Ihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. Ps. 138. Psalmus. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Oratio.

INterueniat pro nobis, quęsumus Dñe, sanctus tuus Lucas Euangelista: qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portauit. Per Dominum nostrum.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRatres: Gratias ago Deo, qui dedit eamdem solicitudinem pro vobis in corde Titi, quoniam exhortationem quidem suscepit: sed cum solicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos. 2. cap. 8. Misimus etiam cum illo fratrem nostrū, cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias: non solum autem, sed & ordinatus est ab Ecclesijs comes peregrinationis nostrę in hanc gratiam, quę ministratur a nobis ad Domini gloriam, & destinatā voluntatē nostrā: deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quę ministratur a vobis in Domini gloriam. Prouidemus enim bona, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Misimus autem cum illis & fratrem nostrum, quem probauimus in multis sępe solicitum esse: nunc autem multo solicitiorem, confidentia multa in vos, siue pro Tito, qui est socius meus, & in vobis adiutor, siue fratres nostri, Apostoli Ecclesiarum, gloria Christi. Ostensionē ergo, quę est charitatis vestrę, & nostrę glorię pro vobis, in illos ostendite in facie Ecclesiarum. Graduale.

In omnem terram exiuit sonus eorum: Ps. 18.

et in fines orbis terre verba eorum. ℣. Celi enarrant gloriam Dei: et opera manuū eius annunciat firmamentum. Alleluia,
Io. 15. alleluia. ℣. Ego vos elegi de mundo: vt eatis, et fructum afferatis: et fructus vester maneat. Alleluia.
Sequentia sancti Euangelij sm Lucam.
Cap. 10. In illo tempore: Designauit Dñs et alios septuagintaduos, et misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem et locum, quo erat ipse venturus. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dñm messis vt mittat operarios in messem suā. Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculū, neque perā, neque calceamenta, et neminem per viā salutaueritis. In quamcūque domū intraueritis, primum dicite: pax huic domui: et si ibi fuerit filius pacis, requiescet sup illum pax vestra: sin autem, ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete edentes et bibentes, q̄ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Nolite trāsire de domo in domū. Et in quācūque ciuitatem intraueritis, et susceperint vos, manducate q̄ apponūtur vobis: et curate infirmos, q in illa sunt, et dicite illis: Appropinquauit i vos regnū Dei. Credo.
Ps. 20. Offertorium. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.
Donis celestibus da nobis, q̄s Domine, libera tibi mente seruire: vt munera q̄ deferimus, interueniente beato Euangelista tuo Luca, et medelam nobis operētur, et gloriam. Per Dñm nostrū.
Prefatio de Apostolis. folio 90.
Communio. Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Postcommunio.
Presta, quesumus omnipotens Deus: vt, quod de sancto altari tuo accepimus: precibus beati Euangeliste tui Luce, sanctificet animas nostras, per

quod tuti esse possimus. Per Dominum nostrum Jesum Christum. etc.
℃ Sancti Hilarionis Abbatis. Missa. Die 21.
Os iusti. de cōi vnius Abbatis. fol. 192.
Et pro cōm. S. Ursule et sociarum. Oro.
Da nobis quesumus. vt in cōmuni plurium virginum, et martyrum. folio 193.
℃ Sanctorū martyrum Chrisanti et Darie. Missa. Intret in conspectu tuo. de cōi plurium martyrum. fol. 186. excepta oratione, que dicitur vt infra. Oratio. Die 25.
Beatorum martyrum tuorum Domine, Chrisanti et Darie, quesum⁹, adsit nobis oratio: vt, quos veneramur obsequio, eorum pium iugiter experiamur auxiliū. Per Dominum nostrum. Secreta.
Populi tui, quesumus Domine, tibi grata sit hostia: que in natalitijs sanctorum martyrum tuorum Chrisanti et Darie sollemniter immolatur. Per Dominum nostrum. Postcommunio.
Mysticis Domine repleti sumus votis, et gaudijs: presta quesumus: vt intercessionibus sanctorū martyrū tuorum Chrisanti et Darie, que temporaliter agimus, spiritualiter cōsequamur. Per.
℃ S. Euaristi pape et martyris. Missa. Die 26.
Statuit. de cōi vnius mart. pont. f. 182.
℃ In Vigilia Apostolorum Simonis et Iude. Introitus. Die 27.
Intret in conspectu tuo Dñe gemitus cōpeditorū, redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica Domine sanguinem sanctorū tuorum, qui effusus est. Ps. Deus, venerunt gētes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Jerusalem in pomorū custodiā. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spūi sancto. Oro. Ps. 78.
Concede, quesumus omnipotens Deus: vt sicut Apostolorum tuorum Simonis et Iude gloriosa natalitia preueni-

prętenimus: sic ad tua beneficia promerenda, maiestatem tuā pro nobis ipsi pręueniant. Per Dominum nostrum. Secunda oṝo de S. Maria. Concede. Tertia Ecclesię. vel pro Papa. f. 149. Epistola. Spectaculum facti sumus. de cōmuni confessoris nō pontificis. f. 191.
fo. 78. Graduale. Vindica Domine sanguinē sanctorum tuorum, qui effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruorum tuorum Domine escas volatilibus cęli: carnes sanctorum tuorum bestijs terrę. Euang. Ego sum vitis vera, & Pater. vt in cōmuni mart. tempore Paschali. fol. 184. Offertorium. Exultabunt sancti in gloria lętabūtur in cubilibus suis: exaltationes Dei in faucibus eorum. Secreta.

Muneribus nostris Dñe, sanctorum Apostolorum tuorum Simonis & Judę festa pręcedimus, te suppliciter deprecantes: vt, quę cōscientię nostrę prępediunt obstaculis, illorum meritis grata reddantur. Per Dominum nostrum. Alia Secreta. Tua Domine. Tertia. Ecclesię. vel Oblatis. Communio.

Posuerunt mortalia seruorum tuorum Domine escas volatilibus cęli: carnes sanctorum tuorum bestijs terrę: secundū magnitudinem brachij tui posside filios morte punitorum. Postcommunio.

Sumpto Dñe sacramento suppliciter deprecamur: vt intercedentibus beatis Apostolis tuis Simone & Juda, quod temporaliter gerimus, ad vitā capiamus ęternam. Per Dñm nostrum. Secunda Postcommunio. Sumptis. Tertia. Quęsumus. vel Hęc nos.

Die 28. ¶ Sanctorum Apostolorum Simonis & Judę. Introitus.

fo. 138. 
Mihi autem nimis honorati sunt amici tui De⁹: nimis confortatus est principatus eorū. psal. Dñe probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Deus, qui nos per beatos Apostolos tuos Simonem & Judam ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: da nobis, eorum gloriam sempiternam & proficiendo celebrare, & celebrando proficere. Per Dominum nostrum. Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

Fratres: Unicuiq; nostrum data est gratia secundū mensurā donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autē ascendit, quid est, nisi quia & descēdit primum in inferiores partes terrę. Qui descēdit, ipse est & qui ascēdit super omnes cęlos, vt impleret oīa. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autē Prophetas, alios vero Euangelistas, alios aūt pastores, & doctores ad cōsummationē sanctorū, in opus ministerij, in ędificationē corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatē fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ętatis plenitudinis Christi. Cap. 4.
Graduale. Constitues eos principes super omnem terrā: memores erunt nominis tui Dñe. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi cōfitebūtur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorū, Alleluia. fo. 44.
Sequentia sancti Euāgelij sm Joannem.

In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis: Hęc mādo vobis, vt diligatis inuicem. Si mūdus vos odit: scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis: mundus quod suum erat, diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mūdo, propterea odit vos mūdus. Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: Nō est seruus maior domino suo. Si me persecuti Cap. 15.

sunt,

sunt, & vos persequentur: si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt. Sed hęc omnia faciēt vobis propter nomen meum: quia nesciunt eum, qui misit me. Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem nō habent de peccato suo. Qui me odit: & Patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis, quę nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt, & oderunt, & me & Patrem meū. Sed vt impleatur sermo, qui in lege eorū scriptus est, Quia odio habuerunt me gratis. dicitur Credo.

fo. 18. Offertorium. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrę verba eorum. Secreta.

Gloriam Dñe sanctorum Apostolorum tuorum perpetuam venerantes, quęsumus: vt eā sacris mysteriis expiati dignius celebremus. Per Dñm.

Prefatio de Apostolis. folio 90.

Mat. 19 Communio. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Postcommunio.

Perceptis Dñe sacramētis, suppliciter exoramus: vt intercedentibus beatis Apostolis tuis Simone & Iuda, quę pro illorum veneranda gerimus passione, nobis proficiāt ad medelam. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

IN VIGILIA OMNIVM Sanctorum. Introitus.



Iudicant sancti gentes, & dominantur populis: & regnabit Dominus Deus illorū in perpetuū. ps. Exultate iusti in Domino, rectos decet collaudatio. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. &c. non dicitur. Gloria in Excelsis Deo. Oratio.

Domine De⁹ noster, multiplica super nos gratiam tuā: & quorū prę uenimus gloriosa sollemnia, tribue subsequi in sancta promissione lętitiam. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Secunda oro de Spiritu sancto. Deus qui corda fidelium. tertia. Ecclesię tuę. vel pro Papa. Deus omnium fideliū.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli.

In diebus illis: Ecce ego Ioannes Cap. 5. vidi in medio throni, & quattuor animalium, & in medio seniorum, agnū stantem tamquā occisum, habentē cornua septē, & oculos septem: qui sunt septē spiritus Dei, missi in omnē terrā. Et venit, & accepit de dextera sedentis in throno librū. Et cū aperuisset librū, quattuor animalia, & vigintiquattuor seniores ceciderūt corā agno, habētes singuli citharas & phialas aureas plenas odoramentorum, quę sunt orationes sanctorum: & cantabant canticum nouum, dicētes: dignus es Dñe accipere librum, & aperire signacula eius, quoniā occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu & lingua, & populo, & natione: & fecisti nos Deo nostro regnū & sacerdotes, & regnabimus super terram. Et vidi, & audiui vocem angelorū multorū in circuitu throni, & animalium, & seniorum: & erat numerus eorum millia millium dicētium voce magna: Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatē, & sapientiā, & fortitudinē, & honorē, & gloriā, & benedictionē, in sęcula sęculorū. Amē.

Grad. Exultabūt sācti in gloria: lętabūtur in cubilib⁹ suis. fo. 149. ℣. Cātate Dño cāticū nouū laus eius in Ecclesia sanctorū.

Euang. Descendens Iesus de monte. de communi plurium martyrū. fol. 187.

Offertorium. Exultabunt sancti in gloria: lętabūtur in cubilibus suis, exaltationes Dei in faucibus eorum. Secreta.

Altare tuū Domine Deus muneribus cumulamus oblatis: da quęsumus,

sumus, vt ad salutem nostram, omnium sanctorum tuorum precatione proficiat, quorum sollemnia ventura precurrimus. Per Dominum nostrũ Jesum Christũ.
Sap. 3. Communio. Iustorum animę in manu Dei sunt, & nõ tãget illos tormentũ mortis: visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Postcommunio.
Sacramentis Dñe & gaudijs optata celebritate expletis, quęsumus: vt eorum precibus adiuuemur, quorum recordationibus exhibentur. Per Dominum nostrum Jesum Christum filiũ tuũ.

NOVEMBRIS FESTA.

Die 1. IN DIE OMNIVM Sanctorum. Introitus.



Gaudeamus omnes in Domino diem festũ celebrãtes sub honore sãctorum omniũ: de quorum sollemnitate gaudent Angeli, & collaudant filiũ Dei.
Ps. 16. Ps. Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spũi sancto. Orõ.
Omnipotens sempiterne Deus, qui nos omnium sanctorum tuorũ merita sub vna tribuisti celebritate venerari: quęsumus, vt desideratã nobis tuę propitiationis abundantiam, multiplicatis intercessoribus largiaris. Per Dominum.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Cap. 7. In diebus illis. Ecce, ego Joannes vidi alterũ Angelũ ascẽdẽtẽ ab ortu solis, habentem signum Dei viui: & clamauit voce magna quattuor Angelis, q̃bus datũ est nocere terrę, & mari, dicens: Nolite nocere terrę & mari, neque arboribus, quoadusq; signem⁹ seruos Dei nostri in frontibus eorum. Et audiui numerum signatorũ cẽtum quadraginta quattuor millia signati, ex omni tribu filiorum Israel. Ex tribu Juda, duodecim millia signati: Ex tribu Ruben duodecim millia signati: Ex tribu Gad duodeciʒ millia signati: Ex tribu Aser duodecim millia signati: Ex tribu Nephtali duodecim millia signati: Ex tribu Manasse duodecim millia signati: Ex tribu Simeõ duodeciʒ millia signati: Ex tribu Leui duodecim millia signati: Ex tribu Issachar duodecĩ millia signati: Ex tribu Zabulon duodecim millia signati: Ex tribu Joseph duodecim millia signati: Ex tribu Beniamin duodecim millia signati. Post hęc vidi turbã magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gẽtibus, & tribubus, & populis, & linguis: stantes ante thronũ & in cõspectu Agni, amicti stolis albis, & palmę in manibus eorũ: & clamabant voce magna dicẽtes: Salus Deo nostro, q̃ sedet sup thronũ, & Agno. Et oẽs Angeli stabant in circuitu throni, & seniorum, & quattuor animalium: & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerũt Deum dicentes, Amen. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virt⁹, & fortitudo Deo nostro in sęcula sęculorum, Amen. Grad.
Timete Dñm omnes sancti eius, q̃m nihil deest timẽtibus eum. ℣. Inquirentes autẽ Dñm, nõ deficient oĩ bono. Alla, alla. ℣. Venete ad me oẽs, qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos, Allel. Ps. 33.

Sequentia sancti Euang. sm Matthęũ.

In illo tempore: Videns Jesus turbas, ascendit in montẽ, & cum sedisset, accesserũt ad eũ discipuli eius, & aperiẽs os suum docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu: quoniã ipsorũ est regnum cęlorum. Beati mites: quoniã ipsi possidebũt terrã. Beati, qui lugent: quoniã ipsi cõsolabuntur. Beati qui esuriũt, & sitiunt iustitiam: quoniã ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniã ipsi misericordiam cõsequentur. Beati mundo Cap. 5.

corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur. Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cęlorum. Beati estis, cum maledixerint vobis homines, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum aduersum vos mentientes, propter me: gaudete, et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cęlis. dicitur Credo.

Sap. 3. Offertorium. Iustorum animę in manu Dei sunt: et non tanget illos tormentum mortis: visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace.

Secreta.

Munera tibi Domine nostrę deuotionis offerimus: quę et pro cunctorum tibi grata sint honore iustorum, et nobis salutaria te miserante reddantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Matt. 5. Communio. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt: beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur: beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cęlorum. Postcommunio.

Da, quęsumus Domine, fidelibus populis omnium sanctorum tuorum semper veneratione lętari: et eorum perpetua supplicatione muniri. Per Dñm.

¶ Infra octauam omnium sanctorum, et in die octaua, Missa dicitur sicut in die. Sed infra octauam secunda oratio de Spiritu sancto. Deus, qui corda fidelium. Tertia Ecclesię tuę. vel pro papa. De festis duplicibus et semiduplicibus infra eam occurrentibus, fit cum commemor. octauę. De simplicibus autem fit tantum commemoratio.

¶ Secunda die fit commemoratio omnium fidelium Defunctorum: et dicitur Missa. Requiem ęternam dona. quę loco suo circa finem Missalis habetur. 210. Si autem secunda dies fuerit Dominica, dicta commemorat. Defunct. fit feria ij.

¶ Pro commemor. sanctorum martyrum Vitalis et Agricolę. Oratio.

Presta, quęsumus omnipotens Deus: vt, qui sanctorum martyrum tuorum Vitalis et Agricolę sollennia colimus, eorum apud te intercessionibus adiuuemur. Per Dñm.

Tertia oratio de Spiritu sancto, nisi venerit in Dñica, quia tunc tertia erit de sanctis. Sec.

Oblatis, quęsumus Domine, placare muneribus: et intercedentibus sanctis martyribus tuis Vitale et Agricola, a cunctis nos defende periculis. Per Dominum. Postcommunio.

Hęc nos communio Domine, purget a crimine: et intercedentibus sanctis martyribus tuis Vitale et Agricola, cęlestis remedij faciat esse consortes. Per.

¶ In die octaua omnium sanctorum de Missa, vt in die, cum com. sanctorum martyrum Quattuor Coronatorum. Oratio. Die 8.

Presta, quęsumus omnipotens Deus: vt, qui gloriosos martyres fortes in sua confessione cognouimus: pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per. Secr.

Benedictio tua Dñe larga descendat: quę et munera nostra deprecantibus sanctis martyribus tuis tibi reddat accepta, et nobis sacramentum redemptionis efficiat. Per Dñm. Postcommunio.

Cęlestibus refecti sacramentis et gaudijs, supplices te Domine deprecamur: vt quorum gloriamur triumphis, protegamur auxilijs. Per Dñm nostrum.

¶ In Dedicatione Basilicę Saluatoris de Missa. Terribilis est locus. de communi Dedic. Ecclesię. 195. et pro commemor. sancti Theodori martyris. Oratio. Die 9.

Deus, qui nos beati Theodori martyris tui confessione gloriosa circundas, et protegis: presta nobis, ex eius imitatione proficere et oratione fulciri. Per Dñm. Secre.

S Uscipe Domine fideliꝰ preces cũ oblationibus hostiarum: & intercedente beato Theodoro martyre tuo, per hęc pię deuotionis officia ad cęlestẽ gloriam transeamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum. Postcõmunio.

P Resta nobis, quęsumus Domine intercedente beato Theodoro martyre tuo: vt, quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

Die 10. SANCTORUM MARTY. Triphonis, Respicij, & Nimphę. Intro.

Ps. 33. 

Clamauerũt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Ps. Benedicaꝫ Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Oratio.

F Ac nos, quęsumus Domine sanctorum martyrum tuorũ Triphonis, Respicij, & Nymphę semper festa sectari: quorum suffragijs protectionis tuę dona sentiamus. Per Dñm nostrum.

Epistola. Non sunt cõdignę passiones. de communi plurium martyrum. f. 188.

Ps. 78. Graduale. Vindica Dñe sanguinẽ sanctorum tuorum, qui effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruorum tuorum escas volatilibus cęli, carnes sanctorum tuorũ bestijs terrę. Alleluia, alleluia. ℣. Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius, alleluia. Euangelium.

Attendite a fermento. de eodẽ cõi. f. 188.

Ps. 31. Offert. Lętamini in Dño, & exultate iusti: & gloriamini oẽs recti corde. Secreta.

M Unera tibi Domine nostrę deuotionis offerimus, quę & pro tuorum tibi grata sint honore iustorum, & nobis salutaria te miserante reddantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Mat. 12. Communio. Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cęlis est: ipse meus frater, & soror, & mater est, dicit Dominus. Postcommunio.

P Resta nobis, quęsumus Domine, intercedẽtibus sanctis martyribus tuis Triphone, Respicio, & Nympha: vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum nostrum.

SANCTI MARTINI Die 11.

Episcopi & confessoris. Introitus.

Eccl. 45 

Statuit ei Dominus testamẽtum pacis: & principem fecit eum, vt sit illi sacerdotij dignitas in ęternuꝫ. Ps. Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Oratio.

D Eus, qui conspicis, quia ex nulla nostra virtute subsistimus: cõcede propitius: vt, intercessione beati Martini confessoris tui atqꝫ pontificis contra oĩa aduersa muniamur. Per Dñm nostruꝫ.

Deinde fit cõm. S. Mennę mart. Oõ.

Presta q̃s omnipotens Deus: vt q bea. Cum sua Secreta, & Postcommunione, vt in communi vnius martyris. fol. 183.

Epistola. Ecce sacerdos magnus. de communi confessoris põtificis. fol. 189.

Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui Eccl. 44 in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem Excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir sanctus Martinus, vrbis Turonis Episcopus, requieuit: quem susceperunt Angeli, atqꝫ Archangeli, Throni, Dominationes, & Uirtutes, Alleluia.

Euangelium. Nemo accendit lucernaꝫ. de eodem communi. folio 190.

Offertorium. Ueritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Ps. 88. Secreta.

D A, misericors Deus: vt hęc nos salutaris oblatio, & a proprijs reatibꝰ indesinẽter expediat, & ab omnibus tueatur aduersis. Per Dominum nostrum.

Communio. Beatus seruus, quem cum

venerit

venerit Dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis: super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

Presta, quesumus, Domine Deus noster: vt quorum festiuitate votiua sunt sacramenta, eorum nobis salutaria intercessione reddantur. Per Dominum.

Die 12. ¶ In festo S. Martini pape & m. Missa. Sacerdotes Dei. de cōi vni[9] m. pōt. 189.

Die 17. SANCTI GREGORII Thaumaturgi, epi & confess. Intr.

Eccl. 45. Statuit ei Dominus testamentū pacis: & principem fecit euz, vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. Ps. Memēto Ps. 131. Domine Dauid: & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Oratio.

Da, quesumus omnipotens Deus: vt, beati Gregorij confessoris tui atque pontificis veneranda sollemnitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Sapientie.

Eccl. 44. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus: & in tempore iracundie factus est reconciliatio. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Ideo iureiurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentuz suum confirmauit super caput eius. Cognouit euz in benedictionibus suis: conseruauit illi misericordiam suam: & inuenit gratiam coram oculis Domini. Magnificauit eū in conspectu regum: & dedit illi coronam glorie. Statuit illi testamentum sempiternum: & dedit illi sacerdotiuz magnum: & beatificauit illum in gloria. Fungi sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius: & offerre illi incensum dignū in odorem suauitatis.

Eccl. 44 Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem Excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu Ps. 109. es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech, alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Habete fidez Dei: amen Cap. 11. dico vobis, quia quicumque dixerit huic monti: Tollere, & mittere in mare, & non hesitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcumque dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis, omnia quecumque orantes petitis: credite quia accipietis, & euenient vobis.

Offertorium. Inueni Dauid seruum Ps. 88. meum, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. Secreta.

Sancti tui, quesumus Domine, nos vbique letificēt: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per Dominum nostrū Jesum Christū.

Communio. Fidelis seruus, & prudens Mat. 24 quem constituit Dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcommunio.

Presta, quesum[9] omnipotens Deuz: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedēte beato Gregorio confessore tuo atque pontifice, beneficia potiora sumamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuuz: Qui tecum viuit, & regnat in vnitate.

¶ In Dedicatione Basilice sanctorum Die 18. Apostolorum Petri & Pauli. Missa. Terribilis est. de communi dedicationis ecclesie. folio 195.

¶ S. Pontiani pape & martyris. Missa. Statuit ei Dominus. de communi vnius marty. pontifi. folio 182.

¶ Presentatio Beate Marie Virg. vt Die 21. in Natiuitate, mutato nomine Natiuita. in nomen Presentationis.

SAN-

Die 22. SANCTAE CECILIAE virginis & martyris. Introitus.

LOquebar de testimonijs tuis in conspectu regũ, & non confundebar: & meditabar in mandatis tuis, que dilexi nimis.
Ps. 118. Psal. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio. Oratio.

DEus, qui nos annua beate Cecilie virginis & martyris tue sollemnitate letificas: da, vt quam veneramur officio, etiam pie conuersationis sequamur exemplo. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum.
Epistola. Domine Deus meus. De communi virginis & martyris. folio 193.
Ps. 44. Gradua. Audi filia, & vide: & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. ℣. Specie tua & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna. Alleluia, alleluia.
Mat. 25 ℣. Quinque prudẽtes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiam Christo Domino, Alleluia.
Euangelium. Simile est regnum celorum decem virginibus. De eodem com. f. 193.
Ps. 44. Offertorium. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi.

Secreta.

HAec hostia, Domine placationis & laudis, quesumus: vt intercedente beata Cecilia martyre tua, nos propitiatione tua dignos semp efficiat. Per Dominum nostrum Jesum Christum.
Ps. 118. Cõmunio. Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor: & meditabor in tuis iustificationibus, vt non confundar. Postcommunio.

SAtiasti Domine familiam tuam muneribus sacris: eius quesumus semper interuentione nos refoue, cuius sollemnia celebramus. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

SANCTI CLEMENTIS Die 23.
Pape & martyris. Introitus.

DIcit Dominus: Sermones mei, quos dedi in os tuum, non deficiẽt de ore tuo: & munera tua accepta erunt super altare meum. Ps. Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Oratio.

DEus, qui nos annua beati Clementis martyris tui atque pontificis sollemnitate letificas: concede propitius: vt, cuius natalitia colimus, virtutem quoque passionis imitemur. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

¶ Pro cõm. S. Felicitatis mart. Oõ.

PResta, quesumus oĩpotens Deus: vt beate Felicitatis martyris tue sollemnia recẽsentes, & meritis ipsius protegamur, & precibus. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.
Tertia Oratio. A cunctis. folio 206.
Epistola. Imitatores mei estote. vt in Dñica xxiij. post Pentecosten. fol. 134.
Gradua. Iurauit Dñs, & non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum secundũ ordinẽ Melchisedech. Ps. 109. ℣. Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis. Alleluia, alleluia. ℣. Hic est sacerdos, quem coronauit Dominus, Alleluia.
Euangelium. Vigilate, quia nescitis. De communi confessoris põtificis. f. 189.
Offertorium. Veritas mea & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

MUnera tibi Domine oblata sanctifica: & intercedente beato Clemẽte martyre tuo atque pontifice, per hec nos a peccatorum nostrorum maculis emũda. Per Dñm nostrum Jesum Christũ.

¶ Pro

¶ Pro commemor. sanctę Felicitatis. Secreta.

Vota populi tui Domine propitiatus intēde: & cuius nos tribuis solemnia celebrare, fac gaudere suffragijs.

Mat. 24 Communio. Beatus seruus, quem cum venerit Dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

Corporis sacri, & pretiosi sanguinis repleti libamine, quęsumus Domine Deus noster: vt, quod pia deuotione gerimus, intercedente beato Clemente martyre tuo atque pōtifice, certa redemptione capiamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. &c.

Pro commemor. sanctę Felicitatis. Postcommunio.

Supplices te rogamus omnipotens Deus: vt intercedentibus sanctis tuis, & tua in nobis dona multiplices, & tempora nostra disponas.

Die 24. ¶ S. Chrysogoni martyris. In virtute tua Dñe. De cōi vnius mart. fol. 183. pter oratione, quę dicitur vt infra. Orō.

Adesto Domine supplicationib⁹ nostris: vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beati Chrysogoni martyris tui intercessione liberemur. Per Dñm nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum. &c. Secreta.

Oblatis, quęsumus Dñe, placare munerib⁹: & ītercedēte beato Chrysogono martyre tuo, a cūctis nos defende periculis. Per Dominum nostrum Jesum Christum. Postcommunio.

Tui Domine perceptione sacramēti, & a nostris mūdemur occultis, & ab hostium liberemur insidijs. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus: per omnia sęcula sęculorum. Amen.

SANCTÆ CATHARINÆ Die 25.
Virginis & martyris. Introitus.

Loquebar d̄ testimonijs tuis in conspectu regū, & non confundebar: & meditabar in mandatis tuis, quę dilexi nimis. Ps. Beati immaculati Ps. 118. in via: qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria Patri, & Filio. &c. Oratio.

Deus, qui dedisti legem Moysi in summitate montis Sinai: & in eodē loco per sanctos Angelos tuos corpus beatę Catharinę virginis & martyris tuę mirabiliter collocasti: pręsta, quęsumus, vt, eius meritis & intercessione, ad montē qui Christus est, peruenire valeamus. Per eumdem Dominum nostrum. &c.

Epla. Confitebor tibi Dñe rex. De cōi vnius virg. & mart. fol. 192. Graduale. Dilexisti iustitiā, & odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lętitię. Alleluia, alleluia. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi in lętitia, Alleluia.

Euang. Simile est regnum cęlorum decem virginibus. De eodem cōmuni. 192.

Offert. Adducentur regi virgines post Ps. 44. eā: proximę eius afferent tibi. Secreta.

Suscipe Dñe munera, q̄ i beatę Catharinę virginis & martyris tuę solemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per Dominū.

Cōm. Confundantur superbi: qa iniuste inīqtatē fecerūt in me: ego aūt in mādatis tuis exercebor, & meditabor in tuis iustificationibus, vt non confundar. Postcō.

Auxilietur nobis Dñe sumpta mysteria: & intercedēte beata Catharina virgine, & martyre tua, sempiterna faciant protectione gaudere. Per Dñm.

¶ S. Petri Alexādrini epi & martyris. Missa. Statuit ei Dñs. De cōi vnius m. pont. 182. Explicit Propriū sanctorū.


ECCE AGNVS

COMMVNE SANCTORVM.

IN VIGILIA VNIVS Apostoli. Introitus.


Ego autē sicut oliua fructificaui in domo Domini: speraui in misericordia Dei mei: & expectabo nomen tuū: quoniam bonū est ante conspectum sanctorum tuorum. psal. Quid gloriaris in malitia: qui potens es in iniquitate? ℣. Gloria Patri. Oratio.

Da, quęsumus omnipotens Deus: vt beati N. Apostoli tui, quaȝ pręuenim⁹, venerāda sollemnitas, & deuotionem nobis augeat, & salutez. Per Dñm.

Lectio libri Sapientię.

Ecl. 44. 45. Benedictio Domini super caput iusti. Ideo dedit illi Dominus hereditatez, & diuisit ei partē in tribubus duodecim, & inuenit gratiam in conspectu omnis carnis. Magnificauit eum in timore inimicorum, & in verbis suis monstra placauit. Glorificauit eum in cōspectu regum, & ostendit illi gloriam suam. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. Et dedit illi coram pręcepta, & legem vitę & disciplinę: & excelsum fecit illum. Statuit illi testamentum ęternum, & circumcinxit eum zona iustitię, & induit eum Dominus coronam glorię. Graduale.

Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur i domo Dñi. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.

Sequentia sancti Euang. sm Joannem.

Cap. 15 In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis: Hoc est pręceptum meum vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionē nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis, quę ego pręcipio vobis. Jam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quęcumque audiui a Patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos, & posui vos vt eatis, & fructum afferatis: & fructus vester maneat: vt quodcumque petieritis Patrez in nomine meo, det vobis.

Offertorium. Gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum Domine. Ps. 8. Secreta.

Apostolici reuerentia culminis offerim⁹ tibi Dñe munera sacris mysterijs imbuendi: pręsta quęsumus Dñe: vt beati Apostoli tui N. suffragijs, cuius natalitia pręuenimus: hęc plebs tua semper & sua vota depromat, & desiderata percipiat. Per dominum nostrum.

Communio. Magna est gloria eius in salutari tuo, gloriam & magnum decorem impones super eum Domine. Ps. 20. Postcō.

Sancti Apostoli tui N. q̄s Dñe, supplicatione placatus, & veniaȝ nobis tribue, & remedia sēpiterna ꝓcede. Per.

¶ In Natalitijs Apostolor, & Euāgelistar, oīa vt suis locis in ꝓprio Sāctorū.

IN COMMVNI Unius mart. pont. Introitus.


Statuit ei Dñs testamētum pacis: & principem fecit euȝ: vt sit illi sacerdotij dignitas i ęternū. Ecd. 45 Ps. Memēto Dñe Dauid: & oīs mansuetudinis eius. ℣. Gloria Patri, &c. Ps. 131 Oratio.

Infirmitatem nostram respice omnipotens Deus: & quia pōdus proprię actionis grauat, beati N. martyris tui atque pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum nostruȝ.

Lectio Epistolę B. Jacobi Apostoli.

Charissimi: Beatus vir, qui suffert tentationē: quoniā cum probatus fuerit Cap. 1.

fuerit, accipiet coronam vitę: quā repromisit Deus diligentibus se. Nemo cum tentatur, dicat quoniam a Deo tentatur: Deus enim intentator malorum est, ipse autem neminem tentat. Unusquisque vero tētatur a cōcupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatū vero cū cōsummatū fuerit, generat mortem. Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi. Omne datum optimū, & omne donum perfectū desursum est, descēdens a Patre luminum: apud quem nō est trāsmutatio, nec vicissitudinis obumbratio: voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturę eius.

Ps. 88. Graduale. Inueni Dauid seruum meū: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum cōfortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei.

Ps. 109. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech, alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Ps. 20. Desiderium animę eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Quoniam pręuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

Sequentia sancti Euangelij sm Lucam.

Cap. 14. In illo tempore: Dixit Iesus turbis: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ędificare, non prius sedens computat sumptus, qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum, ne, postquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes, qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: Quia hic homo cępit ędificare & non potuit consummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduersus aliū regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decē millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? alioquin adhuc illo lōge agēte, legationē mittēs rogat ea, q̄ pacis sunt. Sic ergo oīs ex vobis, qui nō renunciat omnibus, quę possidet, non potest meus esse discipulus.

Offertorium. Ueritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Ps. 88.

Secreta.

Hostias tibi dicatas Dñe meritis beati N. martyris tui atq; pōtificis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dñm.

Comunio. Semel iuraui in sancto meo, semē ei⁹ in ęternū manebit: & sedes eius sicut sol i cōspectu meo, & sicut luna pfecta in ęternū: & testis in cęlo fidelis. Postc.

Refecti participatione muneris sacri, q̄s Dñe Deus nr̄: vt cuius exequimur cultū itercedēte beato N. martyre tuo atque pōtifice, sentiamus effectū. p.

¶ De eodem cōi alia Missa. Introitus.

Sacerdotes Dei bñdicite Dñm: sancti & humiles corde laudate Deū. Dan. 3. Ps. Bñdicite oīa opera Domini Dño: laudate, & superexaltate eum in secula. ℣. Gloria Patri, & Filio. Oratio.

Deus, qui nos beati N. martyris tui atque pōtificis, annua sollennitate lętificas: cōcede propitius: vt, cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dñm nostrū.

Lect. Ep̄lę B. Pauli Ap̄li ad Corint.

Fratres: Benedictus Deus & Pr̄ Dñi nostri Iesu Christi, Pr̄ misericordiarū, & Deus totius cōsolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pręssura sūt, per exhortationem, qua exhortamur & ipsi a Deo. Quo- 2. Cap. 1.

niam

niam sicut abundant passiones Christi in nobis: ita et per Christum abūdat consolatio nostra. Siue autem tribulamur pro vestra exhortatione, et salute, siue consolamur, pro vestra consolatione, siue exhortamur pro vestra exhortatione et salute, que operatur tolerātiam earumdem passionum, quas et nos patimur: vt spes nostra firma sit pro vobis: scientes quod sicut socij passionum estis, sic eritis et consolationis. In Christo Jesu Dño nostro.

Ps. 8. Graduale. Gloria et honore coronasti eum. ℣. Et constituisti eum super opera manuum tuarum Domine. Alleluia, alleluia. ℣. Hic est sacerdos quem coronauit Dominus, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Ps. 111. Beatus vir, qui timet Dominū: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria et diuitie in domo eius: et iustitia eius manet in seculum seculi.

Sequentia sancti Euāgelij sm Mattheū.

Cap. 16. In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suā, et sequatur me. Qui enim voluerit animā suam saluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, anime vero sue detrimentū patiatur? Aut quam dabit homo cōmutationē pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis: et tunc reddet vnicuique secundum opera sua.

Ps. 88. Offerto. Inueni Dauid seruū meū, oleo sctō meo vnxi eū: manus eni mea auxiliabit ei, et brachiū meū cōfortabit eum. Secre.

Munera tibi Dñe dicata sanctifica: et intercedente beato N. martyre tuo atque pontifice, per eadem nos placatus intende. Per Dñm nostrum.

Ps. 20. Cōmunio. Posuisti Dñe in capite eius coronam de lapide pretioso. Postcom.

Hec nos communio Dñe purget a crimine: et intercedente beato N. martyre tuo atque pontifice: celestis remedij faciat esse consortes. Per Dñm.

¶ Epistole, et Euāgelia pro pot. et mart. assignata, legi possunt etiam pro mart. nō pont. Et que infra habentur de mart. nō pontif. etiā pro mart. pōtif. Itē pro mar. pont. legi possunt Epistole et Euangelia inferius assignata pro confess. pontifi. Epistole etiam et Euangelia, que in vna Missa de eodem cōi ponuntur, dici possunt in alijs Missis de eodem communi.

IN COMMVNI VNIVS Mart. non pont. Introitus.



In virtute tua Domine letabit iustus: et sup salutare tuum exultabit vehemēter: desiderium anime eius tribuisti ei. Ps. 20. Ps. Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Sicut erat. Oratio.

Presta quesumus omnipotēs Deus: vt qui beati N. martyris tui, natalitia colimus: intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per Dominū nostrum Jesum Christum filium tuum.

Lectio libri Sapientie.

Iustum deduxit Dñs p vias rectas, Cap. 10. et ostendit illi regnū Dei: et dedit illi scientiā sanctorum: honestauit illum in laboribus, et compleuit labores illius. In fraude circumuenientium illi affuit: et honestum fecit illum. Custodiuit eum ab inimicis, et a seductoribus tutauit illū, et certamen forte dedit illi vt vinceret, et sciret quoniam omnium potentior est sapientia. Hec venditum iustum non dereliquit, sed a peccatoribus liberauit eum: descenditque cum illo in foueam, et in vinculis non dereliquit eum, donec afferret illi sceptrum regni,

gni, & potentiam aduersus eos, qui eum deprimebant. Et mendaces ostendit, qui maculauerunt eum, & dedit illi claritatem eternam, Dominus Deus noster.
Ps. 111. Graduale. Beatus vir, qui timet Dñm: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potẽs in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. Alleluia, alleluia.
Ps. 20. ℣. Posuisti Domine super caput eius coronam de lapide pretioso, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Desiderium animę eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Quoniam pręuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

Sequẽtia sancti Euang. scdm Mattheum.

Cap. 10. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium. veni enim separare hominem aduersus patrem suũ, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam: & inimici hominis, domestici eius. Qui amat patrem, aut matrem plus quam me: non est me dignus, & qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Qui inuenit animam suã, perdet eam: & qui perdiderit animam suã propter me, inueniet eam. Qui recipit vos, me recipit: & qui recipit me, recipit eum, qui me misit. Qui recipit prophetã in nomine prophetę, mercedem prophetę accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Et quicunq; dederit vni ex minimis istis calicẽ aquę frigidę tantum in nomine discipuli: amẽ dico vobis, nõ perdet mercedẽ suã.
Ps. 8. Offertorium. Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum Domine. Secreta.

Muneribus nostris, quęsumus Dñe, precibusq; susceptis: & cęlestibus nos munda mysterijs, & clemẽter exaudi. Per Dñm nostrum Jesum Christum.
Communio. Qui vult venire post me, abneget semetipsũ, & tollat crucem suã, & sequatur me. Matt. 16. Postcommunio.

Da, quęsumus Dñe Deus noster: vt, sicut tuorum commemoratione sanctorũ temporali gratulamur officio: ita perpetuo lętemur aspectu. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

De eodem cõialia Missa. Introitus.



Lętabitur iustus in Domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde. Psal. Exaudi Deus orationem meã cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio. &c. Ps. 63. Oratio.

Presta quęsumus oĩpotens Deus: vt intercedente beato N. martyre tuo, & a cunctis aduersitatibus liberemur in corpore, & a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominũ nostrum Jesum Christum filium tuum.

Lectio Ep[isto]lę B. Pauli Ap[osto]li ad Tim.

Charissime. Memor esto Dominũ IESVM CHRISTVM resurrexisse a mortuis, ex semine Dauid, secundum Euangelium meum, in quo laboro vsq; ad vincula, quasi male operans sed verbum Dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur, quę est in Christo Jesu, cum gloria cęlesti. Tu autem assecutus es meam doctrinam institutionẽ, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiã, persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochię Iconij, & Lystris: quales persecutiones sustinui: & ex omnibus eripuit me Dominus. Et omnes qui volunt pie viuere in Christo Jesu, persecutiones patiuntur. 2. cap. 2. Cap. 3.
Graduale. Iustus cum ceciderit nõ collidetur,

lidetur, quia Dominus supponit manuz suam. ℣. Tota die miseretur, et commodat: et semen eius in benedictione erit. Alleluia, alleluia. ℣. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vitę ęternę, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Psal.111. Beatus vir, qui timet Dñm: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria et diuitię in domo eius: et iustitia eius manet in sęculuz sęculi.

Sequentia sancti Euāgelij sm Matthęū.

Cap.10 In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis: Nihil est opertum, quod nō reueletur: et occultum, quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: et quod in aure auditis, prędicate super tecta. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autē non possunt occidere, sed potius eum timete, qui potest et animam, et corpus perdere in gehennā. Nonne duo passeres asse vęneūt: et vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Vestri autez et capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo, qui cōfitebitur me coram hominibus: confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in cęlis est.

Psal.20. Offertorium. Posuisti Domine in capite eius coronam de lapide pretioso: vitaz petijt a te, et tribuisti ei, alleluia. Secreta.

Accepta sit in conspectu tuo Domine nostra deuotio: et eius nobis fiat supplicatione salutaris, pro cuius sollēnitate defertur. Per Dñm nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum.

Joā.12. Communio. Qui mihi ministrat, me sequatur: et vbi sum ego, illic et minister meus erit. Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri, quęsumus, Domine Deus noster, vt cuius exequimur cultum intercedente beato N. martyre tuo sentiamus effectum. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, et regnat in vnitate.

¶ Item alię Epistolę, et Euangelia, in Communi vnius martyris.

Lectio Epistolę beati Jacobi Apostoli.

Charissimi. Omne gaudiū existimate fratres mei, cum in tētationes varias incideritis: scientes quod probatio fidei vestrę patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habet: vt sitis perfecti et integri in nullo deficientes. Siquis autem vestruz indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter et non improperat: et dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hęsitans: qui enim hęsitat, similis est fluctui maris, qui a vēto mouetur, et circumfertur. non ergo existimet homo ille quod accipiat aliquid a Domino. Vir duplex animo inconstans est in omnibus vijs suis. Glorietur autez frater humilis in exaltatione sua, diues autē in humilitate sua, quoniam sicut flos fęni transibit: exortus est enim sol cuz ardore, et arefecit fęnum, et flos eius decidit, et decor vultus eius deperijt: ita et diues in itineribus suis marcescet. Beatus vir, qui suffert tentationem quoniam cū probatus fuerit, accipiet coronam vitę, quaz repromisit Deus diligentibus se. Cap. 1.

Lectio Epistolę beati Petri Apostoli.

Charissimi. Cōmunicantes Christi passionibus gaudete, vt et in reuelatione glorię eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in noīe Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, glorię, et virtutis Dei, et q est eius Spiritus, super vos requiescit. Nemo autē vestruz patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorū appetitor. Si autē vt Chriastianus, nō erubescat: glorificet autem Deuz in isto nomine, quoniam tempus est vt incipiat iudiciuz a domo Dei. Si autem primuz a nobis: quis finis eorum, 1.cap. 4.

rum, qui non credunt Dei Euangelio? Et, si iustus quidem vix saluabitur, impius ⁊ peccator vbi parebunt? Itaque ⁊ hi qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fideli creatori commendẽt animas suas in benefactis.

Sequentia sancti Euang. secundum Joannem.

Cap. 12. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Amen, amẽ dico vobis: nisi granum frumenti cadens in terram, mortuũ fuerit, ipsum solum manet. si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eã: ⁊ qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam ęternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur: ⁊ vbi ego sum, illic ⁊ minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus, qui est in cęlis.

IN COMMVNI
Martyrum tempore Paschali.

Scilicet a Dominica in Octaua Pasche, vsque ad Vigiliam Pentecostes.

De vno Martyre. Introitus.

Protexisti me De⁹ a conuentu malignantiũ, alleluia: a multitudine operantium iniquitatem, alleluia, allelu.
Ps. 63. Ps. Exaudi Deus orationẽ meã, cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. ℣. Gloria Patri, ⁊ Filio, ⁊ Spiritui sãcto. Sicut erat in principio.

Pro martyre, ⁊ pontifice. Oratio.

1 Infirmitatem nostram respice omnipotens Deus: ⁊ quia pondus proprię actionis grauat, beati N. martyris tui atque pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, ⁊ regnat in vnitate.

Pro martyre ⁊ pontifice, Alia Oratio.

2 Deus, qui nos beati N. martyris tui, atque pontificis annua sollemnitate lętificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiã protectione gaudeamus. Per Dominũ nostrum Jesum Christum filium tuum.

Pro martyre tantum. Oratio.

Presta, quęsumus oĩpotens Deus: 3
vt qui beati N. martyris tui natalitia colimus: intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per Dominũ nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecũ viuit ⁊ regnat, in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sęcula.

Pro martyre tantum, Alia Oratio.

Presta, quęsumus oĩpotens Deus: 4
vt intercedente beato N. martyre tuo, ⁊ a cunctis aduersitatibus liberemur in corpore, ⁊ a prauis cogitationib⁹ mundemur in mente. Per Dominum nostrũ Jesum Christum filium tuum: Qui tecũ.

Lectio libri Sapientię.

Stabunt iusti in magna constantia Cap. 5.
aduersus eos, qui se angustiauerũt, ⁊ qui abstulerunt labores eorũ. Videntes turbabuntur timore horribili, ⁊ mirabuntur in subitatione insperatę salutis, dicentes intra se, pęnitentiam agentes, ⁊ pre angustia spiritus gemẽtes: Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, ⁊ in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum ęstimabamus insaniam, ⁊ finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, ⁊ inter sanctos sors illorum est.

Vel Epistola beati Pauli Apostoli ad Timotheũ. Memor esto Dñm Jesum. vt supra in communi vnius martyris, extra tempus Paschale. folio 183.

Alleluia, alleluia. ℣. Confitebuntur cę- Ps. 88.
li mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in Ecclesia sanctorum, Alleluia. ℣. Posuisti Domine super caput Ps. 20.
eius coronam de lapide pretioso, alleluia.

Sequentia sancti Euang. secundum Joannem.

In illo tẽpore: Dixit Jesus discipulis Cap. 15.
suis: Ego sum vitis vera: ⁊ Pater meus

meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: ⁊ omnem, qui fert fructum, purgabit eum: vt fructum plus afferat. Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Manete in me: ⁊ ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, ⁊ ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Siquis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, ⁊ arescet, ⁊ colligent eum, ⁊ in ignē mittent, ⁊ ardet. Si manseritis in me, ⁊ verba mea in vobis manserint: quodcũque volueritis petetis, ⁊ fiet vobis.

ps. 88. Offertorium. Confitebuntur cęli mirabilia tua Domine, ⁊ veritatem tuam in Ecclesia sanctorum, Alleluia, alleluia.

¶ Pro martyre ⁊ pontifice. Secreta.

1 Hostias tibi Domine beati N. martyris tui atque pontificis dicatas meritis, benignus assume: ⁊ ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit ⁊ regnat. ⁊c.

¶ Pro mart. ⁊ pontifice. Alia Secreta.

2 Munera tibi Domine dicata sanctifica: ⁊ intercedente beato N. martyre tuo atque pontifice, per eadem nos placatus intende. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. ⁊c.

¶ Pro martyre tantum. Secreta.

3 Muneribus nostris, quęsumus Domine, precibusq; susceptis: ⁊ cęlestibus nos munda mysterijs, ⁊ clementer exaudi. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum. ⁊c.

¶ Pro martyre tantum. Alia Secreta.

4 Accepta sit in cōspectu tuo Domine nostra deuotio: ⁊ eius nobis fiat supplicatione salutaris, pro cuius sollēnitate defertur. Per Dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum: Qui tecũ.

Communio. Lętabitur iustus in Domino, ⁊ sperabit in eo, ⁊ laudabuntur omnes recti corde, Alleluia, alleluia. ps. 63.

¶ Pro mart. ⁊ pontif. Postcōmunio.

Refecti participatione muneris sacri, quęsumus Domine De⁹ noster: vt beati N. martyris tui atq; pontificis, cuius exequimur cultũ, sentiamus effectũ. Per Dominum nostrũ Iesum Christũ. 1

¶ Pro mart. ⁊ pontif. Alia. Postcōm.

Hęc nos cōmunio, Domine, purget a crimine: ⁊ intercedente beato N. martyre tuo atque pontifice, cęlestis remedij faciat esse cōsortes. Per Dominum nostrum Iesum Christum filiũ tuũ. 2

¶ Pro martyre tantũ. Postcōmunio.

Da, quęsumus Domine Deus noster: vt sicut tuorum commemoratione sanctorũ temporali gratulamur officio, ita perpetuo lętemur aspectu. Per Dominum nostrum Iesum Christum. 3

¶ Pro mart. tantum. Alia Postcōm.

Refecti participatione muneris sacri, quęsumus Domine Deus noster: vt, intercedente beato N. martyre tuo, cuius exequimur cultum, sentiamus effectum. Per Dominum nostrum. ⁊c.

¶ Epistola ⁊ Euāgeliũ supradictę missę dicuntur etiā in sequēti missa: ⁊ quę in sequenti habētur, dici possunt in superiori.

PRO PLVRIBVS MATYRIBVS

Tempore Paschali. Introitus.



Sancti tui Domine benedicent te, gloriam regni tui dicent, Alleluia. ps. 144.

Ps. Exaltabo te Deus meus Rex: ⁊ benedicam nomini tuo in seculum ⁊ in seculum seculi. ℣. Gloria Patri, ⁊ Filio, ⁊ Spiritui sancto. Sicut erat. ⁊c.

¶ Pro pluribus põtif. ⁊ mart. Oratio.

1 Beatorum martyrum tuorũ pariterque Pontificum N. ⁊ N. nos quęsumus Domine, festa tueantur: ⁊ eorum commẽdet oratio veneranda. Per Dominum nostrum Jesum Chrm filium.

¶ Pro pluribus martyrib⁹ tãtũ. Orõ.

2 Deus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorũ N. ⁊ N. natalitia colere: da nobis, in ęterna beatitudine de eorũ societate gaudere. Per Dominũ.

¶ Pro pluribus martyrib⁹. Alia Orõ.

3 Deus, qui nos annua sanctorũ martyrum tuorũ N. ⁊ N. sollemnitate lętificas: concede propitius: vt quorum gaudemus meritis, instruamur exẽplis. Per Dominum nostrũ Jesum Christũ.

Lectio Epistolę B. Petri Apostoli.

1.c.1. Benedictus Deus ⁊ Pr̃ Dñi nostri Jesu Christi, qui secundum misericordiam suã magnã regenerauit nos in spẽ viuã, per resurrectionẽ Jesu Christi ex mortuis, in hereditatẽ incorruptibilem, ⁊ incontaminatã, ⁊ immarcescibilẽ, cõseruatam in cęlis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidẽ in salutẽ, paratã reuelari in tẽpore nouissimo. In quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in varijs tentationibus: vt probatio vestrę fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem, ⁊ gloriam, ⁊ honorem in reuelatione Jesu Christi.

Alleluia, alleluia. ℣. Sancti tui Domine florebũt sicut liliũ, ⁊ sicut odor balsami
Ps. 115. erũt ante te: Allt'a. ℣. Pretiosa in cõspectu Dñi, mors sanctorũ eius, Alleluia.

Sequentia sancti Euang. sm Joannẽ.

Cap. 15. In illo tẽpore: Dixit Jesus discipulis suis: Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, ⁊ ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Siquis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, ⁊ arescet, ⁊ colligent eum, ⁊ in ignem mittẽt, ⁊ ardet. Si mãseritis in me, ⁊ verba mea in vobis manserint: quodcũq; volueritis petetis, ⁊ fiet vobis. In hoc clarificatus est Pater meus, vt fructum plurimũ afferatis, ⁊ efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me Pater, ⁊ ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si pręcepta mea, seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut ⁊ ego Patris mei pcepta seruaui, ⁊ maneo in eius dilectione. Hęc locutus sum vobis: vt gaudium meum in vobis sit, ⁊ gaudium vestrũ impleatur. Offertoriũ. Lętamini in Domino, ⁊ exultate iusti, ⁊ gloriamini omnes recti corde, alleluia.

¶ Pro pluribus Pontificibus ⁊ martyribus. Secreta.

Adesto Domine supplicationibus nostris, quas in sanctorum tuorũ commemoratione deferimus: vt, qui nostrę iustitię fiduciam non habemus, eorũ qui tibi placuerunt meritis adiuuemur. Per Dominum nostrũ Jesum Christũ. 1

¶ Pro pluribus mart. tantũ. Secreta.

Munera tibi Dñe nostrę deuotionis offerimus: quę ⁊ pro tuorũ tibi grata sint honore iustorum, ⁊ nobis salutaria te miserante reddantur. Per Dominũ. 2

¶ Pro pluribus marty. Alia Secreta.

Oblatis, quęsumus Dñe, placare muneribus: ⁊ intercedentibus sanctis tuis N. ⁊ N. a cunctis nos defende periculis. Per Dominum nostrum. ⁊c. 3

Communio. Gaudete iusti in Dño, al- Ps. 32.
leluia: rectos decet collaudatio, alleluia.

¶ Pro pluribus Pontificibus ⁊ martyribus. Postcommunio.

Quęsumus Dñe, salutaribus repleti mysterijs: vt, quorum sollemnia celebramus, eorũ orationib⁹ adiuuemur. Per Dñm nostrum Jesum Christũ filiũ tuũ.

¶ Pro

¶ Pro pluribus mart. tantũ. Poſtcõ.

2 PReſta nobis, quęſumus Dñe, intercedẽtibus ſanctis martyribus tuis N. & N. vt, quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

¶ Pro pluribus mart. Alia Poſtcõm.

3 HÆc nos communio Dñe purget a crimine: & intercedentibus ſanctis martyribus tuis N. & N. cęleſtis remedij faciat eſſe cõſortes. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

IN COMMVNI

Mart. Tempore Paſchali.

Alia Epiſtola, & aliud Euangelium.

Lectio libri Apocal. B. Joannis Apli.

Cap. 19 IN diebus illis. Poſt hęc ego Joãnes audiui quaſi vocem magnam turbarum multarum in cęlo dicentium: Alleluia. Laus, & gloria, & virtus Deo noſtro eſt: quia vera, & iuſta iudicia ſunt eius, qui iudicauit de meretrice magna, quę corrupit terram in proſtitutione ſua, & vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum de manibus eius. Et iterum dixerũt: Alleluia. Et fumus eius aſcendit in ſęcula ſęculorum. Et ceciderunt ſeniores vigintiquatuor, & quatuor animalia, & adorauerunt Deũ ſedentem ſuper thronum, dicentes: Amen: alleluia. Et vox de throno exiuit dicens: Laudem dicite Deo noſtro omnes ſancti eius: & qui timetis eũ puſilli & magni. Et audiui quaſi vocem turbę magnę, & ſicut vocem aquarum multarum, & ſicut vocem tonitruorum magnorũ dicentium: Alleluia: quoniam regnauit Dominus Deus noſter omnipotens. Gaudeamus, & exultemus: & demus gloriam ei: quia venerunt nuptię Agni, & vxor eius pręparauit ſe. Et datum eſt illi vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti, & candido. Byſſinum enĩ iuſtificationes ſunt Sanctorum. Et dixit mihi: Scribe, Beati qui ad cęnam nuptiarum Agni vocati ſunt.

Sequentia ſancti Euang. ſcdm Joannem.

IN illo tempore: Dixit Jeſus diſci- Cap. 16
pulis ſuis: Amen, Amen dico vobis: quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit preſſurę propter gaudiũ: quia natus eſt homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum: & gaudium veſtrum nemo tollet a vobis.

In communi Confeſſorum & virginum, & in alijs miſſis tempore Paſchali omnia dicuntur vt infra, addito in Introitu ante Pſalmum duplici alleluia, & in fine Offert. & Commu. vno alleluia, & omiſſo Grad. dicuntur duo verſus cũ quatuor alleluia. vt ſuis locis ponitur.

IN COMMVNI

plurium martyrum extra tempus Paſchale. Introitus.

INtret in conſpectu tuo Ps. 78.
Domine gemitus compeditorum: redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum: vindica ſanguinem ſanctorum tuorum, qui effuſus eſt. Pſalmus. Deus venerunt gentes in hereditatẽ tuã: polluerunt templum ſanctum tuum: poſuerunt Jeruſalem in pomorum cuſtodiam. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui.

¶ Pro pluribus Pontificibus & martyribus. Oratio.

BEatorum martyrum tuorum pariterque Pontificum N. & N. nos, quęſumus Dñe, feſta tueantur: & eorum commendet oratio venerãda. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Si non fuerint Pontifices, dicitur oratio, vt in ſequenti Miſſa.

Lectio libri Sapientie.

Cap.3. Iustorum anime in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis. Uisi sunt oculis insipientium mori: et estimata est afflictio exitus illorum: Et ab itinere iusto abierunt in exterminium: et quod a nobis est iter, exterminii: illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponentur: quoniam Deus temptavit eos, et invenit eos dignos se. Tamquam aurum in fornace probavit illos, et quasi holocausti hostiam accepit illos, et in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt iusti, et tamquam scintille in arundineto discurrent. Iudicabunt nationes, et dominabuntur populis, et regnabit Dominus illorum in perpetuum.

Exo.15 Graduale. Gloriosus Deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate, faciens prodigia. ℣. Dextera tua Domine glorificata est in virtute, dextera manus tua confregit inimicos. Alleluia, alleluia. ℣. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt: et nomina eorum vivent in generatione et generationem. Alleluia. Eccl.44

Post Septuagesimam. Tractus.

Ps.125. Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant et flebant, mittentes semina sua. ℣. Uenientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Sequentia sancti Euangelii secundum Lucam.

Cap.21 In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Cum audieritis prelia, et seditiones, nolite terreri: oportet primum hec fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentem, et regnum adversus regnum. Et terremotus magni erunt per loca, et pestilentie, et fames, terroresque de celo, et signa magna erunt. Sed ante hec omnia iniicient vobis manus suas, et persequentur tradentes in synagogas, et custodias: trahentes ad reges et presides propter nomen meum: continget autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris non premeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os, et sapientiam, cui non poterunt resistere, et contradicere omnes adversarii vestri. Trademini autem a parentibus, et fratribus, et cognatis, et amicis, et morte afficient ex vobis: et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Offertorium.

Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel: ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue: benedictus Deus, Alleluia. Secre. Ps.67.

Adesto Domine supplicationibus nostris, quas in sanctorum tuorum commemoratione deferimus: ut, qui nostre iustitie fiduciam non habemus, eorum qui tibi placuerunt meritis adiuvemur. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Communio. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, Deus temptavit eos, tamquam aurum in fornace probavit eos, et quasi holocausta accepit eos. Postcommunio. Sap.3.

Quesumus Domine, salutaribus repleti mysteriis: ut, quorum sollemnia celebramus: eorum orationibus adiuvemur. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

De eodem communi alia Missa.

Introitus.



Sapientiam sanctorum narrent populi, et laudes eorum nunciet Ecclesia: nomina autem eorum vivent in seculum seculi. Ps. Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui. Oratio. Eccl.44 Ps.32.

Deus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum N. et N. natalitia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Si

¶ Si fuerint Pōtifices, dicatur orō p̄cedētis missę, q̄d ⁊ in sequētib⁹ seruetur.

Lectio libri Sapientię.

Cap.5. Iusti autem in perpetuum viuent; ⁊ apud Dn̄m est merces eorum, ⁊ cogitatio illorum apud Altissimum. Ideo accipiēt regnum decoris, ⁊ diadema speciei de manu Domini: quoniam dextera sua teget eos, ⁊ brachio sancto suo defendet illos. Accipiet armaturam zelus illius, ⁊ armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Induet pro thorace iustitiā, ⁊ accipiet pro galea iudicium certuz. sumet scutum inexpugnabile ęquitatem.

Ps.123. Graduale. Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venātiū. ℣. Laque⁹ contritus est, ⁊ nos liberati sumus: adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cęlum ⁊ terram. Alleluia, alleluia.

Ps.67. ℣. Iusti epulentur: ⁊ exultent in conspectu Dei, ⁊ delectētur in lętitia. Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Ps.125. Qui seminānt in lacrymis, in gaudio metēt. ℣. Euntes ibāt, ⁊ flebāt, mittētes semina sua. ℣. Uenientes autez venient cū exultatione, portantes manipulos suos.

Sequentia sancti Euāgelij s̄m Lucam.

Cap.6. In illo tēpore. Descendens Iesus de monte, stetit in loco campestri: ⁊ turba discipulorū eius, ⁊ multitudo copiosa plebis ab omni Iudęa ⁊ Ierusalē, ⁊ maritima, ⁊ Tyri, ⁊ Sidonis, q̄ venerant vt audirent eum, ⁊ sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba quęrebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, ⁊ sanabat oēs. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat: Beati pauperes, quia vestrum est regnū Dei. Beati, qui nunc esuritis: quoniam saturabimini. Beati, qui nūc fletis: quia ridebitis. Beati eritis, cū vos oderint homines, ⁊ cum separauerint vos, ⁊ exprobrauerint, ⁊ eiecerint nomen vestrū tamquam malum; propter Filium hominis. Gaudete in illa die, ⁊ exultate: ecce enim merces vestra multa est in cęlo.

Offert. Exultabunt sancti in gloria lętabuntur in cubilibus suis: exaltationes Dei in faucibus eorū, alleluia. Ps.149.

Secreta.

Munera tibi Domine nostrę deuotionis offerimus: quę ⁊ pro tuoruz tibi grata sint honore iustorum, ⁊ nobis salutaria te miserante reddantur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit ⁊ regnat.

Communio. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his, qui vos persequuntur. Luc.12.

Postcommunio.

Presta nobis, quęsum⁹ Domine intercedentibus sanctis martyribus tuis N. ⁊ N. vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

¶ De eodem cōi alia Missa. Introitus.

Salus autem iustoruz a Dn̄o: ⁊ protector eorū est in tēpore tribulationis. Ps. Noli ęmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria Patri, ⁊ Filio, ⁊ Spiritui sancto. Sicut erat. Ps.36.

Oratio

Deus, qui nos annua sanctorū martyrum tuorum N. ⁊ N. sollemnitate lętificas: concede propitius: vt quorum gaudemus meritis, instruamur exēplis. Per Dominum nostrū Iesum. ⁊c.

Lcō Ep̄lę B. Pauli Ap̄li ad Hebr.

Cap.10. Fratres: Rememoramini pristinos dies, in quibus illuminati, magnū certamē sustinuistis passionū: ⁊ in altero quidē opprobrijs ⁊ tribulationibus spectaculū facti: in altero autem socij taliter conuersantium effecti. Nam ⁊ vinctis compassi estis, ⁊ rapinam bonorum vestrorū cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem, ⁊ manen-

tem substantiam. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quę magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est: vt voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulum, qui venturus est, veniet, & non tardabit. Iustus autem ex fide viuit. Graduale.

Ps. 33. Clamauerunt iusti: & Dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. ℣. Iuxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabuntur. Alleluia, alleluia. ℣. Te martyrum cādidatus laudat exercitus Domine, alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Ps. 125. Qui semināt in lacrymis, in gaudio metēt. ℣. Euntes ibāt, & flebāt, mittētes semina sua. ℣. Veniētes autem venient cū exultatione portantes manipulos suos.

Sequētia sancti Euāgelij sm Matthęū.

Cap. 24. In illo tempore. Sedente Iesu super Montem oliueti, accesserunt ad eum discipuli secreto, dicentes: Dic nobis, quando hęc erunt? & quod signum aduentus tui, & consummationis sęculi? Et respondens Iesus, dixit eis: Videte ne quis vos seducat. multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus: & multos seducent. Audituri enim estis prelia, & opiniones preliorū. Videte ne turbemini. oportet enim hęc fieri, sed nondū est finis. consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt pestilentię, & fames, & terremotus per loca. hęc autem omnia initia sunt dolorum. Tunc tradēt vos in tribulationem, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradent: & odio habebūt inuicem. Et multi pseudoprophetę surgent, & seducēt multos. Et quoniam abūdabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

Offert. Iustorum animę in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace, alleluia. Sap. 1. Secreta.

Oblatis, quęsumus, Domine, placare muneribus: & intercedētibus sanctis tuis N. & N. a cunctis nos defende periculis. Per Dominum nostrum. &c.

Communio. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit Dominus: & quod in aure auditis, prędicate super tecta. Postcommunio.

Hæc nos communio Dñe purget a crimine: & intercedentibus sanctis martyribus tuis N. & N. cęlestis remedij faciat esse consortes. Per Dominū.

¶ Item alię Epistolę & Euangelia pro pluribus martyribus.

EPISTOLÆ.

Lectio libri Sapientię.

Cap. 10. 1 Reddidit Deus iustis mercedē laborum suorum, & deduxit illos in via mirabili: & fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum per noctem: transtulit illos per mare rubrum, & transuexit illos per aquam nimiam. Inimicos autem illorum demersit in mare, & ab altitudine inferorum eduxit illos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorum, & decantauerunt Dñe nomē sanctū tuū, & victricem manū tuā laudauerunt pariter: Domine Deus noster.

Lectio Epłę B. Pauli Apłi ad Rom.

Cap. 5. 2 Fratres. Iustificati ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dñm nostrum Iesum Christum: per quē & habemus accessum per fidem in gratiā istam, in qua stamus, & gloriamur in spe glorię filiorū Dei. Nō solū autem, sed & gloriamur in tribulationibus: sciētes quod tribulatio patientiā operatur: patiētia autē probationē, probatio vero spem, spes autem nō confundit: quia charitas Dei diffusa est

est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Lcō ep'l'ę B. Pauli Apostoli ad Rom.

Cap.8. FRatres. Non sunt condignę pas-
3 siones huius temporis ad futuram
gloriam, quę reuelabitur in nobis. Nam
expectatio creaturę, reuelationem filiorū
Dei expectat. Vanitati eni creatura subiecta est non volens, sed propter eum, qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem glorię filiorum Dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes redemptionem corporis nostri.

Lctō Ep'l'ę B. Pauli Ap'l'i ad Corint.

2. cor.6. FRatres. Exhibeamus nosmetip-
4 sos sicut Dei ministros i multa pa
tientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carcerib⁹, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in Spiritu sancto, in charitate nō ficta, in verbo veritatis, i virtute Dei, per arma iustitię a dextris, & a sinistris, per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam: vt seductores, & veraces, sicut qui ignoti, & cogniti: quasi moriētes, & ecce viuimus: vt castigati, & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egētes, multos autem locupletantes: tāquā nihil habentes, & omnia possidentes.

Lectio Ep'l'ę B. Pauli Ap'l'i ad Hebr.

Cap.11. FRatres. Sancti per fidem vicerūt
5 regna, opera ti sunt iustitiam, adepti
sūt repromissiones, obturauerūt ora leonum, extinxerunt impetum ignis: effugerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt i bello, castra verterunt exterorum: acceperūt mulieres de resurrectione mortuos suos: alij autem distenti sunt non suscipiētes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem. Alij vero ludibria, & verbera experti, insuper & vincula, & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus nō erat mūdus: in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cauernis terrę. Et hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt: In Christo Jesu Domino nostro.

Lectio libri Apocal'. B. Joannis Ap'l'i.

IN diebus illis. Respōdit vnus de- Cap.7.
seniorib⁹, & dixit mihi: Hi, qui ami 6
cti sunt stolis albis, qui sūt? & vnde venerunt? Et dixi illi: Dñe mi, tu scis. Et dixit mihi: Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna: & lauerunt stolas suas, & dealbauerūt eas in sanguine Agni. ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in tēplo eius: & qui sedet in throno: habitabit super illos: non esuriēt, neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque vllus ęstus: qm̄ Agnus, qui in medio throni est reget illos: & deducet eos ad vitę fontes aquarum, & absterget Deus omnē lacrymam ab oculis eorum.

EVANGELIA.

Sequentia sancti Euāg. sm Matthęū.

IN illo tpe. Vidēs Jesus tur Cap 5.
bas, ascēdit i montem, & cum 1
sedisset, accesserūt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum, docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cęlorum. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terrā. Beati, qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniā ipsi Deum vide-

videbunt. Beati pacifici: quoniam filii Dei vocabuntur. Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati estis cum maledixerint vobis, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum aduersum vos mentientes, propter me: gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in celis.

Sequentia sancti Euangelii secundum Mattheum.

Cap. 11. 2 In illo tempore: Respondens Jesus dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine celi et terre, quia abscondisti hec a sapientibus, et prudentibus, et reuelasti ea paruulis. Ita Pater: quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Et nemo nouit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis nouit, nisi Filius, et cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis: et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum, et humilis corde: et inuenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suaue est, et onus meum leue.

Sequentia sancti Euangelii secundum Lucam.

Cap. 12. 3 In illo tempore: Dicebat Jesus turbis Judeorum, et principibus sacerdotum: Ve vobis, qui edificatis monumenta Prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos. Profecto testificamini quod consentitis operibus patrum vestrorum: quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vos autem edificatis eorum sepulchra. Propterea et sapientia Dei dixit: Mittam ad illos Prophetas, et Apostolos: et ex illis occident, et persequentur: vt inquiratur sanguis omnium Prophetarum, qui effusus est a constitutione mundi, a generatione ista, a sanguine Abel, vsque ad sanguinem Zacharie, qui periit inter altare, et edem. Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione.

Sequentia sancti Euangelii secundum Lucam.

Cap. 10. 4 In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Qui vos audit, me audit: et qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me. Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio, dicentes: Domine, etiam demonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Videbam satanam sicut fulgur de celo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, et scorpiones, et supra omnem virtutem inimici: et nihil vobis nocebit. Verumtamen in hoc nolite gaudere quia spiritus subiiciuntur vobis: gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in celis.

Sequentia sancti Euangelii secundum Lucam.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Attendite a fermento Phariseorum, quod est hypocrisis. Nihil autem opertum est, quod non reueletur: neque absconditum, quod non sciatur. Quoniam que in tenebris dixistis, in lumine dicentur: et quod in aurem locuti estis in cubiculis, predicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, et post hec non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis: timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. ita dico vobis, hunc timete. Nonne quinque passeres veneunt dipondio: et vnus ex illis non est in obliuione coram Deo? Sed et capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos. Dico autem vobis: Omnis, quicumque confessus fuerit me coram hominibus: et Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei. Cap. 12. 5

IN COMMVNI

Confessoris pont. Introitus.



Statuit ei Dominus testamentum pacis, et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotii dignitas in eternum. Ps. Memento Domine Dauid, et omnis Ps. 131.

nis mansuetudinis eius. ℣. Gloria Patri, ⁊ Filio, ⁊ Spiritui sancto. Oratio.

DA, quęsumus omnipotēs Deus: vt beati N. confessoris tui atq́ȝ pōtificis venerāda sollemnitas, ⁊ deuotionē nobis augeat, ⁊ salutem. Per Dominū.

Lectio libri Sapientię.

Eccl.44. ECce sacerdos magnus, q in diebus suis placuit Deo, ⁊ inuentus est iustus: ⁊ in tempore iracūdię, factus est reconciliatio. Non est inuentus similis illi, qui cōseruaret legem Excelsi. Ideo iureiurando fecit illuȝ Dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, ⁊ testamentum suū cōfirmauit super caput eius. Cognouit euȝ in benedictionibus suis, conseruauit illi misericordiam suam: ⁊ inuenit gratiā coram oculis Dñi. Magnificauit eum in cōspectu regum: ⁊ dedit illi coronā glorię. Statuit illi testamentum sempiternū, ⁊ dedit illi sacerdotium magnum: ⁊ beatificauit illū in gloria. Fungi sacerdotio, ⁊ habere laudeȝ in nomine ipsius: ⁊ offerre illi incensum dignū in odorem suauitatis.

Eccl.44. Gradua. Ecce sacerdos magnus, q in dieb⁹ suis placuit Deo. ℣. Nō est inuentus similis illi, q cōseruaret legē Excelsi.

Ps.109. Alľa, alľa. ℣. Tu es sacerdos in ęternū ſm ordinem Melchisedech, Alleluia.

¶ Tpe Paschali omittitur Graduale, vsq́ȝ ad Alľa. ⁊ ad ei⁹ ℣. addit̄ sequēs ℣. Hic est sacerdos, quē coronauit Dñs, alľ.

Post Septuagesimam. Tractus.

Ps.111. Beatus vir, qui timet Dominū: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potēs ī terra erit semē eius: generatio rectorū benedicetur. ℣. Gloria ⁊ diuitię in domo ei⁹, ⁊ iustitia eius manet in sęculum sęculi.

Sequētia sancti Euāgelij ſm Matthęū.

Cap.25. IN illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis parabolā hac: Homo quidam peregre proficiscēs, vocauit seruos suos, ⁊ tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero vnum, vnicuiq́ȝ secundū propriā virtutem, ⁊ profectus est statim. Abijt auteȝ qui quinque talenta acceperat, ⁊ operatus est in eis, ⁊ lucratus est alia quinque. Similiter ⁊ qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, ⁊ abscondit pecuniam dñi sui. Post multum vero temporis venit dominus seruorum illoruȝ, ⁊ posuit rationē cum eis. Et accedens qui quinq́ȝ talēta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Dñe, quinq́ȝ talenta tradidisti mihi, ecce alia quinq́ȝ superlucratus sum. Ait illi dñs eius: Euge serue bone, ⁊ fidelis, qa sup pauca fuisti fidelis, super multa te constituā, intra in gaudium dñi tui. Accessit autem ⁊ qui duo talenta acceperat, ⁊ ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone, ⁊ fidelis, quia sup pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Offertoriuȝ.

INueni Dauid seruū meū, oleo sancto Ps.88.
meo vnxi eū: manus enim mea auxiliabit̄ ei: ⁊ brachiū meū confortabit eum. Sec.

SAncti tui, q̄sumus Dñe, nos vbiq́ȝ lętificent: vt dum eorū merita recolimus, patrocinia sentiam⁹. Per Dñm.

Cōm. Fidelis seruus ⁊ prudēs, quē cō- Mat.24
stituit dñs super familiā suaȝ: vt det illis in tempore tritici mēsuram. Postcōm.

PResta, quęsumus oīpotens Deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato N. confessore tuo atque pontifice, beneficia potiora sumamus. Per Dominum nostrū.

¶ De eodem cōi alia Missa. Introitus.

SAcerdotes tui Dñe induāt iustitiam, ⁊ sancti tui exultent: propter Dauid seruum tuum, non auertas fa-
ciem Christi tui. Ps. Me- Ps.131.
mento

mento Domine David, & omnis mansue-
tudinis eius. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Exaudi, quesumus Dne, preces no-
stras: quas in beati N. confessoris
tui atque pontificis sollennitate deferimus:
& qui tibi digne meruit famulari, eius in-
tercedentibus meritis, ab omnibus nos
absolue peccatis. Per Dnm nostrum.

Lectio Epl'e B. Pauli Apli ad Hebr.

Cap. 7. Fratres. Plures facti sunt sacerdo
tes secundu legem, idcirco quod mor-
te prohiberentur permanere: Jesus au-
tem eo quod maneat in eternum, sempi-
ternum habet sacerdotium. Unde & salua-
re in perpetuum potest accedentes per se-
metipsum ad Deum: semper viuens ad
interpellandu pro nobis. Talis enim de-
cebat vt nobis esset pontifex, sanctus, in-
nocens, impollutus, segregatus a pecca-
toribus, & excelsior celis factus: qui non
habet necessitatem quotidie, quemadmo-
dum sacerdotes, prius pro suis delictis
hostias offerre, deinde pro populi: hoc
enim fecit semel, se ipsum offerédo, Do-
minus noster Jesus Christus. Graduale.

Ps. 131. Sacerdotes eius induant salutare: &
sancti eius exultatione exultabunt. ℣. Il-
luc producam cornu David: paraui lu-
cernam Christo meo. Alleluia, alleluia.

Ps. 109. ℣. Jurauit Dominus, & non penitebit
eum: tu es sacerdos in eternum secun-
dum ordinem Melchisedech, alleluia.

¶ Tpe Pasch. Graduale omittit, & ad
Eccl. 44. ei' ℣. addit seques ℣. Amauit eu Dns,
& ornauit eu: stola glorie induit eum, all'a.

Post Septuagesimam. Tractus.

Ps. 111. Beatus vir, qui timet Dominu: in man-
datis eius cupit nimis. ℣. Potes in ter-
ra erit semen eius: generatio rectoru be-
nedicetur. ℣. Gloria & diuitie in domo
ei', & iustitia eius manet in seculu seculi.

Sequentia sancti Euang. sm Mattheu.

Cap. 24. In illo tépore: Dixit Jesus discipu-
lis suis: Vigilate, quia nescitis qua
hora Dns vester venturus sit. Illud auté
scitote, qm si sciret paterfamilias qua hora
fur venturus esset, vigilaret vtique, & no si-
neret perfodi domum suam. Ideo & vos
estote parati: qa qua nescitis hora Filius
hominis venturus est. Quis putas, est fi-
delis seruus, & prudens, quem constituit
dominus super familiam suam vt det illis
cibum in tempore? Beatus ille seruus,
quem cu venerit dominus eius, inuene-
rit sic facientem. amen dico vobis, quo-
niam super omnia bona sua constituet eu.

Offertorium Veritas mea, & misericor- Ps. 88.
dia mea cum ipso: & in nomine meo exal-
tabitur cornu eius. Secreta.

Sancti N. confessoris tui atque poti-
ficis, quesumus Dne, annua sollé-
nitas pietati tue nos reddat acceptos: vt
per hec pie placationis officia, & illu bea-
ta retributio comitet, & nobis gratie tue
dona conciliet. Per Dominum nostru.

Communio. Beatus seruus: quem cum Mat. 24
venerit Dominus, inuenerit vigilantem:
amen dico vobis, super omnia bona sua
constituet eum. Postcommunio.

Deus fidelium remunerator anima-
rum: presta, vt beati N. confessoris
tui atque pontificis, cuius venerandam
celebramus festiuitatem, precibus indul-
gentiam cosequamur. Per Dominum.

¶ Item alie Epistole, & Euangelia pro
confessore pontifice.

Lecto Epl'e B. Pauli Apli ad Hebr.

Fratres. Omnis Pontifex ex ho- Cap. 5.
minibus assumptus, pro homini-
bus constituitur in iis, que sunt ad Deu,
vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis:
qui condolere possit iis, qui ignorant &
errant: quoniam & ipse circumdatus est
infirmitate: & propterea debet quemad-
modum pro populo, ita etiam & pro se-
metipso offerre pro peccatis. Nec quis-
quam sumit sibi honorem: sed qui voca-
tur a Deo, tamquam Aaron.

Lectio

Lcõ ep̃le B. Pauli Apostoli ad Heb.

Cap.13. Fratres. Mementote prępositorũ vestrorũ, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum cõuersationis, imitamini fidem. Jesus Christus heri ⁊ hodie: ipse ⁊ ĩ sęcula. Doctrinis varijs, ⁊ peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis: quę non profuerunt ambulantibus in eis. Habemꝰ altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in Sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Propter quod ⁊ Jesus, vt sanctificaret per suum sanguinez populum, extra portaz passus est. Exeamus igitur ad eũ extra castra, improperiũ eius portãtes. Non enim habemus hic manẽtẽ ciuitatẽ, sed futuraz inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiã laudis semper Deo, idest, fructũ labiorũ cõfitentiũ nomini eiꝰ. Beneficẽtię aũt, ⁊ cõmunionis nolite obliuisci: talibꝰ eñ hostijs promeretur Deꝰ. Obedite p̃positis vestris, ⁊ subiacete eis. Ipsi eñ peruigilant quasi rationẽ pro animabus vestris reddituri.

Sequentia sancti Euangelij s̃m Lucaz.

Cap.11. In illo tẽpore: Dixit Jesus discipulis suis: Nemo lucernam accẽdit, ⁊ in abscõdito ponit, neq; sub modio, sed supra candelabrum: vt qui ingrediuntur lumen videant. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totũ corpus tuũ lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus tuũ tenebrosum erit. Uide ergo ne lumẽ, quod in te est, tenebrę sint. Si ergo corpus tuũ totum luciduz fuerit, non habens aliquã partem tenebrarum, erit lucidum totum: ⁊ sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

Sequentia sancti Euãgelij s̃m Marcũ.

Cap.13. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Uidete, vigilate, ⁊ orate: nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo, qui peregre profectus reliquit domum suam, ⁊ dedit seruis suis potestatẽ cuiusq; operis, ⁊ ianitori p̃cepit vt vigilet. Uigilate ergo, (nescitis enim qñ dñs domus, veniat: sero, an media nocte, an galli cãtu, an mane) ne cuz venerit repẽte, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico: Uigilate.

IN COMMVNI Doctorum. Introitus.



In medio Ecclesię aperuit os eius, ⁊ adimpleuit illũ Dñs spiritu sapiẽtię, ⁊ intellectus: stolam glorię induit eum. Eccl.15. Ps. Bonum est confiteri Domino, ⁊ psallere nomini tuo altissime. Ps.91. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Deus, qui populo tuo ęternę salutis beatũ N. ministrum tribuisti: pręsta quęsumus: vt quem doctorẽ vitę habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cęlis. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Lectio Ep̃lę B. Pauli Ap̃li ad Tim̃.

Charissime. Testificor corã Deo, ⁊ Jesu Christo, qui iudicaturus est viuos, ⁊ mortuos, per aduentum ipsius, ⁊ regnum eius: prędica verbum, insta opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patiẽtia, ⁊ doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinã non sustinebũt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus, ⁊ a veritate quidem auditu; auertent, ad fabulas autem cõuertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistę, ministerium tuũ imple. Sobrius esto. Ego enim iam delibor, ⁊ tempus resolutionis meę instat. Bonũ certamen certaui, cursum consummaui, fidez seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitię: quã reddet mihi Dominus 2.cap.4.

in

in illa die iustus iudex: non solum autem mihi, sed & ijs, qui diligunt aduentū eius.
Ps. 36. Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabūtur gressus eius. Alleluia,
Eccl. 45. alleluia. ℣. Amauit eum Dñs, & ornauit eum: stolam glorię induit eum, Alleluia.
¶ Tempore Paschali Graduale omittitur, & ad eius versum additur sequēs ℣. Iustus germinabit sicut lilium: & florebit in ęternum ante Dominum, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Ps. 111. Beatus vir, qui timet Dominū: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potēs in terra erit semē eius: generatio rectorū benedicetur. ℣. Gloria & diuitię in domo ei⁹: & iustitia eius manet in sęculum sęculi.

Sequentia sancti Euang. sm Matthęū.

Cap 5. In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis: Vos estis sal terrę. Quod si sal euanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum vt luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra bona, & glorificēt Patrem vestrum, qui in cęlis est. Nolite putare quoniam veni soluere legem, aut prophetas: non veni soluere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis: donec transeat cęlum, & terra, iota vnum, aut vnus apex non pręteribit a lege, donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cęlorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cęlorum. Offertorium.
Ps. 91. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus, quę in Libano est, multiplicabit. Secre.

Sancti tui N. nobis Domine pia nō desit oratio: q & munera nostra cōciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum nostrum. &c.
Cōm. Fidelis seruus & prudēs: quē cōstituit Dñs super familiā suā: vt det illis in tempore, tritici mensurā. Postcōm. Matt. 24
Ut nobis, Domine, tua sacrificia dent salutem, beatus N. confessor tuus, & doctor egregius, quęsumus, precator accedat. Per Dominum nostrū.

¶ Alia Epistola pro Doctoribus.

Lectio libri Sapientię.

Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur. Si enim Dñs magnus voluerit, spiritu intelligētię replebit illum: & ipse tamquam imbres mittet eloquia sapientię suę, & in oratione cōfitebitur Dño: & ipse diriget consilium eius & disciplinam, & in absconditis suis consiliabitur. Ipse palam faciet disciplinā doctrinę suę, & in lege testamēti Dñi gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam eius: & vsque in sęculum nō delebitur. Non recedet memoria eius, & nomen eius requiretur a generatione in generationem. Sapientiam eius enarrabūt gentes, & laudē eius enunciabit ecclesia. Eccl. 39.

IN COMMVNI

Confessorum non pontificū. Introitus.



Os iusti meditabitur sapiētiā, & lingua eius loquet iudiciū: lex Dei ei⁹ in corde ipsi⁹. Ps. Noli ęmulari in malignātib⁹: neq; zelaueris faciētes iniquitatem. ℣. Gloria Patri. &c. Orō. Ps. 36.
Deus, q nos beati N. confessoris tui annua sollēnitate lętificas: concede propitius: vt cui⁹ natalitia colimus, etiā actiones imitemur. Per Dñm nostrum.

Lectio

Lectio libri Sapientię.

Eccl. 31 Beatus vir, qui inuentus est sine macula: & qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecunię thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, & perfectus inuentus est, & erit illi gloria ęterna: qui potuit transgredi, & non est transgressus: facere mala, & non fecit. Ideo stabilita sunt bona illius in Domino: & eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia sanctorum.

Ps. 91. Gradua. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Dñi. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuã, & veritatem tuã per noctem. Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit: accipiet coronam vitę. Alleluia.

¶ Tẽpore Pasch. Graduale omittit, & Eccl. 45 addit sequẽs ℣. Amauit eũ Dñs, & ornauit eum, stolã glorię induit eum, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Ps. 111. Beatus vir, qui timet Dñm: in mãdatis eius cupit nimis. ℣. Potẽs in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria & diuitię in domo eius: & iustitia eius manet in sęculum sęculi.

Sequentia sancti Euangelij sm Lucam.

Cap. 12 In illo tẽpore: Dixit Jesus discipulis suis: Sint lumbi vestri pręcincti, & lucernę ardentes in manibus vestris, & vos similes hoibus expectantibus dñm suum quando reuertatur a nuptijs: vt, cũ venerit, & pulsauerit, cõfestim aperiãt ei. Beati serui illi, quos cũ venerit Dñs, inuenerit vigilantes: amen dico vobis, quod pcinget se, & faciet illos discũbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita iuenerit, beati sũt serui illi. Hoc autẽ scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & nõ sineret pfodi domũ suã. Et vos estote parati, quia qua hora nõ putatis, Filius hois veniet.

Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Ps. 88.

Secreta.

Laudis tibi Dñe hostias immolamus in tuorum commemoratione sanctorum: quibus nos & pręsentibus exui malis cõfidimus, & futuris. Per Dominũ.

Cõm. Beatus seruus, quem cum venerit Dñs, inuenerit vigilãtẽ: amẽ dico vobis, super oia bona sua cõstituet eũ. Mat. 24

Postcõ.

Refecti cibo, potuque cęlesti, Deus, noster, te supplices exoramus: vt in cuius hęc cõmemoratione percepimus eius muniamur & precibus. Per Dñm.

¶ De eodem cõi alia Missa. Introitus.



Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur: plantatus in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri. Ps. Bonum est cõfiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime. ℣. Gloria Patri. Ps. 91.

Oratio.

Adesto Dñe supplicationibus nrĩs, quas in beati N. confessoris tui sollemnitate deferimus: vt qui nostrę iustitię fiduciam non habemus, eius qui tibi placuit, precibus adiuuemur. Per Dñm.

Lectõ Eplę B. Pauli Apli ad Corint.

Cap. 4. Fratres: Spectaculum facti sumus mũdo, & Angelis, & hoibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autẽ fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. Usque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cędimur, & instabiles sumus, & laboramus operãtes manibus nostris: maledicimur, & benedicimus: persecutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus: tamquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc. Non vt cõfundam vos, hęc scribo, sed vt filios meos charissimos moneo. In Christo Jesu Domino nostro.

Gra-

Ps. 36. Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudiciũ. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius: et non supplantabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir, q timet Dominũ: in mandatis eius cupit nimis, Alleluia.
Ps. 111.

Tpe Pasch. Gradu. omittitur, et additur sequẽs ℣. Iustus germinabit sicut liliũ: et florebit in eternũ ante Dñm, Alla.
Ose. 14

Post Septuagesimam. Tractus.

Ps. 111. Beatus vir, qui timet Dñm: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorũ benedicetur. ℣. Gloria et diuitie in domo ei⁹: et iustitia eius manet in seculum seculi.

Sequentia sancti Euangelij sm Lucam.

Cap. 12. In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Vendite que possidetis, et date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in celis: quo fur non appropiat, neque tinea corrũpit. Ubi enim thesaurus vester est, ibi et cor vestrum erit.

Ps. 20. Offertorium. In virtute tua Domine letabitur iustus, et super salutare tuum exultabit vehementer, desiderium anime eius tribuisti ei.

Secreta.

Presta nobis quesumus omnipotẽs Deus: vt nostre humilitatis oblatio et pro tuorũ tibi grata sit honore sanctorum, et nos corpore pariter, et mente purificet. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit.

Mat. 19 Commu. Amen dico vobis, quod vos qui reliquistis omnia, et secuti estis me: cẽtuplum accipietis, et vitam eternam possidebitis.

Postcommunio.

Quesumus omnipotens Deus: vt qui celestia alimenta percepimus, intercedente beato N. confessore tuo, per hec contra omnia aduersa muniamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit.

Item alia Epistola et Euangelium pro confessore non Pontifice.

Lectõ Eple B. Pauli Apli ad Phil.

Fratres: Que mihi fuerunt lucra, hec arbitratus sum propter Christum detrimenta. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminẽtem scientiam Iesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, et arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam: vt et inueniar in illo non habens meam iustitiam, que ex lege est, sed illam, que ex fide est Christi Iesu: que ex Deo est iustitia in fide ad cognoscendum illũ et virtutem resurrectionis eius, et societatem passionis illius, configuratus morti eius: si quo modo occurram ad resurrectionem, que est ex mortuis, non quod iã acceperim, aut iam perfectus sim: sequor autem, si quomodo comprehendam, in quo et cõprehensus sum a Christo Iesu. Cap. 3. Ps. 3

Sequentia sancti Euangelij sm Lucam.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis, parabolam hãc: Homo quidam nobilis abijt in regionẽ longinquam accipere sibi regnũ, et reuerti. Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem mnas, et ait ad illos: Negotiamini dum venio. Ciues autem eius oderãt eũ: et miserunt legationem post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est vt rediret accepto regno: et iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniam, vt sciret quantum quisqȝ negotiatus esset. Venit autem primus dicens: Domine mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi: Euge serue bone, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decẽ ciuitates. Et alter venit, dicens: Domine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait: Et tu esto super quinque ciuitates. Et alter venit, dicẽs: Domine, ecce mna tua, quam habui repositã est in sudario: timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, Cap. 19 Eccl.

sti, ⁊ metis quod non seminasti. Dicit ei: De ore tuo te iudico serue nequam. sciebas quod ego homo austerus sum, tollens quod non posui, ⁊ metens quod nõ seminaui: ⁊ quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, vt ego veniens cum vsuris vtique exegissem illam? Et astantibus, dixit: Auferte ab illo mnam, ⁊ date illi, qui decem mnas habet. Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas. Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur, ⁊ abundabit: ab eo autem, qui non habet, ⁊ quod habet, auferetur ab eo.

¶ De eodem cõmuni pro Abbatibus.

Alia Missa. Introitus.



Os iusti meditabitur sapientiam, ⁊ lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsi⁹.
Ps.36. Ps. Noli æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria Patri, ⁊ Filio, ⁊ Spiritui sancto. Orõ.

Intercessio, nos, q̃s Dñe, beati N. Abbatis commendet: vt, quod nostris meritis non valemus, eius patrocinio assequamur. Per Dominum nostrũ.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccl.45. Dilectus Deo, ⁊ hominibus: cuius memoria in benedictione est. Similem illum fecit in gloria sanctorũ, ⁊ magnificauit eũ in timore inimicorum, ⁊ in verbis suis monstra placauit. Glorificauit illum in conspectu regum, ⁊ iussit illi coram populo suo, ⁊ ostendit illi gloriam suam. In fide ⁊ lenitate ipsius sanctũ fecit illũ, ⁊ elegit eũ ex omni carne. Audiuit enim eum ⁊ vocem ipsius, ⁊ induxit illum in nubem. Et dedit illi coram præcepta, ⁊ legem vitæ ⁊ disciplinæ. Graduale.

Dñe præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ei⁹ coronã de lapide pretioso. ℣. Vitam petijt a te, ⁊ tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Alleluia, alleluia. ℣. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur, Alleluia.

¶ Tempore Paschali omittitur Graduale, ⁊ additur sequens ℣. Iustus germinabit sicut lilium: ⁊ florebit in æternum ante Dominum, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Beatus vir, qui timet Dñm: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potẽs in terra erit semẽ eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria ⁊ diuitiæ in domo ei⁹: ⁊ iustitia eius manet in seculum seculi. Ps. 111.

Sequentia sancti Euãg. sm Matthæũ.

In illo tempore: Dixit Simõ Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus oĩa ⁊ secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me: ĩ regeneratione cũ sederit Filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis ⁊ vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis, qui reliquerit domũ, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrẽ, aut vxorẽ, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplũ accipiet, ⁊ vitam æternam possidebit. Cap.19.

Offertorium. Desideriũ animæ eius tribuisti ei Dñe: ⁊ voluntate labiorum eius non fraudasti eum: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Secreta.

Sacris altaribus Domine hostias superpositas sanctus N. Abbas, quæsumus, in salutẽ nobis prouenire deposcat. Per Dñm nostrũ Iesum Christũ.

Cõm. Fidelis seruus ⁊ prudẽs, quẽ cõstituit Dñs super familiã suã: vt det illis in tempore, tritici mẽsuram. Matt.24. Postcõm.

Protegat nos Dñe cũ tui pceptione sacramenti beatus N. Abbas pro nobis intercedendo: vt ⁊ conuersationis eius experiamur insignia, ⁊ intercessionis ipsius percipiamus suffragia. Per Dominum nostrũ Iesum Christum filiũ tuũ.

COM.

COMMVNE Virginum.

PRO VIRGINE ⁊ martyre. Introitus.

Ps. 118. Oquebar de testimonijs tuis in conspectu regū, ⁊ non confundebar: ⁊ meditabar in mandatis tuis, quę dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria Patri, ⁊ Filio, ⁊ Spiritui sancto. Sicut erat in principio. Oratio.

Deus, qui inter cetera potentię tuę miracula, etiā in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: concede propitius: vt qui beatę N. virginis ⁊ martyris tuę natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum nostrū Iesum Christum filium tuum: Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate Spūs sācti, ⁊c.

Lectio libri Sapientię.

Eccl. 51 Confitebor tibi Dñe rex, ⁊ collaudabo te Deum saluatorem meum. Confitebor nomini tuo: quoniam adiutor ⁊ protector fact⁹ es mihi, ⁊ liberasti corpus meum a perditione, a laqueo linguę iniquę, ⁊ a labijs operantium mendaciū, ⁊ in conspectu astantium factus es mihi adiutor. Et liberasti me secundum multitudinem misericordię nominis tui a rugiētibus, pręparatis ad escam, de manibus quęrētium animam meam, ⁊ de portis tribulationum quę circumdederunt me: a pressura flammę, quę circumdedit me, ⁊ in medio ignis non sum ęstuata: de altitudine ventris inferi, ⁊ a lingua coinquinata, ⁊ a verbo mendacij, a rege iniquo, ⁊ a lingua iniusta: laudabit vsque ad mortem anima mea Dominum: quoniā eruis sustinentes te, ⁊ liberas eos de manibus gentium, Domine Deus noster:

Ps. 44. Grad. Dilexisti iustitiam, ⁊ odisti iniquitatē. ℣. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lętitię. Alleluia, allel. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi in lętitia. Alleluia.

¶ Tempore Paschali omittitur Graduale, ⁊ additur sequens ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua intende, prospere procede, ⁊ regna, alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus pręparauit in ęternum: pro cuius amore sanguinem tuum fudisti. ℣. Dilexisti iustitiam, ⁊ odisti iniquitatē: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lętitię prę consortibus tuis. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua intende, prospere procede, ⁊ regna.

Sequentia sancti Euāg. sm Mattheū.

In illo tēpore. Dixit Iesus discipulis suis parabolā hanc: Simile est regnum cęlorum decem virginibus: quę accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso, ⁊ sponsę. Quinque autem ex eis erant fatuę, ⁊ quinque prudentes: sed quinque fatuę, acceptis lampadibus, nō sumpserunt oleum secum: prudentes vero acceperunt oleū in vasis suis cū lampadibus. Moram autem faciente spōso, dormitauerūt omnes ⁊ dormierūt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiā ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illę, ⁊ ornauerunt lampades suas. Fatuę autem sapiētibus dixerūt: Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostrę extinguuntur. Responderunt prudentes, dicētes: Ne forte non sufficiat nobis ⁊ vobis, ite potius ad vendentes, ⁊ emite vobis. Dum autē irent emere, venit sponsus: ⁊ quę paratę erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, ⁊ clausa est ianua. Nouissime vero veniunt ⁊ reliquę virgines, dicentes: Domine, Dñe, aperi nobis. At ille respondēs, ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate Cap 25.

itaque,

itaque, quia nescitis diem, neque horam.

Ps. 44. Offert. Adducentur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi. Secr.

Suscipe Dñe munera, quę in beatę N. virginis ꝛ martyris tuę sollemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per Dñm nostrum.

Ps. 118. Cōm. Confundantur superbi, qa iniuste inīqtatē fecerūt in me: ego autē in mādatis tuis exercebor ꝛ meditabor i tuis iustificationibus, vt nō ɔfundar. Postcōm.

Auxilientur nobis Dñe sumpta mysteria: ꝛ intercedēte beata N. virgine ꝛ martyre tua, sempiterna faciāt protectione gaudere. Per Dñm nostrum.

¶ Item pro virgine ꝛ martyre alia Missa. Introitus.

Ps. 118. 

Me expectauerunt peccatores vt pderent me: testimonia tua Dñe intellexi: omnis consummationis vidi finem: latum mādatum tuū nimis. Ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria Patri, ꝛ Filio, ꝛ Spiritui sancto. Oratio.

Indulgentiā nobis, quęsumus Domine, beata N. virgo ꝛ martyr imploret: quę tibi grata semper extitit, ꝛ merito castitatis, ꝛ tuę professione virtutis. Per Dñm nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit ꝛ regnat.

Lectio libri Sapientię.

Eccl. 51. Domine Deus meus exaltasti super terrā habitationē meā, ꝛ pro morte defluēte deprecata sum. Inuocaui Dñm Patrē Dñi mei: vt nō derelinquat me in die tribulationis meę, ꝛ in tpe superborū sine adiutorio. Laudabo nomen tuū assidue, ꝛ collaudabo illud in confessione: ꝛ exaudita est oṙo mea. Et liberasti me de perditione, ꝛ eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor tibi, ꝛ laudē dicā nomini tuo, Domine Deus noster.

Grad. Adiuuabit eā Deus vultu suo: Ps. 45. Deus in medio eius non cōmouebit. ℣. Fluminis impetus lętificat ciuitatē Dei: sanctificauit tabernaculū suū Altissim⁹. Alleluia, al'ia. ℣. Hęc est virgo sapiēs, ꝛ vna de numero prudentum, Alleluia.

¶ Tēpore Pasch. omittit Graduale, ꝛ additur sequens ℣. O quam pulchra est casta generatio cum claritate, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus preparauit in ęternum: pro cuius amore sanguinem tuum fudisti. ℣. Dilexisti iustitiam, ꝛ odisti iniquitatē: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lętitię prę consortibus tuis. Ps. 44. ℣. Specie tua, ꝛ pulchritudine tua intende, prospere procede, ꝛ regna.

Sequentia sancti Euang. sm Mattheū.

In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis parabolā hanc: Simile est regnum cęlorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo abscondit, ꝛ prę gaudio illius vadit, ꝛ vēdit vniuersa quę habet, ꝛ emit agrum illū. Iterum simile est regnum cęlorum homini negotiatori, quęrēti bonas margaritas. Inuēta aūt vna preciosa margarita, abijt, ꝛ vēdidit omnia, quę habuit, ꝛ emit eam. Iterum, simile est regnū cęlorū sagenę missę in mare, ꝛ ex omni genere pisciū ɔgreganti. quam, cum impleta esset, educentes, ꝛ secus littus sedentes, elegerūt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione sęculi: exibūt angeli, ꝛ separabunt malos de medio iustorum, ꝛ mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus ꝛ stridor dentium. Intellexistis hęc omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno cęlorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua ꝛ vetera. Offertorium. Capi. 13.

Ps. 44. Diffusa est gratia in labijs tuis, ꝓpterea bene-

benedixit te Deus in eternum, τ in secu-lum seculi. Secreta.

Hostias tibi Dñe beate N. virginis τ martyris tue dicatas meritis, benignus assume: τ ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidiū. Per Dominū.

ps. 118. Cōm. Feci iudicium τ iustitiam, Dñe: non calumnientur mihi superbi: ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquitatis odio habui. Postcōmunio.

Diuini muneris largitate satiati, q̄s Domine Deus noster: vt intercedente beata N. virgine τ martyre tua: in eius semper participatione viuamus. Per Dñm nostrum Jesum Christum.

¶ In cōi pluriū virginū τ m̄. Oia dñr vt supra pro vna virgine, τ martyre, exceptis oione, que dī vt sequitur, τ epistola: De virginibus, que dī vt infra in cōmuni virginum non mart. fol. 194. Oio.

Da, nobis, quesumus Dñe Deus noster, sanctarum virginū, τ martyrum tuarum N. τ N. palmas incessabili veneratione venerari: vt, quas digna mēte nō possumus celebrare, humilibus saltē frequētemus obsequijs. Per Dñm nostrum Jesum Christum. Secreta.

Intende, q̄s Dñe, munera altaribus tuis pro sanctarum virginū τ martyrum tuarū N. τ N. festiuitate proposita: vt sicut per hec beata mysteria illis gloriam contulisti, ita nobis indulgentiā largiaris. Per Dñm nostrum. Postc.

Presta nobis, q̄s Dñe, intercedentibus sanctis virginibus atque martyribus tuis: vt, quod ore contingimus pura mente capiamus. Per Dominum.

¶ Pro virgine tantum. Introitus.



Dilexisti iustitiam, τ odisti iniquitatē: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo letitie, pre consortibus tuis. ps. 44. Ps. Eructauit cor meum verbū bonū: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri, τ Filio, τ Spūi sancto. Oio.

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt, sicut de beate N. virginis tue festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. τc.

Lctō Eple B. Pauli Apli ad Corint.

Fratres: Qui gloriatur, in Dño glorietur. Non enim qui se ipsum commendat, illi probatus est: sed quem Deus commendat. Utinam sustineretis modicum quid insipientie mee, sed τ supportate me. Æmulor enim vos Dei emulatione. Despōdi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Grad. 2. ca. 10. τ 11.

Specie tua τ pulchritudine tua intēde, prospere procede, τ regna. ℣. Propter veritatem, τ māsuetudinem, τ iustitiam: τ deducet te mirabiliter dextera tua. Alla, alla. ℣. Adducent regi virgines post eā: proxime eius afferent tibi in letitia. Alla. ps. 44.

¶ Tpe Pasch. omittitur Grad. τ additur seq. ℣. Specie tua τ pulchritudine tua intēde, ꝓspere ꝓcede, τ regna, alla. ps. 44.

Post Septuagesimam. Tractus.

Audi filia, τ vide, τ inclina aurē tuā: q̄a concupiuit Rex speciem tuā. ℣. Uultum tuū deprecabunt omnes diuites plebis: filie regū in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines post eā: proxime eius afferentur tibi. ℣. Afferētur in letitia τ exultatione: adducentur in templum regis.

Euāg. Simile est regnū celoꝝ decē virg. vt supra in missa virg. τ mart. folio 192.

Offertoriū. Filie regum in honore tuo, astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Secreta. ps. 44.

Accepta tibi sit Dñe sacrate plebis oblatio, pro tuorū honore sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxiliū. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, τ regnat in vnit.

Mat. 25 Communio. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit: exite obuiã Christo Domino. Postcommunio.

Satiasti, Domine, familiam tuã muneribus sacris: eius quęsumus semper interuentione nos refoue, cuius solemnia celebramus. Per Dñm nostrũ.

¶ Item pro virgine tantum alia Missa.

Introitus.

Ps. 44. 

Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines post eã: proximę eius adducentur tibi in lętitia τ exultatione. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri, τ Filio, τ Spũi sancto. Oõ.

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beatę N. virginis tuę festiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Lctõ Eplę B. Pauli Aplĩ ad Corint.

1. cap. 7. Fratres: De virginibus pręceptũ Domini non habeo: consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus a Domino, vt sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es vxori: noli quęrere solutionem. Solutus es ab vxore: noli quęrere vxorem. Si autem acceperis vxorem, non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico, fratres: Tempus breue est: reliquum est, vt τ qui habent vxores, tamquam non habentes sint: τ qui flent, tamquam non flentes: τ qui gaudent, tamquam non gaudentes: τ qui emunt, tamquam non possidentes: τ qui vtuntur hoc mundo, tamquam non vtantur: pręterit enim figura huius mundi. Volo autem vos sine solicitudine esse. Qui sine vxore est, solicitus est quę Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum vxore est, solicitus est quę sunt mundi, quomodo placeat vxori, τ diuisus est. Et mulier innupta, τ virgo cogitat quę Domini sunt, vt sit sancta τ corpore, τ spiritu: In Christo Jesu Domino nostro. Graduale.

Concupiuit rex decorem tuum, quoniã ipse est Dominus Deus tuus. ℣. Audi filia, τ vide, τ inclina aurem tuam. Alleluia, alleluia. ℣. Hęc est virgo sapiens, τ vna de numero prudentum, Alleluia. Ps. 44.

¶ Tpe Paschali Graduale omittitur, τ additur sequens ℣. O quam pulchra est casta generatio cum claritate. Alleluia. Sap. 4.

Post Septuagesimam, Tractus.

Audi filia, τ vide, τ inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. ℣. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filię regum in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximę eius offerentur tibi. ℣. Offerentur in lętitia τ exultatione: adducentur in templum regis. Ps. 44. Euangelium.

Simile est regnum cęlorũ thesauro abscondito in agro. vt supra in Missa Virginis τ martyris. folio 193.

Offertorium. Offerentur regi virgines post eam, proximę eius offerentur tibi in lętitia τ exultatione, adducentur in templum regi Domino. Ps. 44. Secreta.

Accepta tibi sit Domine sacratę plebis oblatio, pro tuorũ honore sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Cõm. Simile est regnum cęlorum homini negotiatori quęrenti bonas margaritas: inuẽta autem vna pretiosa margarita dedit oĩa sua, τ comparauit eã. Postcõ. Mat. 13

Satiasti Domine familiam tuã muneribus sacris: eius quęsumus semper

per interuentione nos refoue, cuius sollemnia celebramus. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

IN COMMVNI non Virginum.

Pro vna martyre non virgine. Introitus.



E expectauerunt peccatores vt perderent me: testimonia tua Domine intellexi: omniꝫ consummationis vidi finem: latum mandatum tuuꝫ nimis.
Ps. 118. psalm. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria patri, ꝛ Filio, ꝛ Spiritui sancto. Oratio.

DEus, qui inter cetera potētię tuę miracula, etiaꝫ in sexu fragili victoriaꝫ martyrij contulisti, cōcede propitius: vt qui beatę N. martyris tuę natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dñm nostrum Jesum Christum.

Si fuerint plures. Oratio.

DA nobis, quęsumus Dñe Deus noster, sanctarum martyrum tuarū N. ꝛ N. palmas incessabili veneratione venerari: vt quas digna mente nō possumus celebrare, humilibus saltem frequētemus obsequijs. Per Dñm nostrum.

Epistola. Confitebor tibi Dñe. fol. 192. vt supra in Missa virginis ꝛ martyris.
Ps. 44. Graduale. Dilexisti iustitiaꝫ, ꝛ odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo letitię. Alleluia, allelu. ℣. Specie tua ꝛ pulchritudine tua, intēde, prospere procede, ꝛ regna, alleluia.

Tēpore Pasch. Graduale omittitur, ꝛ additur sequens ℣. Propter veritateꝫ, ꝛ mansuetudinem, ꝛ iustitiam: ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua, alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.
Ps. 44. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus preparauit in ęternum: pro cuius amore sanguinem tuum fudisti. ℣. Dilexisti iustitiam, ꝛ odisti iniquitatē: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo letitię prę consortibus tuis. ℣. Specie tua, ꝛ pulchritudine tua intende, prospere procede, ꝛ regna. Euangel. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro. vt supra, folio 193.

Offerto. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in ęternum, ꝛ in seculum seculi, alleluia. Secreta.

SVscipe, Dñe munera, quę in beatę N. martyris tuę sollennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per Dominum nostrum.

Si fuerint plures. Secreta.

INtende, quęsumus Domine, munera altaribus tuis pro sanctarum martyrum tuarū N. ꝛ N. festiuitate proposita: vt, sicut per hęc beata mysteria illis gloriam cōtulisti: ita nobis indulgentiam largiaris. Per Dominum nostruꝫ.

Cōmunio. Principes persecuti sunt me gratis, ꝛ a verbis tuis formidauit cor meū: letabor ego super eloquia tua, quasi qui inuenit spolia multa. Postcōmu.

AVxilientur nobis Domine sumpta mysteria: ꝛ intercedente beata N. martyre tua: sempiterna faciant protectione gaudere. Per Dominum nostrū Jesum Christum filium tuum.

Si fuerint plures. Postcommunio.

PResta nobis, quęsumus Domine, intercedētibus sanctis martyribus tuis: vt, quod ore cōtingimus, pura mēte capiamus. Per Dominum nostrum.

Pro nec virgine nec martyre. Introitus.



Cognoui Domine, qa equitas iudicia tua, ꝛ in veritate tua humiliasti me: confige timore tuo carnes meas, a mandatis tuis timui. ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria Patri, ꝛ Filio, ꝛ Spiritui sancto. Sicut erat in principio. Ps. 118.

Oratio.

Oratio.

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beatę N. festiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum.

Lectio libri Sapientię.

Pro.31 Mulierem fortem quis inueniet? procul, & de vltimis finibus pretiũ eius. Confidit in ea cor viri sui, & spolijs nõ indigebit. Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitę suę. Quęsiuit lanã & linũ, & operata est cõsilio manuũ suarũ. Facta est quasi nauis institoris, de longe portans panem suum. Et de nocte surrexit, deditq; prędam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Considerauit agrum, & emit eũ: de fructu manuum suarũ plãtauit vineã. Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suũ. Gustauit, & vidit quia bona est negotiatio eius: nõ extinguetur in nocte lucerna ei⁹. Manum suã misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extẽdit ad pauperem. Non timebit domui suę a frigoribus niuis: omnes enĩ domestici eius vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestẽ fecit sibi: byssus, & purpura indumẽtum eius. Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terrę. Sindonem fecit, & vendidit, & cingulũ tradidit Chananęo. Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo. Os suum aperuit sapientię, & lex clementię in lingua eius. Cõsiderauit semitas domus suę, & panem otiosa non comedit. Surrexerunt filij eius, & beatissimam prędicauerunt: vir eius, & laudauit eam. Multę filię congregauerũt diuitias: tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dñm, ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum: & laudẽt eã in portis opera eius.

Ps.44. Graduale. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te De⁹ in ęternum. ℣. Propter veritatem & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, alleluia. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna, alleluia.

¶ Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequẽs ℣. Propter veritatem & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua, allelu.

Post Septuagesimam. Tractus.

Veni sponsa Christi accipe coronã quã tibi Dominus pręparauit in ęternum. ℣. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lętitię pre consortibus tuis. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua intende prospere procede, & regna.

Sequentia sancti Euãgelij sm Mattheũ.

In illo tempore: Dixit Jesus disci- Cap.13. pulis suis parabolam hanc: Simile est regnum cęlorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo abscondit, & prę gaudio illius vadit, & vendit vniuersa quę habet, & emit agrum illum. Iterum simile est regnum cęlorum homini negotiatori, quęrenti bonas margaritas. Inuenta autem vna pretiosa margarita, abijt, & vendidit omnia quę habuit, & emit eam. Iterum simile est regnum cęlorum sagenę missę in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impleta esset, educentes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione sęculi: exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium. Intellexistis hęc omnia? Dicunt ei: Etiam Dñe. Ait illis: Ideo, omnis scriba doctus in regno cęlorum, similis est homini patrifamilias, q profert de thesauro suo noua & vetera.

Offertorium. Diffusa est gratia in labijs Ps.44. tuis: propterea benedixit te Deus in ęternum,

num, & in sęculum sęculi. Secreta.

Accepta tibi sit Domine sacratę plebis oblatio, pro tuorũ honore sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Communio. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo letitię prę consortibus tuis. Postcommunio.

Satiasti, Domine, familiam tuã muneribus sacris: eius, quęsum⁹, semper interuentione nos refoue, cuius sollemnia celebramus. Per Dñm nostrũ.

¶ Item alia Epistola pro Vidua.

Lectio Ep̃le B. Pauli Ap̃li ad Tim.

1. Cap. 5. Charissime: Viduas honora, quę vere viduę sunt. Si qua autem vidua filios, aut nepotes habet: discat primum domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus: hoc enim acceptum est coram Deo. Quę autem vere vidua est, & desolata, speret in Deum, & instet obsecrationibus, & orationibus nocte ac die. Nam quę in delitijs est, viuens mortua est. Et hoc pręcipe vt irreprehensibiles sint. Si quis autem suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quę fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrauit, si omne opus bonum subsecuta est.

IN ANNIVERSARIO

Dedicationis Ecclesię. Introitus.

Gen. 28 
Terribilis est locus iste: hic domus Dei est, & porta cęli: & vocabitur aula Dei. Ps. 83. Quã dilecta tabernacula tua Dñe virtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sctõ. Sicut erat in principio. Oro.

Deus, qui nobis per singulos annos huius sancti templi tui cõsecrationis reparas diem, & sacris semper mysterijs repręsentas incolumes: exaudi p̃ces populi tui, & pręsta: vt quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cũcta se impetrasse lętetur. Per Dominũ nostrum Jesum Christum.

Lectio libri Apocal. B. Joannis Ap̃li.

In diebus illis: Vidi sanctam ciuitatem Jerusalem nouã descendentem de cęlo a Deo, paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnam de throno dicẽtem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cũ eis. Et ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus: & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum: & mors vltra non erit, neq; luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quę prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Cap. 21

Graduale. Locus iste a Deo factus est, inęstimabile sacramentum: irreprehensibilis est. ℣. Deus, cui astat angelorum chorus, exaudi preces seruorum tuorũ. Ps. 137.

Alleluia, alleluia. ℣. Adorabo ad templum sanctum tuum: & confitebor nomini tuo, Alleluia.

¶ T̃pe Pasch. Gradu. omittit̃, & additur sequens ℣. Bene fundata est domus Domini supra firmam petram, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion: non commouebitur in ęternum, qui habitat in Jerusalem. ℣. Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc, & vsque in sęculum. Ps. 124.

Sequentia sancti Euangelij s̃m Lucam.

In illo t̃pe: Ingressus Jesus perambulabat Jericho. Et ecce vir nomine Zacheus, & hic erat princeps publicanorum, & ipse diues: & quęrebat videre Cap. 19.

Jesuz, quis esset: & nõ poterat prę turba quia statura pusillus erat. Et pręcurrens ascẽdit in arborem sycomorum vt videret eum: quia inde erat transiturus. Et cũ venisset ad locum, suspiciens Jesus vidit illum, & dixit ad eum: Zachęe festinãs descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicẽtes quod ad hominem peccatorẽ diuertisset. Stans autem Zacheus, dixit ad Dñm: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait Jesus ad eũ: Quia hodie salus domui huic facta est: eo quod & ipse filius sit Abrahę. Venit enim Filius hominis quęrere, & saluum facere quod perierat. Dicitur Credo.

1. pa. 16. Offert. Domine Deus in simplicitate cordis mei lętus obtuli vniuersa: & populum tuum, qui repertus est, vidi cũ ingẽti gaudio: Deus Israel, custodi hanc voluntatem Domine Deus. Secreta.

Annue, quęsumus Dñe, precibus nostris: vt, quicũqz intra tẽpli huius, cuius anniuersariũ dedicationis diẽ celebramus, ambitum cõtinemur, plena tibi atqz perfecta corporis & aię deuotione placeamus: vt, dũ hęc vota prȩsentia reddimus, ad ęterna prȩmia te adiuuante peruenire mereamur. Per Dominũ.

Is. 56. Mat. 21 Cõmunio. Domus mea, domus orationis vocabitur, dicit Dominus: in ea omnis qui petit accipit: & qui quęrit inuenit, & pulsanti aperietur. Postcommunio.

Deus, qui de viuis & electis lapidibus, ęternũ maiestati tuę pręparas habitaculum: auxiliare populo tuo supplicanti: vt quod Ecclesię tuę proficit corporalibus spatijs, spiritualibus amplificetur augmentis. Per Dñm nostrum.

Infra Octa. Dedicationis Ecclesię, & in die Oct. dr Missa vt supra in Anniuersario Dedic Ecclesię, sed infra octauã dr secunda Oratio de sancta Maria. Concede. tertia Ecclesię. vel pro papa.

In ipsa die Dedic. Ecclesię Missa dr vt supra i Anniuersario Dedic. exceptis Orationibus, quę dicũtur vt infra. Oro.

Deus, qui inuisibiliter oĩa contines, & tamẽ pro salute generis humani signa tuę potẽtię visibiliter ostendis: tẽplũ hoc potentia tuę inhabitationis illustra, & cõcede: vt omnes, qui huc deprecaturi cõueniunt, ex quacumqz tribulatione ad te clamauerint, consolationis tuę beneficia consequantur. Per Dominũ. Secreta.

Deus, qui sacrandorum tibi auctor es munerũ, effunde super hãc orationis domum benedictionem tuã: vt ab omnibus in ea inuocãtibus nomen tuũ, defensionis tuę sentiatur auxilium. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

Quęsumus, omnipotẽs Deus: vt in hoc loco, quem nomini tuo indigni dedicauimus, cunctis petentibus aures tuę pietatis accommodes. Per Dñm.

In ipsa die Dedicationis altaris totũ Officium agitur vt sup. in Anniuersario Dedicationis Ecclesię, pręter Orationes, loco quarum dñr sequẽtes. Oratio.

Deus, qui ex omni coaptatione sanctorum, ęternum tibi condis habitaculũ: da ędificationi tuę incremẽta cęlestia: vt quorum hic reliquias pio amore complectimur, eorum semper meritis adiuuemur. Per Dñm nostrum. Secr.

Omnipotens sempiterne Deus, altare hoc nomini tuo ędificatum cęlestis virtutis benedictione sanctifica: & omnibus in te sperãtibus auxilij tui munus ostende: vt, & hic sacramentorum virtus, & votorum obtineatur effectus. Per Dñm nostrum. Postcommunio.

Quęsumus, omnipotẽs Deus: vt in hoc loco nomini tuo dedicato, cũ

ctis petentibus aures tuę pietatis accõmodes. Per Dominum nostrum. &c.

SEQVENTES

Missę votiuę, licet pro sacerdotis deuotione quacumq; die dici possint per hebdomadã, quando festũ duplex nõ occurrit: quod tamen passim nisi rationabili de causa fieri non debet: sed quoad fieri potest, Missa cum officio conueniat, cuiq; tñ diei propria Missa potest assignari, vt Feria secunda nisi dicatur pro Defunctis Missa de Trinitate.

¶ Feria tertia de Angelis.
¶ Feria quarta de Apostolis.
¶ Feria quinta de Spiritu sancto.
¶ Feria sexta de Cruce.
¶ Sabbato de sancta Maria.

In ipsis non dĩ Gloria in excelsis. nec Credo. nisi pro publica Ecclesię causa. In missa autem beatę Marię, & in Missa Angelorum dĩ tãtũ; Gloria in excelsis.

MISSA VOTIVA DE Sancta Trinitate. Introitus.

To. 12. 

Benedicta sit sancta Trinitas, atque indiuisa vnitas: confitebimur ei: quia fecit nobiscũ misericordiã suã. Ps. Domine Dñs noster: quã admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. &c. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione verę fidei, ęternę Trinitatis gloriã agnoscere, & in potẽtia maiestatis adorare vnitatem: quęsumus: vt eiusdẽ fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur aduersis. Per Dñm nostrum Jesum Christũ.

Lectõ Eplę B. Pauli Apli ad Corint.

2. c. 13. Fratres: Gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacẽ habete: & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Gratia Dñi nostri Jesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti Spiritus sit cum oĩbus vobis. Amen.

Graduale. Benedictus es Domine, Dan. 3. qui intueris abyssos, & sedes super Cherubiȝ. ℣. Benedictus es Domine in firmamento cęli, & laudabilis in sęcula. Alleluia, alleluia. ℣. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorũ, & laudabilis in sęcula, alleluia.

¶ Tpe Paschali Graduale omittit̃ vsque ad primũ Alleluia. & addit̃ aliue versus vt sequit̃ ℣. Benedicamus Patrem & Filium cum sancto Spiritu, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Te Deum Patrem ingenitum, te Filiũ vnigenitum, te Spiritum sanctum paraclitum: sanctã & indiuiduã Trinitatẽ, toto corde confitemur, laudamus, atq; benedicimus. ℣. Quoniam magnus es tu, & faciẽs mirabilia: tu es Deus solus. ℣. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarũ actio, in sęcula sempiterna, o beata Trinitas.

Sequentia sancti Euang. sm Joannem.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis Cap. 15. 16. suis: Cum venerit Paraclitus, quẽ ego mittam vobis a Patre, spiritũ veritatis, qui a Patre pcedit, ille testimoniũ perhibebit de me: & vos testimoniũ perhibebitis, quia ab initio mecũ estis. Hęc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absque synagogis facient vos: sed venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se pręstare Deo. & hęc faciẽt vobis: quia nõ nouerunt Patrem, neq; me. Sed hęc locutus sum vobis: vt cum venerit hora eorũ, reminiscamini: quia ego dixi vobis. Offertorium.

Benedict⁹ sit Deus Pr̃, vnigenitusq; Dei Filius, sanctus quoq; Spiritus: quia fecit nobiscum misericordiã suã. Secre.

Sanctifica, qs Domine Deus noster, p tui sancti nominis inuocationem

nem huius oblationis hostiam: et per eam nosmetipsos tibi perfice munus ęternū. Per Dñm nostrum Jesum Christum.

Prefatio de sancta Trinitate.

Qui cum vnigenito. etc. folio 96.

Com. Benedicimus Deū cęli, et coram omnibus viuentibus confitebimur ei: qa fecit nobiscū misericordiā suam. Postc.

Proficiat nobis ad salutem corporis et animę, Domine De⁹ noster, huius sacramenti susceptio: et sempiternę sanctę Trinitatis, eiusdemq; indiuiduę vnitatis confessio. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. etc.

¶ Tēpore Paschali in fine Introitus dicūr duo Alla. et i fine Offertorij, et Cōmunionis, tā in superiori, quā in sequētib⁹ Missis, vbi nō habetur, additur, Alla.

¶ Pro gratiaru; actione dicitur Missa de sancta Trinitate, vel de Spiritu sancto, vel de sancta Maria, additis sequentibus Orationibus. Oratio.

Deus, cuius misericordię non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus: pijssimę maiestati tuę pro collatis donis grās agimus, tuā semper clemētiam exorantes: vt, qui petētibus postulata cōcedis, eosdem nō deserens, ad premia futura disponas. Per Dñm. Secreta.

Odorem Dñe sacrificij huius cum gratiaru; actionibus suscipe suauitatis, et presta: vt quos exaudire, et incolumes seruare dignatus es: ab omni in posterum aduersitate costodias: et in tuo seruitio et amore cōcrescant. Per. Postc.

Deus, qui neminem in te sperantem nimium affligi permittis, sed pium precibus prestas auditum: pro postulationibus nostris, votisque susceptis gratias agimus, te pijssime deprecantes, vt per hęc, quę sumpsimus, cunctis eripi mereamur aduersis. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. etc.

MISSA VOTIVA DE Angelis. Introitus.



Benedicite Dominum oēs Angeli eius potentes virtute, qui facitis verbū eius, ad audiendam vocem sermonū eius. Ps. Benedic anima mea Domino: et omnia quę intra me sunt, nomini sancto eius. ℣. Gloria Patri, et Filio. etc. Oratio.

Deus, qui miro ordine, Angelorum ministeria, hominumq; dispensas: cōcede propitius: vt qbus tibi ministrātibus in cęlo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Dñm.

Lectio libri Apocal. B. Joannis Apli.

In diebus illis. Audiui vocē angelorum multorum in circuitu throni, et animaliū, et seniorū: et erat numerus eorum millia milliū, dicētium voce magna: Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutē, et diuinitatem, et sapientiā, et fortitudinem, et honorem, et gloriā, et benedictionem. Et omnem creaturam, quę in cęlo est, et sup terrā, et sub terra, et quę sunt in mari, et quę in eo: omnes audiui dicentes: Sedēti in throno, et agno: benedictio, et honor, et gloria, et potestas in sęcula sęculorum. Et quattuor animalia dicebāt: Amen. Et viginti quattuor seniores ceciderūt in facies suas: et adorauerūt viuentem in sęcula sęculorū. Graduale. Cap. 5.

Laudate Dñm de cęlis, laudate eum in excelsis. ℣. Laudate eum omnes Angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Ps. 148.

Alleluia, alleluia. ℣. In cōspectu Angelorū psallā tibi, adorabo ad tēplū sanctum tuum, et cōfitebor nomini tuo, alla.

¶ Tēpore Paschali omittit Graduale, et addit sequens ℣. Angelus Domini descēdit de cęlo, et accedēs reuoluit lapidem, Mat. 28

dem, ꝛ sedebat super eum, Alleluia.
Post Septuagesimam. Tractus.

Ps. 102. Benedicite Dominum omnes Angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbũ eius. ℣. Benedicite Dñ̃o omnes virtutes eius: ministri eius, qui facitis voluntatem eius. ℣. Benedicite Domino omnia opera eius: in omni loco Dominationis eius benedic anima mea Domino.

Sequentia sancti Euang. sm̃ Joannẽ.

Cap. I. In illo tẽpore: Uidit Jesus Nathanael veniẽtẽ ad se, ꝛ dicit de eo: Ecce vere Israelita, in quo dolus nõ est. Dicit ei Nathanael: Unde me nosti? Respõdit Jesus, ꝛ dixit ei: Priusquã te Philippus vocaret, cũ esses sub ficu, vidi te. Rñ̃dit ei Nathanael, ꝛ ait: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israel. Rñ̃dit Jesus, ꝛ dixit ei: Quia dixi tibi: Uidi te sub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei: Amen, amen dico vobis, videbitis cęlum apertum, ꝛ Angelos Dei ascendẽtes, ꝛ descendentes supra Filiũ hominis.

Apoc. 8. Offertorium Stetit Angelus iuxta arã templi, habens thuribulum aureum in manu sua, ꝛ data sunt ei incensa multa: ꝛ ascendit fumus aromatũ de manu Angeli in conspectu Dei. Secreta.

Hostias tibi Dñ̃e laudis offerimus, suppliciter deprecãtes: vt easdem angelico pro nobis interueniente suffragio, ꝛ placatus accipias, ꝛ ad salutẽ nostram prouenire concedas. Per Dñ̃m nostrum Jesum Christum filium tuum.

Cõm. Angeli, Archãgeli, Principat', ꝛ Potestates, virtutes cęlorũ, Dñ̃ationes, ꝛ Throni, Cherubim atque Seraphim, Dñ̃m bñ̃dicite in ęternũ. Postc.

Repleti, Dñ̃e, benedictione cęlesti, suppliciter imploramus: vt, quod fragili celebramus officio, sanctorũ Angelorum atq; Archangelorũ nobis prodesse sentiamus auxilio. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Alia Missa votiua de S. Michaele Archãgelo, put in ei' dedic. mẽse Septẽb.

MISSA VOTIVA DE sanctis Apostolis Petro ꝛ Paulo. Introitus.



Ps. 138. Mihi autẽ nimis honorificati sũt amici tui Deus: nimis cõfortatus est principatus eorũ. Ps. Domine pbasti me, ꝛ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, ꝛ resurrectionẽ meã. ℣. Gloria Patri, ꝛ Filio, ꝛ Spiritui sancto. Sicut. ꝛc. Orõ.

Deus, cuius dextera beatũ Petrũ ambulantẽ in fluctibus, ne mergeretur, erexit: ꝛ coapastolum eius Paulũ tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius, ꝛ concede: vt amborũ meritis, ęternitatis gloriã consequamur. Qui viuis ꝛ regnas. ꝛc.

Lectio Actuum Apostolorum.

In diebus illis: Per manus Apostolorum fiebant signa, ꝛ prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Ceterorum autem nemo audebat se coniungere illis: sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credẽtium in Domino multitudo virorũ, ac mulierũ, ita vt in plateas eijcerent infirmos, ꝛ ponerent in lectulis ac grabatis, vt veniente Petro, saltẽ vmbra illius obumbraret quemquã illorum, ꝛ liberarentur ab infirmitatibus suis. Concurrebat autem ꝛ multitudo vicinarum ciuitatum Jerusalẽ, afferentes ęgros, ꝛ vexatos a spiritibus immundis: qui curabantur omnes. Cap. 5. Graduale.

Constitues eos principes super omnẽ terrã: memores erũt nominis tui Domine. Ps. 44. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi cõfitebuntur tibi.

Alleluia,

Ps. 138. Alleluia, alleluia. ℣. Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Ps. 125. Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Sequentia sancti Euãgelij sm̃ Mattheũ.

Cap. 19 In illo tempore: Dixit Simon Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Jsrael. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam ęternam possidebit. Offertorium.

Ps. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terrę verba eorũ. Secr.

Oferimus tibi Domine preces & munera: quę, vt tuo sint digna conspectu, Apostolorum tuorũ Petri & Pauli precibus adiuuemur. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Pręfatio de Apostolis. folio 97.

Mat. 19 Communio. Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Jsrael. Postcommunio.

Protege Domine populum tuum: & Apostolorũ tuorũ Petri & Pauli patrocinio confidentem, perpetua defensione conserua. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuũ: Qui tecum viuit, & regnat in vnitate.

¶ Tempore Paschali dicitur Missa vt in festo sancti Marci, pręter orationem, Epistolam, & Euangelium, quę dicuntur vt supra.

MISSA DE SPIRITU Sancto. Introitus.



Spiritus Domini repleuit orbem terrarum: & hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. psal. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant, qui oderunt eũ, a facie eius. ℣. Glĩa Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio. Oratio. — Sap. 2. / Ps. 67.

Deus, qui corda fideliũ sancti Spirit⁹ illustratione docuisti: da nobis in eodẽ spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere. Per Dominum. in vnitate eiusdẽ Spiritus sancti.

Lectio Actuum Apostolorum.

In diebus illis: Cũ audissent Apostoli, qui erãt Jerosolymis, quia recepit Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum, & Joannem: Qui cum venissent, orauerunt pro ipsis vt acciperent Spiritum sanctũ: Nondũ eniз in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantuз erant in nomine Domini Jesu. Tũc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. Graduale. Cap. 8.

Beata gens, cuius est Dñs Deus eorũ: populus quem elegit Dñs in hereditatem sibi. ℣. Verbo Domini cęli firmati sunt, & spiritu oris eius oĩs virtus eorũ. Ps. 32.

Alleluia, alleluia. ℣. Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende, Alleluia.

¶ Tempore Paschali Graduale omittitur, & additur sequens ℣. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terrę, alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Emitte Spũm tuũ, & creabũtur: & renouabis faciẽ terrę. ℣. O quã bonus & suauis est, Dñe, Spũs tuus in nobis. ℣. Veni sancte Spiritus: reple tuorũ corda fideliũ: & tui amoris in eis ignem accende. Ps. 103.

Sequen-

Sequentia sancti Euangelij secundum Joãnem.

Cap. 14 In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis: Si quis diligit me, sermonē meum seruabit, et Pater meus diliget eum, et ad eū veniemus, et mansionē apud eum faciemus: qui nō diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem, quē audistis, non est meus: sed eius qui misit me Patris. Hęc locutus sū vobis apud vos manens. Paraclitus autem Spiritus sanctus, quē mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia, quęcumque dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrū, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis: Uado, et venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrē: quia Pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat: vt cum factum fuerit, credatis. Jam nō multa loquar vobiscū. venit enim princeps mundi huius, et in me non habet quicquam. Sed vt cognoscat mundus quia diligo Patrem, et sicut mandatū dedit mihi Pater, sic facio.

Ps. 67. Offertorium. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis: a templo sancto tuo quod est in Jerusalem tibi offerēt reges munera. Secreta.

Munera, quęsumus Dñe, oblata sanctifica: et corda nostra sancti Spiritus illustratione emunda. Per Dñm. in vnitate eiusdem Spiritus sancti.

Prefatio. Qui ascendens super. fo. 97.

Act. 2. Communio. Factus est repente de cęlo sonus aduenientis spiritus vehementis, vbi erant sedentes: et repleti sunt omnes Spiritu sancto, loquentes magnalia Dei. Postcommunio.

Sancti Spiritus, quęsumus Domine, corda nostra mundet infusio: et sui roris intima aspersione fęcundet. Per Dominum nostrum. in vnitate eiusdem Spiritus.

¶ Ad postulandum gratiam Spiritus sancti, dicitur missa vt supra cum sequētibus orationibus. Oratio.

Deus, cui omne cor patet, et oīs voluntas loquitur, et quem nullū latet secretum: purifica per infusionē sancti Spiritus cogitationes cordis nostri: vt te pfecte diligere, et digne laudare mereamur. Per Dominum. in vnitate eiusdem. Secreta.

Hæc oblatio, quęsumus Dñe cordis nostri maculas emundet: vt sancti Spiritus digna efficiatur habitatio. Per Dominū. in vnitate eiusdē. Postcōm.

Concede, quęsumus omnipotens Deus, sanctū nos Spiritum votis promereri sedulis: quatenus eius gratia, et ab omnibus liberemur tentationibus, et peccatorum nostrorum indulgentiam mereamur accipere. Per Dñm nostrū.

¶ Potest etiam in hac v. feria dici missa votiua de sanctissimo Sacramento, quę habetur in eius festo. folio 120.

MISSA DE SANCTA Cruce. Introitus.

Nos autē gloriari oportet in Cruce Domini nostri Jesu Christi: in quo est salus, vita, et resurrectio nostra, per quem saluati, et liberati sumus. Gal. 6.

psalmus. Deus misereatur nostri, et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui. Oratio. Ps. 66.

Deus, qui vnigeniti filij tui pretioso sanguine, viuificę Crucis vexillum sanctificare voluisti: concede quęsumus: eos, qui eiusdem sanctę Crucis gaudent honore, tua quoque vbique protectione gaudere. Per eumdem Dñm nostrum.

Tempore Paschali, loco supradictę orationis dicitur sequens. Oratio.

Deus, qui pro nobis filium tuū crucis patibulum subire voluisti, vt inimici

mici a nobis expelleres potestatē: cōcede nobis famulis tuis: vt resurrectionis gratiam cōsequamur. Per Dñm nostrum. Et ad Introitum, Offerto. ꝛ Postcōm. additur alleluia. vt supra in propria rubrica dictum est.

Lctō Eple B. Pauli Apli ad Phil.

Cap. 2. FRatres: Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortē, mortem aūt Crucis. Propter quod ꝛ Deus exaltauit illum, ꝛ donauit illi nomē, quod est super omne nomen: vt in nomine Jesu omne genuflectatur cęlestium, terrestrium, ꝛ infernorum, ꝛ omnis lingua cōfiteatur quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris. Hic genuflectitur. Graduale.

Phil. 2. Christus factus est pro nobis obediens vsqꝫ ad mortem: mortem autem Crucis. ℣. Propter quod ꝛ Deus exaltauit illum: ꝛ dedit illi nomen, quod est super omne nomē. Alleluia, alleluia. ℣. Dulce lignum dulces clauos, dulcia ferens pōdera: quę sola fuisti digna sustinere regem cęlorum, ꝛ Dominum, alleluia.

¶ Tpe Paschali Graduale omittitur, ꝛ additur sequens ℣. Dicite in gentibus, quia Dominus regnauit a ligno, Alla.

Post Septuagesimam. Tractus.

Adoramus te Christe, ꝛ benedicimus tibi: quia per Crucem tuam redemisti mūdum. ℣. Tuam Crucez adoramus Domine, tuam gloriosam recolimus passionē: miserere nostri, qui passus es pro nobis. ℣. O crux benedicta, quę sola fuisti digna portare regem cęlorum, ꝛ Dñm.

Sequētia sancti Euāgelij sm Mattheuz.

Cap. 29 IN illo tempore: Assumpsit Jesus duodecim discipulos suos secreto, ꝛ ait illis: Ecce ascendimus Jerosolymam, ꝛ filius hominis tradetur principibus sacerdotum, ꝛ Scribis, ꝛ condemnabunt eum morte, ꝛ tradent eum Gentibus ad illudendum, ꝛ flagellandum, ꝛ crucifigendum, ꝛ tertia die resurget.

Offertorium. Protege Domine plebem tuam per signum sanctę Crucis ab omnibus insidijs inimicorum omnium: vt tibi gratā exhibeamus seruitutem, ꝛ acceptabile tibi fiat sacrificiū nostrum. Secr.

HAec oblatio nos, quęsumus Dñe, ab oībus purget offensis: quę in ara Crucis immolata, etiam totius mundi tulit offensam. Per Dñm nostrum.

Prefatio de Cruce. Qui salutem. f. 94.

Communio. Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster.

Postcommunio.

ADesto nobis Dñe Deus noster: ꝛ, quos sanctę Crucis lętari facis honore, eius quoqꝫ perpetuis defende subsidijs. Per Dñm nostrū Jesuz Christū.

ALIA MISSA DE Passione Dñi nostri Jesu Christi.

Introitus.



HUmiliauit semetipsum Dominꝰ Jesus Chrs vsque ad mortem: mortez autē Crucis: ꝑpter qđ ꝛ Deus exaltauit illum, ꝛ donauit illi nomē, quod est super omne nomē. Ps. Misericordias Dñi in ęternum cātabo: in generationē ꝛ generationem. ℣. Gloria Patri. Oro. Phil. 2. Ps. 88.

DOmine Jesu Christe, q de cęlis ad terram de sinu Patris descēdisti, ꝛ sanguinem tuuz pretiosum in remissionē peccatorum nostrorum fudisti: te humiliter deprecamur: vt in die iudicij, ad dexteram tuam audire mereamur: venite benedicti. Qui viuis ꝛ regnas.

Lectio Zacharię prophetę.

Cap. 12. 13. HAec dicit Dñs: Effundā super domū Dauid, ꝛ super oēs habitantes Jerusalem spiritum gratię, ꝛ miserationis ꝛ aspicient in eum, quē cōfixerūt: ꝛ plangent eum planctu quasi super vnigenitum, ꝛ dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti. In illa die erit planctus magnus in Jerusalez. Et dicetur ei, Quid sunt plagę istę in medio ma-

nuum

nuum tuarum? Et dicet: His plagatus sum in domo eorũ qui diligebãt me. Framea suscitare super pastorem meum, ⁊ super virum coherentẽ mihi, dicit Dominus exercituum: percute pastorem, ⁊ dispergentur oues. Ait Dñs omnipotens.

Ps. 68. **Graduale.** Improperium expectauit cor meum, ⁊ miseriã: ⁊ sustinui qui simul mecum contristaretur, ⁊ non fuit: consolantem me quęsiui, ⁊ non inueni. ℣. Dederunt in escam meam fel, ⁊ in siti mea potauerunt me aceto. Alleluia, alleluia. ℣. Aue rex noster: tu solus nostros es miseratus errores: Patri obediens: ductus es ad crucifigendum, vt agnus mansuetus ad occisionem, alleluia.

¶ *Tempore Paschali Graduale omittitur, ⁊ additur sequens* ℣. Tibi gloria, hosanna: tibi triumphus, ⁊ victoria: tibi summę laudis ⁊ honoris corona, alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Isa. 53. Vere lãguores nostros ipse tulit, ⁊ dolores nřos ipse portauit. ℣. Et nos putauimus eũ quasi leprosum, ⁊ percussum a Deo, ⁊ humiliatũ. ℣. Ipse autẽ vulneratus est ꝓpter iniquitates nostras, attritus est ꝑꝑ scelera nostra. ℣. Disciplina pacis super eum, ⁊ liuore eius sanati sumus.

Sequentia sancti Euang. ſm Joannem.

Cap. 19. In illo tempore: Sciens Jesus quia iam oĩa consummata sunt, vt consummaret Scriptura, dixit: Sitio. Vas ergo erat positũ aceto plenũ. Illi autem spõgiam aceto plenam, hyssopo circumponentes, obtulerũt ori eius. Cum ergo accepisset Jesus acetum, dixit: Consummatũ est. Et inclinato capite tradidit spiritũ. Judęi ergo, (qm̃ Parasceue erat) vt non remanerent in cruce corpora sabbato (erat enĩ magnꝰ dies ille Sabbati) rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura, ⁊ tollerẽtur. Venerunt ergo milites: ⁊ primi quidem fregerunt crura, ⁊ alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Jesum autem cum venissent, vt viderunt cum iam mortuũ, non fregerunt eius crura, sed vnus militũ lancea latus eius aperuit, ⁊ cõtinuo exiuit sanguis, ⁊ aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: ⁊ verũ est testimonium eius.

Offertorium. Insurrexerunt in me viri iniqui absque misericordia, quęsierũt me interficere: ⁊ non pepercerunt in faciem meã spuere: lanceis suis vulnerauerunt me, ⁊ concussa sunt omnia ossa mea.

Secreta. Oblatum tibi Domine sacrificium, intercedente vnigeniti filij tui passione, viuificet nos semper ⁊ muniat. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate Spiritus sancti Deus.

Communio. Foderunt manus meas ⁊ Ps. 21.
pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea.

Postcommunio. Domine Jesu Christe fili Dei viui, qui hora sexta pro redẽptione mundi, Crucis patibulum ascẽdisti, ⁊ sanguinem tuum pretiosum in remissionem peccatorum nostrorum fudisti: te humiliter deprecamur: vt post obitũ nostrum, paradisi ianuas nos gaudenter introire cõcedas. Qui viuis ⁊ regnas cum Deo.

MISSA VOTIVA DE S. Maria ab Aduentu, vsque ad Natiuitatem. Introitus.

Rorate cęli desuper, ⁊ Isa. 45.
nubes pluãt iustũ aperiatur terra, ⁊ germinet Saluatorem. Ps. Benedixisti Domine terrã tuam, auertisti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria Patri.

Oratio. Deus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbũ tuũ, Angelo nunciãte, carnẽ suscipere voluisti: pręsta supplicibus tuis, vt qui vere eã genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eũdem Dñm nostrum.

Lectio Isaię prophetę.

In diebus illis: Locutꝰ est Dñs ad Cap. 7.
Achaz, dicens: Pete tibi signum a

Dño

Dño Deo tuo i profundum inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo Dominũ. Et dixit: Audite ergo domus Dauid: Numquid parũ vobis est, molestos esse hominibus, q̃a molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. Graduale.

Ps. 23. Attollite portas principes vr̃as & eleuamini portę ęternales, & introibit rex glorię. ℣. Quis ascẽdet in montem Dñi? aut q̃s stabit in loco sancto eius? innocens manibus & mundo corde. Alleluia, alleluia.

Luc. 1 ℣. Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum: Benedicta tu in mulierib9, alleluia.

Sequentia sancti Euãgelij sm̃ Lucam.

Cap. 1 In illo tẽpore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in ciuitatẽ Galilęę, cui nomen Nazareth, ad Virginẽ despõsatã viro, cui nomen erat Joseph, de domo Dauid, & nomẽ Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eã dixit: Aue gratia plena: Dñs tecũ: Benedicta tu in mulieribus. Quę cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiã apud Deũ: ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius IESVM. hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dñs Deus sedẽ Dauid patris eius: & regnabit in domo Jacob in ęternum: & regni eius nõ erit finis. Dixit autem Maria ad Angelũ: Quomodo fiet istum, quoniã virum non cognosco? Et rñdens Angelus dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te Sanctũ vocabit Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa cõcepit filium in senectute sua: & hic mensis est sextus illi, quę vocatur sterilis: q̃a non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Dñi: fiat mihi secundum verbum tuum.

Offert. Aue Maria, gratia plena: Dñs tecum: Benedicta tu in mulierib9, & benedictus fructus ventris tui. Luc. 1.

Secreta.

In mẽtibus nostris, quęsumus Domine, verę fidei sacramenta confirma: vt, qui cõceptum de virgine, Deum verum & hominem confitemur: per eiusdem salutiferę resurrectionis potentiam, ad ęternam mereamur peruenire lętitiã. Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum.

Pręfatio. Et te in veneratione. fol. 89. quę in sequentibus quoque missis de sancta Maria dicitur. Communio.

Ecce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabit nomẽ eius Emmanuel. Isa. 7.

Postc.

Gratiam tuã, q̃s Dñe, mentibus nostris infunde: vt, qui Angelo nunciãte, Christi filij tui incarnationẽ cognouimus: per passionẽ eius & crucẽ, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eũdem Dñm nostrum Jesum Christum.

A NATIVITATE vsque ad Purificationem. Intr.



Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines post eã, proximę eius afferentur tibi in lętitia, & exultatione. Ps. 44. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Ibidem ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spũi sancto. Oro.

Deus, q salutis ęternę beatę Marię virginitate fęcunda, humano generi pręmia pręstitisti: tribue quęsumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitę suscipere, Dñm nostrum Jesum Christũ filium tuũ: Qui tecum viuit & regnat, &c.

Lectio

Lectio Epl'e B. Pauli Apl'i ad Titū.

Cap.3. Charissime: Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei: nō ex operibus iustitię, quę fecimus nos, sed secundum suā misericordiam saluos nos fecit per lauacrū regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quez effudit in nos abunde, per Jesum Christum Saluatorem nostruz: vt iustificati gratia ipsius, heredes simus secundū spem vitę ęternę. In Christo Jesu Dño nostro.

Ps.44. Graduale. Speciosus forma pre filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribę, velociter scribentis. Alleluia, alleluia. ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti, Dei genitrix intercede pro nobis, alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Gaude Maria. vt in sequenti Missa.

Sequentia sancti Euāgelij ẜm Lucam.

Luc.2. In illo tēpore: Pastores loquebantur adinuicem: Transeamus vsque Bethlehē, & videamus hoc verbū, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Et venerunt festinantes: & inuenerūt Mariam, & Joseph, & infantē positum in presepio. Videntes autē cognouerunt de verbo, quod dictū erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierūt, mirati sunt: & de his, quę dicta erāt a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hec, cōferēs in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificātes, & laudantes Deū in omnibus, quę audierant, & viderant sicut dictum est ad illos. Offertorium.

Felix nāq3 es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: qa ex te ortus est sol iustitię, Christus Deus noster. Secreta.

Muneribus nostris, quęsumus Dñe, precibusque susceptis: & cęlestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per Dñm nostrum Jesum Christū.

Cōm. Beata viscera Marię virginis, q̄ portauerūt ęterni Patris filiū. Postc.

Hec nos communio Dñe purget a crimine: & intercedente beata Dei genitrice Maria, cęlestis remedij faciat esse cōsortes. Per eūdem Dñm nostrū.

A PVRIFICATIONE

vsque ad Pascha. Introitus.



Salue sācta parēs, enixa puerpera regem: qui cęlum terramque regit in sęcula sęculoruz. Ps. Eructauit cor meū verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto. Sicut erat. Oro. Ps.44.

Concede nos famulos tuos qs Dñe Deus, perpetua mētis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatę Marię semper virginis intercessione, a pręsenti liberari tristitia, & ęterna perfrui lętitia. Per Dñm nostrum Jesum Christum.

Lectio libri Sapientię.

Ab initio, & ante sęcula creata suz, & vsq3 ad futurum sęculuz non desinaz, & in habitatione sancta corā ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Jerusalē potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in parte Dei mei hereditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea. Graduale. Eccl.24.

Benedicta, & venerabilis es virgo Maria: quę sine tactu pudoris, inuēta es mater Saluatoris. ℣. Virgo Dei genitrix, quē totus nō capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Alleluia, alleluia. ℣. Virga Jesse floruit, virgo Deū & hominem genuit: pacem Deus reddidit: in se reconcilians ima summis, alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Gaude Maria virgo, cunctas hereses sola interemisti. ℣. Quę Gabrielis Archāgeli dictis credidisti. ℣. Dum virgo

Deum

Deum & hominem genuisti: & post partum virgo inuiolata permansisti. ℣. Dei genitrix intercede pro nobis.

Sequentia sancti Euangelij sm Lucam.

Cap. 11 In illo tempore: Loquente Jesu ad turbas: extollens vocē quędam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portauit, & vbera, quę suxisti. At ille dixit: Quinimmo beati, qui audiunt verbū Dei, & custodiunt illud. Offertorium.

Felix namque es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitię, Christus Deus noster.

Secreta.

Tua Domine propitiatione, & beatę Marię semper virginis intercessione: ad perpetuam atque pręsentem, hęc oblatio nobis proficiat prosperitatem & pacem. Per Dominum. Communio.

Beata viscera Marię virginis, quę portauerunt ęterni Patris Filium. Postc.

Sumptis Dñe salutis nostrę subsidijs: da q̄sumus, beatę Marię semper virginis patrocinijs nos vbique protegi, in cuius veneratione hęc tuę obtulimus maiestati. Per Dominum nostrū.

A PASCHA VSQVE AD Pentecosten. Introitus.



Salue sancta parēs, enixa puerpera regem: qui cęlū terramq̄ regit in sęcula sęculorum, alleluia, alleluia. ps. Eru- Ps. 44. ctauit cor meum verbū bonū: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spūi sancto. Oīo.

Concede nos famulos tuos quęsumus Dñe Deus, perpetua mētis, & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatę Marię semper virginis intercessione, a pręsenti liberari tristitia, & ęterna perfrui lętitia. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Sapientię.

Eccl. 24. Ab initio, & ante sęcula creata sum, & vsq̄ ad futurum sęculū non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Jerusalē potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in parte Dei mei hęreditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea. Alleluia, alleluia. ℣. Virga Jesse floruit: virgo Deū & hominem genuit: pacem Deus reddidit, in se reconcilians ima summis, alleluia. ℣. Aue Maria, gratia plena, Dominus tecū: Benedicta tu in mulieribus, Alleluia. Lu. 17.

Sequentia sancti Euang. sm Joannem.

In illo tpe: Stabāt autē iuxta crucē Cap. 19 Jesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophę, & Maria Magdalene. Cū vidisset ergo Jesus matrē, & discipulum stantē quē diligebat, dicit matri suę: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Offertor.

Beata es virgo Maria, quę omniū portasti creatorem: genuisti qui te fecit, & in ęternū permanes virgo, alleluia. Secre.

Tua Dñe propitiatione, & beatę Marię semp virginis intercessione: ad perpetuā atq̄ pręsentē hęc oblatio nobis pficiat psperitatē & pacē. Per Dñm.

Communio. Beata viscera Marię virginis, quę portauerunt ęterni Patris filium, alleluia. Postcommunio.

Sumptis Dñe salutis nostrę subsidijs da, q̄s, beatę Marię semper virginis patrocinijs nos vbique protegi: in cuius veneratione hęc tuę obtulim⁹ maiestati. Per Dñm nostrū Jesū Christū.

A PENTECOSTE vsque ad Aduentum. Introitus.



Salue sancta parēs: enixa puerpera regem, qui cęlū terrāq̄ regit in sęcula sęculorū. ps. Eru- Ps. 44. ctauit cor meū verbum bonū: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Concede nos famulos tuos, quesumus Dñe Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beatę Marię semper virginis intercessione a pręsenti liberari tristitia, et ęterna perfrui lętitia. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Sapientię.

Eccl. 24. Ab initio, et ante secula creata sum, et usque ad futurum seculum nõ desinam, et in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sum, et in ciuitate sanctificata similiter requieui, et in Jerusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, et in parte Dei mei hereditas illius, et in plenitudine sanctorum detentio mea. Graduale. Benedicta, et venerabilis es virgo Maria: quę sine tactu pudoris inuẽta es mater Saluatoris. ℣. Virgo Dei genitrix, quẽ totus nõ capit orbis, in tua se clausit viscera fact⁹ homo. All'a, all'a. ℣. Post partum, virgo inuiolata permansisti: Dei genitrix intercede pro nobis, Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij sm̃ Lucam.

Cap. 11. In illo tempore: Loquente Jesu ad turbas extollens vocem quędam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portauit, et vbera quę suxisti. At ille dixit: Quinimmo beati, qui audiunt verbũ Dei: et custodiunt illud. Offertorium. Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. Secreta. Tua Dñe ꝓpitiatione, et beatę Marię semper virginis intercessione: ad perpetuam atque pręsentem, hęc oblatio nobis proficiat prosperitatem et pacem. Per Dominum. Communio. Beata viscera Marię virginis: quę portauerunt ęterni Patris Filiũ. Postcõ. Sumptis Dñe salutis nostrę subsidijs da, quesum⁹, beatę Marię semper virginis patrocinijs nos vbiq; protegi, in cuius veneratione, hęc tuę obtulimus maiestati. Per Dominum nostrũ.

ALIÆ MISSÆ VOTIVÆ, pro diuersis rebus quacumque die dicendę: nisi fuerit Dominica, vel Officium duplex: quę tamen passim non dicantur, nisi vrgenti de causa, vt supra dictum est de alijs Missis votiuis.

¶ Missa pro quacumque necessitate.

Introitus.



Salus populi ego sum, Ps. 67. dicit Dominus: de quacumque tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos: et ero illorum Dominus in perpetuũ. Psalmus. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc, et semper. Oratio. Ineffabilem misericordiam tuã Domine nobis clemẽter ostende: vt simul nos, et a peccatis omnibus exuas, et a pęnis quas pro his meremur, eripias. Per Dñm nostrum Jesum Christum.

Lectio Jeremię prophetę.

Si iniquitates nostrę contenderint Cap. 14. contra nos, Dñe fac propter nomen tuum, quoniam multę sunt auersiones nostrę, tibi peccauimus. Expectatio Israel, saluator eius in tempore tribulationis: Tu autem in nobis es Domine, et nomen tuum inuocatum est super nos: ne derelinquas nos Domine Deus noster. Graduale. Liberasti nos Domine ex affligentibus nos, et eos qui nos oderunt, confudisti. ℣. In Deo laudabimur tota die, et nomini tuo confitebimur in secula. Alleluia, alleluia. ℣. Propitius esto Dñe peccatis nostris: nequando dicãt gentes, Ubi est Deus eorum? Alleluia. ¶ Tempore Paschali omittitur Graduale, et additur sequens ℣. Exultabo, et lętabor in misericordia tua: quoniam respexisti humilitatem meam, saluasti de necessita-

cessitatibus animam meam, alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

De necessitatibus meis eripe me Domine: vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te Domine leuaui animã meã: Deus meus in te confido, non erubescã: neq; irrideant me inimici mei. ℣. Etenim vniuersi qui te expectant, non confundẽtur: confundantur omnes facientes vana.

Sequentia sancti Euãg. sm Marcum.

Cap. 11. In illo tẽpore: Dixit Jesus discipulis suis: Habete fidẽ Dei. amen dico vobis, quia quicũq; dixerit huic mõti: Tollere, & mittere i mare, & nõ hesitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcumq; dixerit, fiat fiet ei. Propterea dico vobis, oĩa quęcũq; orãtes petitis, credite qa accipietis, & eueniẽt vobis.

Offertor. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me Dñe: & super iram inimicorum meorũ extẽdes manuz tuam, & saluũ me fecit dextera tua. Secr.

Purificet nos Dñe quęsumus, muneris pręsentis oblatio: & dignos sacra participatione perficiat. Per Dñm.

Cõmunio. Memento verbi tui seruo tuo Dñe, in quo mihi spẽ dedisti: hęc me cõsolata est in humilitate mea. Postcõmu.

Presta, quęsumus Dñe, vt terrenis affectibus expiati, ad superni plenitudinẽ sacramenti, cuius libauimus sancta, tẽdamus. Per Dominum nostruz.

MISSA PRO PECCATIS.

Introitus.

Sap. 11. 

Misereris omnium Domine, & nihil odisti eorũ quę fecisti. dissimulans peccata hominuz propter pęnitẽtiam, & parcens illis, qa tu es Dominus Deus noster. Ps. 56 Ps. Miserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. ℣. Gloria Patri. Oro.

M. Rom.

Exaudi quęsumus Dñe, supplicuz preces, & cõfitentiũ tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, & pacem. Per Dñm.

Lectio Epl'ę B. Pauli Apl'i ad Rom.

Fratres: Cõdelector legi Dei secũdum interiorẽ hominem: video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis męę, & captiuãtem me in lege peccati, quę est i mẽbris meis. Cap. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum.

Grad. Propitius esto Dñe peccatis nostris, nequãdo dicãt gẽtes, Ubi est Deus eorum? ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter honorem noĩs tui Dñe libera nos. Alleluia, alleluia. ℣. Deus, iudex iustus, fortis, & patiens: numquid irascetur per singulos dies? Alleluia.

¶ Tempore Paschali Graduale omittitur, & additur sequens ℣. Auditui meo Ps. 50. dabis gaudium & lętitiam, & exultabunt ossa humiliata, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

De profundis clamaui ad te Domine, Ps. 129. Domine exaudi vocem meam. ℣. Fiant aures tuę intendentes in orationez serui tui. ℣. Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine, quis sustinebit?

Sequentia sancti Euangelij sm Lucaz.

In illo tẽpore: Dixit Jesus discipulis suis: Petite, & dabitur vobis: Cap. 11. quęrite: & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim, qui petit, accipit: & qui quęrit, inuenit: & pulsanti aperiet. Quis autẽ ex vobis patrẽ petit panẽ, nũquid lapidẽ dabit illi? Aut piscem: numquid pro pisce serpentẽ dabit illi? Aut si petierit ouũ: numquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis Pater vester de cęlo, dabit spiritum bonum petentibus se? Offertoriuz.

Ps. 101. Domine exaudi orationem meã: & clamor meus ad te perueniat. Secreta.

Hostias tibi Domine placationis & laudis offerim⁹: vt & delicta nostra miseratus absoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per Dominum. Communio.

Luc. 11. Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis: oĩs enim qui petit, accipit: & qui quærit inuenit: & pulsanti aperietur, alleluia. Postcõmunio.

Præsta nobis æterne saluator: vt percipiẽtes hoc munere veniã peccatorũ, deinceps peccata vitemus. Per Dñm.

¶ Missa pro eligendo summo Pontifice sede vacante, dicitur de Spiritu sancto, vel vt sequitur. Introitus.



2. Re. 2. Suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meũ & aĩam meã faciet: & ædificabo ei domum fidelẽ, & ambulabit corã Christo

Ps. 131 meo cũctis diebus. Ps. Memento Dñe Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria Patri. &c. Oĩo.

Supplici Domine humilitate deposcimus: vt sacrosãctæ Romanæ Ecclesiæ concedat pontificem illum tua immensa pietas: qui & pio in nos studio semper tibi placitus, & tuo populo pro salubri regimine sit assidue ad gloriã tui nominis reuerendus. Per Dñm nostrum.

Lectio Epl'æ B. Pauli Apl'i ad Hebr.

Cap. 4. Fratres: Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ: vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in

Cap. 5. auxilio opportuno. Omnis namq; pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus cõstituitur in ijs, quæ sunt ad Deũ, vt offerat dona: & sacrificia pro peccatis, qui condolere possit ijs, qui ignorant, & errant: quoniã & ipse circumdatus est infirmitate: & propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorẽ, sed qui vocatur a Deo, tamquã Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: Filius Ps. 2.
meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit: Tu es sa- Ps. 109.
cerdos in æternum secundũ ordinẽ Melchisedech. Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesq; ad eum, qui possit illum saluum facere a morte, cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Graduale.

Põtifex sacerdos magnus inter fratres suos, super cui⁹ caput fusum est vnctionis oleũ, & cuius manus in sacerdotio cõsecratæ sunt, vestitusq; est sanctis vestib⁹: debuit per oĩa fratrib⁹ similari. ℣. Vt misericors fieret & fidelis põtifex ad Deũ: vt repropitiaret debita populi. Alleluia, alleluia. ℣. Sacerdos sit sanct⁹, sicut ego Leu. 21.
sum Dñs, qui sanctifico vos, alleluia.

¶ Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequẽs ℣. Ego sum pa- Ioã. 10.
stor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Surge Dñe in requiem tuam, tu & ar- Ps. 131.
ca sanctificationis tuæ. ℣. Sacerdotes tui induantur iustitiã, & sancti tui exultatione exultabũt. ℣. Propter Dauid seruum tuũ non auertas faciem Christi tui.

Sequentia sancti Euang. sm Ioannem.

In illo tpe: Dixit Iesus discipulis Cap. 14.
suis: Si diligitis me, mandata mea seruate. Et ego rogabo Patrem, & aliũ paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscũ in æternum, Spiritũ veritatis, quẽ mundus nõ potest accipere, quia nõ videt eum, nec scit eum. vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquã vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum: & mũdus me iam non videt. Vos autem videtis me: quia ego viuo, & vos viuetis.

Offer-

Offer. Non participent scta, donec exur gat põtifex in ostẽsione, ꝛ veritate. Secr.

Tue nobis Domine abundantia pietatis indulgeat: vt per sacra munera, quę tibi reuerenter offerimus, gratum maiestati tue põtificẽ sanctę mrīs Eccl'ę regimini ꝑesse gaudeamus. Per Dñm.

Communio. Veste sancta vtetur pontifex, qui fuerit constitutus, ꝛ qui ingredietur tabernaculum testimonij, vt ministret in sanctuario. Postcommunio.

Pretiosi corporis ꝛ sãguinis tui nos Dñe sacramento refectos, mirifica tuę gratia maiestatis de illius summi põtificis confessione lętificet: qui ꝛ plebem tuam virtutibus instruat, ꝛ fideliuȝ mentes spiritualium aromatũ odore perfundat. Qui viuis ꝛ regnas cum Deo. ꝛc.

¶ In die creationis ꝛ coronationis Papę, ꝛ eiusdẽ diei anniuersario, dr̄ missa vt in Cathedra B. Petri. f. 141. cũ Orõne. Deus oĩum fidel. 207. omissis orõnibꝰ sãctoꝝ Petri ꝛ Pauli. ꝛ dr̄ O red.

¶ In Anniuersario creationis siue cõsecrationis Epi dr̄ sequẽs Missa. Introitꝰ. Sacerdotes tui. de cõi ꝓfess. pont. 189. omissa Orone festi, cuius loco dr̄ Orõ. Deus omniuȝ fideliũ. sicut pro Papa. ꝛ vbi dicitur Ecclesię tuę pręesse voluisti. Nominet Ecclesiã cui ꝑest, dicẽs Eccl'ię N. vel huic pręesse voluisti. Epistola dr̄ Omnis pontifex. de cõmuni cõfessoris pontif. f. 189. ꝛ Euang. Videte, vigilate, ꝛ orate. de eodem communi. fol. 190.

¶ Missa ad tollendum Scisma, vel pro quacumque necessitate Ecclesię. Introitus.

Ps. 105. 

Saluos fac nos, Domine Deus noster, ꝛ congrega nos de nationibus: vt confiteamur nomini sancto tuo, ꝛ gloriemur in laude tua. Ps. Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in sęculum misericordia eius. ℣. Gloria Patri, ꝛ Filio. ꝛc. Oratio.

Deus, qui errata corrigis ꝛ dispersa congregas, ꝛ congregata conseruas: quęsumus, super populum Christianum tuę vnionis gratiã clementer infunde: vt diuisione reiecta, vero pastori Ecclesię tuę se vniens tibi digne valeat famulari. Per Dominum nostrum. ꝛc.

Lctõ Epl'ę B. Pauli Apl'i ad Ephes.

Fratres: Obsecro vos, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, Cap. 4. cum omni humilitate, ꝛ mãsuetudine, cũ patientia, supportantes inuicem in charitate, soliciti seruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, ꝛ vnus spiritus sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrę. Vnus Dñs: vna fides, vnum baptisma. Vnus Deus ꝛ Pater omnium, qui est super omnes, ꝛ per omnia, ꝛ in omnibus nobis. Vnicuique autẽ nostrum data est gratia secundum mẽsuram donationis Christi: donec occurramus omnes in vnitateȝ fidei ꝛ agnitionis filij Dei, in virũ perfectum, in mensuram ętatis plenitudinis Christi: vt iam non simus paruuli fluctuantes, ꝛ circumferamur omni vento doctrinę in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionẽ erroris. Veritatem autẽ facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus: ex quo totũ corpus cõpactum, ꝛ connexuȝ per omnẽ iuncturã subministrationis, ſm operationẽ in mẽsuram vniuscuiusq; membri, augmentum corporis facit in ędificationẽ sui in charitate. Hoc igit̃ dico ꝛ testificor in Dño: vt iam non ambuletis, sicut ꝛ Gẽtes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratũ habẽtes intellectum, alienati a vita Dei per ignorãtiã, quę est in illis, propter cęcitateȝ cordis ipsorum, qui desperantes, semetipsos tradiderũt impudicitię, in operationem immũditię omnis in auari-

auaritiam. Vos autem non ita didicistis
Christum, si tamen illum audistis, ⁊ in ipso edocti estis, sicut est veritas in Christo Jesu Domino nostro. Graduale.

Ps. 121. Rogate, quę ad pacem sunt Jerusalē, ⁊ abundantia diligentibus te. ℣. Fiat pax in virtute tua, ⁊ abūdātia in turrib⁹ tuis. Alleluia, alleluia. ℣. Lauda Jerusalem Dñm, lauda Deum tuū Sion, Alleluia.

¶ Tempore Paschali Grad. omittitur ⁊ additur seq. ℣. Qui posuit fines tuos pacem, ⁊ adipe frumēti satiat te, alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Ps. 75. Notus in Judęa Deus, in Israel magnum nomē eius. ℣. Et factus est in pace locus eius, ⁊ habitatio eius in Sion. ℣. Ibi confregit potentias arcuum, scutum, gladium, ⁊ bellum.

Sequentia sancti Euāgelij sēm Joānem.

Cap. 17. In illo tempore: Sublevatis Jesus oculis in cęlū, dixit: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: vt sint vnum, sicut ⁊ nos. Cū essem cū eis, ego seruabā eos in noīe tuo. Quos dedisti mihi, custodiui: ⁊ nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis, vt Scriptura impleatur. Nunc autē ad te venio: ⁊ hęc loquor in mundo, vt habeāt gaudiū meū impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum, ⁊ mūdus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut ⁊ ego non sum de mūdo. Non rogo vt tollas eos de mūdo, sed vt serues eos a malo. De mundo nō sunt, sicut ⁊ ego nō sum de mūdo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundū, ⁊ ego misi eos in mūdum. Et pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint ⁊ ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantū, sed ⁊ pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, ⁊ ego in te, vt ⁊ ipsi in nobis vnū sint: vt credat mūdus, quia tu me misisti. Et ego claritatē, quam dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum, sicut ⁊ nos vnum sumus. Ego in eis, ⁊ tu in me: vt sint consummati in vnum. Offertoriū.

Det vobis Deus idipsum sapere in al- Ro. 15.
terutrum: vt vnanimes, vno ore, honorificetis Deum nostrum. Secreta.

Munera hęc pro vnione populi Christiani tibi Domine oblata sanctifica, per quę vnitatis ⁊ pacis in Ecclesia tua nobis dona cōcede. Per Dominū.

Cōmunio. Vnus panis ⁊ vnum corpus j. Corin. 10.
multi sumus, omnes qui de vno pane, ⁊ de vno calice participamus. Postcōm.

Hæc tua Dñe sumpta sacra cōmunio, sicut fidelium in te vnionē pręsignat: sic in tua Ecclesia vnitatis quęsumus operetur effectum. Per Dominū.

¶ Missa contra Paganos. Introitus.

Exurge, quare obdormis Ps. 43.
Domine? exurge, ⁊ ne repellas in finem: quare faciem tuam auertis, obliuisceris tribulationem nostram? adhęsit in terra venter noster: exurge Domine, adiuua nos, ⁊ libera nos. Ps. Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis. ℣. Gloria Patri, ⁊ Filio, ⁊ Spiritui sancto. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, in cuius manu sunt omnium potestates, ⁊ omnium iura regnorum, respice in auxilium Christianorum: vt gētes paganorum, quę in sua feritate cōfidunt, dexterę tuę potētia conterātur. Per Dñm.

Ep'la. In diebus illis, Orauit Mardocheus ad Dñm. ⁊c. in Feria iiij. post secundam Dñicam Quadrag. folio 29.

Gradua. Sciant gentes, qm̄ nomen tibi Ps. 82.
Deus: tu solus altissim⁹ sup̄ omnē terrā. ℣. Deus meus pone illos vt rotā, ⁊ sicut stipulam ante faciē venti. Alleluia, alleluia. ℣. Excita Domine potētiam tuam ⁊ veni: vt saluos facias nos. Alleluia.

¶ Tem-

¶ T'pe Pasch. Gradu. omittitur, & ad-
Ps. 79. ditur sequens ℣. Deus virtutum, con-
uertere, respice de cęlo, & vide & visita vi-
neam istam, & perfice eam quam planta-
uit dextera tua, alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Ps. 78. Adiuua nos Deus salutaris noster, &
propter gloriam nominis tui Domine li-
bera nos: & ꝓpitius esto peccatis nostris
propter nomen tuū. ℣. Ne forte dicant
in gentibus, Ubi est Deus eorum? & in-
notescat coram oculis nostris. ℣. Ultio
sanguinis seruoꝝ tuoꝝ q̄ effusus est: in-
tret in cōspectu tuo gemitus cōpeditoꝝ.
Euang. Quis vestrum habebit amicum.
vt in Rogationibus. fol. 110. Offertoriū.
Ps. 17. Populum humilem saluū facies, & ocu-
los superborum humiliabis: quoniā quis
Deus pręter te Domine. Secreta.
Sacrificium Dñe, quod immolamꝰ,
intende: vt propugnatores tuos ab
omni eruas paganorū nequitia, & in tuę
protectionis securitate constituas. Per.
Ps. 118. Cōmu. In salutari tuo aīa mea, & in ver-
bum tuum speraui: quādo facies de pse-
quētibus me iudiciū: iniqui persecuti sūt
me, adiuua me Dñe Deus meꝰ. Postc.
Protector noster aspice Deꝰ, & pro-
pugnatores tuos a paganorum de-
fende periculis: vt, ab omnibꝰ perturba-
tionibus semoti, liberis tibi mētibus ser-
uiāt. Per Dñm nostrū Jesum Christū.

¶ Missa tempore belli. Introitus.

Ps. 24. Reminiscere miseratio-
num tuarum Domine,
& misericordię tuę, quę
a sęculo sūt, ne vnquā
dominentur nobis inimi-
ci nři, libera nos Deus
Israel ex omnibus angustijs nostris. Ps.
Ad te Domine leuaui animam meam:
Deus meus in te confido, non erubescā.
℣. Gloria Patri, & Filio. Oratio.
Deus, qui cōteris bella, & impugna-
tores in te sperantium potentia tuę
defensionis expugnas: auxiliare famulis
tuis implorantibus misericordiam tuam:
vt omnium inimicorum suorum feritate
depressa, incessabili te gratiarum actione
laudemus. Per Dominum nostrum.

Lectio Jeremię prophetę.

In diebus illis: Accesserunt omnes Cap. 42.
principes bellatorum: dixeruntque
ad Jeremiam prophetā: Ora pro nobis
ad Dñm Deū tuū. Et factū est verbū Dñi
ad Jeremiā. Uocauitq; Johanā filiū Ca-
ree, & omnes principes bellatorum, & vni-
uersum populum a minimo vsq; ad ma-
gnum. Et dixit ad eos: Hęc dicit Dñs
Deus Israel, ad quē misistis me, vt pro-
sternerē preces vestras in cōspectu eius.
Si quiescentes manseritis in terra hac:
ędificabo vos, & non destruā, plantabo, &
non euellam: iam enim placatus sum su-
per malo, quod feci vobis. Nolite timere
a facie regis Babylonis, quē vos pauidi
formidatis: nolite metuere eū, dicit Do-
minus: quia vobiscū sum ego, vt saluos
vos faciam, & eruā de manu eius. Et da-
bo vobis misericordias, & miserebor ve-
stri, & habitare vos faciam in terra vestra:
Dicit Dñs omnipotens. Graduale.
Tu es Deus, qui facis mirabilia solus: Ps. 76.
notā fecisti in gētibus virtutē tuā. ℣. Li-
berasti in brachio tuo populū tuū, filios
Israel & Joseph. Alleluia, all'a. ℣. Eri- Ps. 58.
pe me de inimicis meis Deus meus: &
ab insurgētibus in me libera me, alleluia.
¶ Tempore Paschali Graduale omit-
titur, & additur sequēs ℣. Ego autem cā- Ps. 102.
tabo fortitudinem tuam: & exaltabo ma-
ne misericordiam tuam, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Domine non secundum peccata nostra,
quę fecimus nos: neque secundum ini-
quitates nostras retribuas nobis. ℣.
Domine ne memineris iniquitatum no-
strarum antiquarum cito anticipent nos
misericordię tuę, quia pauperes facti su-
mus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salu-

taris noster: & propter gloriā nominis tui Domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequētia sancti Euāgelij sm̄ Mattheū.

Cap.24 In illo tempore: Accesserūt ad Jesum discipuli secreto, dicētes: Dic nobis, quādo hęc erunt? & quod signum aduentus tui, & consummationis sęculi? Et respondens Jesus, dixit illis: Uidete ne quis vos seducat. multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus: & multos seducent. Audituri enim estis pręlia, & opiniones pręliorū. Uidete ne conturbemini. Oportet enim hęc fieri sed nondū est finis. Consurget enim gēs in gentem, & regnum in regnum, & erunt pestilentię, & fames, & terremotus per loca. Hęc autē omnia, initia sunt dolorū.

Ps.17. Offert. Populum humilē saluum facies Dn̄e, & oculos superborum humiliabis: qm̄ quis Deus pręter te Dn̄e? Secreta.

Sacrificium Domine quod immolamus, intende placatus: vt ab omnibus nos eruat bellorum nequitijs, & in tuę protectionis securitate constituat. Per Dominum nostrum Jesum.

Ps.39. Communio. Inclina aurem tuam, accelera vt eruas nos. Postcommunio.

Deus, regnorū omnium, regumque dominator: qui nos & percutiendo sanas, & ignoscēdo conseruas: pretende nobis misericordiam tuā: vt tranquillitate pacis, tua potestate seruata, ad remedia correctionis vtamur. Per Dominū.

Missa pro pace. Introitus.

Eccl.36



Da pacem Dn̄e sustinētibus te, vt prophetę tui fideles inueniantur: exaudi preces serui tui, & plebis tuę Jsrael. Ps. Lętatus sum in his, quę dicta sunt mihi: in domum Dn̄i ibimus. ℣. Gloria Patri, & Filio. Oratio.

Deus, a quo sancta desideria, recta cōsilia, & iusta sunt opera: da seruis tuis illam, quam mundus dare nō potest, pacē: vt & corda nostra mādatis tuis dedita, & hostiū sublata formidine, tēpora sint tua protectione tranquilla. Per Dn̄m.

Lectio libri Machabeorum.

In diebus illis: Orationem faciebāt sacerdotes, dum offerrent sacrificiū pro populo Jsrael, Jonatha inchoante, ceteris autem rn̄dentibus, & dicentibus: Benefaciat vobis Deus, & meminerit testamenti sui, quod ad Abraham, Jsaac, & Jacob locutus est seruorum suorum fidelium: & det vobis cor omnibus vt colatis eum, & faciatis eius voluntatē. Adaperiat cor vestrū in lege sua, & in pręceptis suis, & faciat pacē. Exaudiat orationes vestras, & reconcilietur vobis, nec vos deserat in tēpore malo Dn̄s Deus vester. 2.cap.1.

Gradu. Rogate quę ad pacē sūt Jerusalē, & abundātia diligētibus te. ℣. Fiat pax in virtute tua: & abūdātia in turribus tuis. Alleluia, alleluia. ℣. Lauda Jerusalem Dn̄m: lauda Deū tuum Sion, alleluia. Ps.121.

¶ Tpe Pasch. omittitur Grad. & additur seques ℣. Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te, Alleluia. Ps.147.

Post Septuagesimam. Tractus.

Notus in Judęa Deus, in Jsrael magnum nomen eius. ℣. Et factus est in pace locus eius: & habitatio eius in Siō. ℣. Jbi confregit potentias arcum, scutum, gladium, & bellum. Ps.75.

Sequentia sancti Euang. sm̄ Joannem.

In illo tempore: Cū sero esset die illo, vna sabbatorū, & fores essēt clausę, vbi erant discipuli cōgregati propter metum Judęorum: venit Jesus, & stetit in medio, & dicit eis: Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostēdit eis manus, & lat⁹. Gauisi sunt ergo discipuli, viso Dn̄o. Dixit ergo eis iterū: Pax vobis. Sicut misit me Pr̄, & ego mitto vos. Hęc cū dixisset, insufflauit: & dixit eis: Accipite Sp̄ū sanctū: quorū remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorū retinueritis, retenta sunt. Cap.20.

Offer-

Ps. 134. Offert. Laudate Dñm, quia benignus est: psallite noī ei⁹, qm̄ suaue est: oīa quęcūq; voluit, fecit, in cęlo & ī terra. Secr.

Deus, qui credentes in te populos nullis finis concuti terroribus, dignare preces & hostias dicatę tibi plebis suscipere: vt, pax a tua pietate concessa, Christianorū fines ab omni hoste faciat esse securos. Per Dominum nostrum.

Ioā. 20. Cōmu. Pacem meam do vobis: pacem meam relinquo vobis. Postcōmunio.

Deus auctor pacis, & amator: quem nosse, viuere, cui seruire, regnare est: protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos: vt qui in defensione tua cōfidimus, nullius hostilitatis arma timeamus. Per Dominum nostrum.

Missa pro vitanda mortalitate. Introit.

2. Reg. 24.



Recordare Domine testamenti tui: & dic angelo percutiēti, cesset iam manus tua, & non desoletur terra, & ne perdas omnem animā viuētem. Ps. Qui regis Israel, intende, qui deducis velut ouem Ioseph. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Oratio.

Deus, qui non mortē, sed pęnitentiā desideras peccatorū: populū tuū ad te reuertentem propitius respice: vt, dum tibi deuotus existit, iracūdię tuę flagella ab eo amoueas. Per Dominum.

Lectio libri Regum.

2. ca. 24. In diebus illis, Immisit Dominus pestilentiam in Israel, de mane vsque ad tempus constitutū, & mortui sunt ex populo a Dan vsque Bersabee septuaginta millia virorum. Cumq; extendisset manum suā Angelus Domini super Ierusalem vt disperderet eam, misertus est Dominus super afflictione populi sui, & ait Angelo percutienti. Sufficit nunc. Cōtine manum tuam. erat autem Angelus Domini iuxta areā Areuna Iebusęi. Dixitque Dauid ad Dominum cum vidisset Angelū cędentem populū: Ego sum qui peccaui, ego qui inique egi: isti qui oues sunt, quid fecerunt? vertatur obsecro manus tua contra me: & contra domum patris mei. Venit autem Gad propheta ad Dauid in die illa, & dixit ei: Ascende, & constitue altare Domino in area Areuna Iebusęi. Et ascendit Dauid iuxta sermonem Gad, quem pręceperat ei Dñs. Et propitiatus est Dominus terrę, & cohibita ē plaga ab Israel.

Grad. Misit Dñs verbum suum, & sanauit eos: & eripuit eos de morte eorum. ℣. Ps. 106.
Cōfiteātur Dño misericordię eius, & mirabilia eius filijs hominū. Alleluia, all'a.
℣. Saluum me fac Deus: qm̄ intrauerūt Ps. 68.
aquę vsque ad animam meam. Alleluia.

¶ Tempore Paschali Graduale omittitur, & additur sequens ℣. Saluabo populum meum Israel in die malo, & ero eis in Deum in veritate, & iustitia, alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Domine, non s̄m peccata nostra quę fe- Ps. 102.
cimus nos: neq; s̄m iniquitates nostras
retribuas nobis. ℣. Dñe, ne memineris Ps. 78.
iniquitatū nostrarum antiquarū: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriā nominis tui Dñe libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomē tuū.

Euang. Surgens Iesus de synagoga.
In feria v. Dñicę iij. Quadrag. fol. 34.

Offerto. Stetit pontifex inter mortuos & Num. 16
viuos, habēs thuribulū aureū ī manu sua, & offerens incēsi sacrificiū: placauit iram Dei, & cessauit quassatio a Dño. Secre.

Subueniat nobis Dñe sacrificij pñsentis oblatio: quę nos & ab erroribus vniuersis potēter absoluat, & a totius eripiat perditionis incursu. Per Dominū nostrum Iesum Christum. Communio.

Multitudo languentiū, & qui vexabantur Ioan. 5.
a spiritibus immundis, veniebant ad eū: qa virtus de illo exibat, & sanabat omnes.

Postcom-

Postcommunio.

Exaudi nos Deus salutaris noster: & populum tuum ab iracundie tue terroribus liberum, misericordie tue fac largitate securum. Per Dñm nostrum.

¶ Missa pro infirmis. Introitus.

Ps. 54. 
Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meã: intende in me, & exaudi me. psal. Contristatus sum in exercitatione mea & conturbatus sum a voce inimici: & a tribulatione peccatoris. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, salus eterna credentium: exaudi nos pro famulis tuis infirmis, pro quibus misericordie tue imploram⁹ auxiliũ: vt reddita sibi sanitate, gratiarũ tibi in Ecclesia tua referant actiones. Per Dominum.

Lectio Epistole beati Jacobi Apostoli.

Cap. 5. Fratres: Tristatur aliquis vestrum? oret: Aequo animo est? psallat. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesie, & orent super eũ, vngẽtes eum oleo in nomine Dñi: & oratio fidei saluabit infirmũ, & alleuiabit eũ Dñs: & si in peccatis fuerit, dimittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem vt saluemini. Gradua.

Ps. 6. Miserere mei Dñe, quoniam infirmus sum: sana me Dñe. ℣. Conturbata sunt omnia ossa mea, & anima mea turbata est

Ps. 101. valde. Alla, alla. ℣. Dñe exaudi orõnẽ meã: & clamor meus ad te veniat, alleluia. Versus Tẽpore Pasch. & Tract⁹ post Septuag. vt sup. in missa tpe belli. 204. Euangelium. Cum introisset Jesus. &c. vt in feria quinta post diẽ Cinerũ. fol. 21.

Ps. 54. Offertorium. Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationẽ meam, intende in me, & exaudi me. Secreta.

Deus, sub cuius nutibus vite nostre momenta decurrũt: suscipe preces & hostias famulorũ tuorũ, pro qbus egrotantibus misericordiã tuam imploramus: vt de quorum periculo metuimus, de eorum salute letemur. Per Dñm nostrum. Communio. Illumina faciem tuã super seruum tuum, & saluum me fac in tua misericordia Domine: non confundar, quoniam inuocaui te. Postcommunio.

Deus infirmitatis humane singulare presidium, auxilij tui super infirmos famulos tuos ostende virtutem: vt, ope misericordie tue adiuti, Ecclesie tue sancte incolumes representari mereantur. Per Dñm nostrum Jesum Christũ.

MISSA PRO SPONSO, & Sponsa. Introitus.



Deus Israel coniungat vos: & ipse sit vobiscum, qui misertus est duob⁹ vnicis: & nũc Domine fac eos plenius benedicere te. ps. Beati om- Ps. 127.
nes qui timent Dominũ: qui ambulãt in vijs eius. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Oratio.

Deus, qui tã excellẽti mysterio, coniugalẽ copulã consecrasti, vt Christi & Ecclesie sacramẽtum presignares in federe nuptiarum: presta quesumus: vt qđ nostro ministratur officio, tua benedictione potius impleatur. Per eundem.

Lctõ Eple B. Pauli Apli ad Ephes.

Fratres: Mulieres viris suis subdi- Cap. 5.
te sint, sicut Dño: quoniã vir caput est mulieris: sicut Christus caput est Ecclesie: Ipse, saluator corporis eius. Sed sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in oĩbus. Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundãs eam lauacro aque in verbo vite, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habẽtem maculam, aut rugã, aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta & immaculata. Ita & viri

debent diligere uxores suas ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim umquam carnem suam odio habuit: sed nutrit et fovet eam, sicut Christus Ecclesiam. Quia membra sumus corporis eius, de carne eius, et de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem, et matrem suam: et adhærebit uxori suæ: et erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia. Verumtamen et vos singuli, unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligat: uxor autem timeat virum suum. Graduale.

ps. 127. Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. ℣. Filii tui sicut novellæ olivarum in circuitu mensæ tuæ. Alleluia, alleluia. ℣. Mittat vobis Dominus auxilium de sancto: et de Sion tueatur vos, alleluia.

¶ Tempore Pasch. omisso Grad. additur seq. ℣. Benedicat vobis Dominus ex Sion, qui fecit cælum et terram, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum. ℣. Benedicat tibi Dominus ex Sion: et videas bona Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ. ℣. Et videas filios filiorum tuorum, pacem super Israel.

Sequentia sancti Evang. secundum Matthæum.

Cap. 19. In illo tempore: Accesserunt ad Jesum Pharisæi tentantes eum, et dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam, quacumque ex causa? Qui respondens, ait eis: Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum, et feminam fecit eos? et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem, et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Offertorium.

In te speravi Domine, dixi: tu es Deus meus in manibus tuis tempora mea. Secr.

Suscipe, quæsumus Domine, pro sacra connubii lege munus oblatum: et cuius largitor es muneris, operis esto dispositor. Per Dominum nostrum.

Et dicto Pater noster Sacerdos antequam dicat Libera nos quæsumus Domine.

Stans in cornu Epistolæ, versus sponsum et sponsam ante altare genibus flexis, dicit super eos sequentes orationes. Oremus.

Propitiare Domine supplicationibus nostris: et institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste: ut quod te auctore iungitur, te auxiliante servetur. Per Dominum nostrum Jesum Christum. Oremus.

Deus qui potestate virtutis tuæ de nihilo cuncta fecisti: qui dispositis universitatis exordiis, homini ad imaginem Dei facto, ideo inseparabile mulieris adiutorium condidisti: ut, femineo corpori de virili dares carne principium, docens quod ex uno placuisset institui, numquam licere disiungi. Deus, qui tam excellenti mysterio coniugalem copulam consecrasti: ut Christi et Ecclesiæ sacramentum præsignares in fœdere nuptiarum. Deus, per quem mulier iungitur viro, et societas principaliter ordinata, ea benedictione donatur, quæ sola nec per originalis peccati pœnam, nec per diluvii est ablata sententiam. Respice propitius super hanc famulam tuam, quæ maritali iungenda consortio, tua se expetit protectione muniri. Sit in ea iugum dilectionis et pacis: fidelis et casta nubat in Christo, imitatrixque sanctarum permaneat feminarum. Sit amabilis, ut Rachel viro suo. Sapiens, ut Rebecca. Longæva et fidelis ut Sarra. Nihil in ea ex actibus suis ille auctor prævaricationis usurpet. Nexa fidei, mandatisque permaneat, uni thoro iuncta. Contactus illicitos fugiat. Muniat infirmitatem suam robore disciplinæ. Sit verecundia gravis, pudore venerabilis, doctrinis cælestibus erudita. Sit fœcunda in sobole, sit probata et innocens. Et ad beatorum requiem, atque ad cælestia regna perveniat. Et videant

deant

deant ambo filios filiorum suorũ vsq; ad tertiam ⁊ quartã generationẽ: ⁊ ad optatam perueniant senectutem. Per Dñm.

Tunc conuersus ad medium altaris, dicat Libera nos. frangat hostiam more solito, ⁊ prosequatur Missam. Cõmunio.

Ps. 127. Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dñm: ⁊ videas filios filiorum tuorum, pacẽ super Israel. Postcommunio.

Quẹsumus omnipotẽs Deus, instituta prouidentiẹ tuẹ pio fauore comitare: ⁊ quos legitima societate connectis, lõgẹua pietate custodi. Per Dñm.

Post Ite missa est. Sacerdos antequã det bñonẽ, cõuersus ad spõsũ ⁊ spõsã, dicat.

Deus Abrahã, Deus Isaac, ⁊ De⁹ Jacob sit vobiscũ: ⁊ ipse adimpleat benedictionẽ suã in vobis: vt videatis filios filiorum vestrorum vsq; ad tertiam ⁊ quartam generationẽ: ⁊ postea vitã ẹternam habeatis sine fine, adiuuante Dño nostro Jesu Christo: qui cum Patre ⁊ Spiritu sancto, viuit ⁊ regnat, Deus, per omnia sẹcula sẹculorum. ℟. Amen.

¶ Moneat sacerdos orõne graui, vt sibimetipsis seruẽt fidẽ: Orõnis tpe, ⁊ psertim ieiuniorũ ac sollẽnitatũ, casti maneãt: ⁊ vir vxorẽ, atq; vxor virũ diligat: ⁊ in timore Dei pmaneãt. Postea eos aspgat, ⁊ det benedictionẽ: ⁊ dicat, vt solitũ est, Euãgeliũ sancti Joãnis. In principio.

ORATIONES

Diuersẹ dicendẹ in Missa ad libitũ Sacerdotis cum ijs, quẹ in proprijs Missis assignantur: quando non est duplex.

Ad poscenda suffragia sanctorum. Orõ.

1 Concede quẹsum⁹, omnipotẽs Deus: vt intercessio nos sanctẹ Dei genitricis Mariẹ sanctorumq; omnium Apostolorum, martyrum, confessorum, atque virginum, ⁊ omnium electorum tuorum, vbique lẹtificet: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per eũdem Dominum nostrum. Secreta.

Oblatis Dñe placare muneribus: ⁊ intercedentibus oĩbus sanctis tuis, a cunctis nos defende periculis. Per Dominum nostrum. ⁊c. Postcõmunio.

Sumpsimus Dñe, beatẹ Mariẹ semper virginis, ⁊ omnium sanctorum tuorum memoriam recolẽtes, sacramenta cẹlestia: prẹsta, quẹsumus: vt quod tẽporaliter gerimus, ẹternis gaudijs consequamur. Per Dominum nostrum. ⁊c.

¶ Alia Oratio vt supra. Oratio.

A cunctis nos, qs Dñe, mẽtis 2
⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedẽte beata ⁊ gloriosa sẽperq; virgine Dei genitrice Maria, cũ beatis Aplis tuis Petro ⁊ Paulo, atq; beato N. ⁊ oĩbus sanctis, salutẽ nobis tribue benignus, ⁊ pacẽ: vt destructis aduersitatibus ⁊ erroribus vniuersis, Ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Per eumdem Dñm. ⁊c. Secr.

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt per huius sacramẽti virtutem, a cunctis nos mentis ⁊ corporis hostibus tuearis, gratiã tribuẽs in prẹsenti, ⁊ gloriam in futuro. Per Dñm. Postcõm.

Mundet ⁊ muniat nos, qsumus Domine: diuini sacramẽti mun⁹ oblatũ: ⁊ intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cũ beatis Apostolis tuis Petro ⁊ Paulo, atq; beato N. ⁊ omnibus sanctis: a cunctis nos reddat ⁊ peruersitatibus expiatos, ⁊ aduersitatibus expeditos. Per eũdem Dñm nostrum.

¶ Pro omni gradu Ecclesiẹ. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne De⁹, 4
cui⁹ spiritu totũ corpus Ecclesiẹ sanctificatur ⁊ regitur: exaudi nos p vniuersis ordinibus supplicantes: vt gratiẹ tuẹ munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per Dñm nostrum Jesum. In

vnitate

vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorũ. Amẽ. Secr.

O A famulis tuis Dñe indulgentiaʒ peccatorum, cõsolationẽ vitę, gubernationem perpetuam: vt tibi seruientes, ad tuã iugiter misericordiã peruenire mereantur. Per Dñm. Postcõmu.

L Jbera, q̃s Dñe, a peccatis, ⁊ hostibus tibi famulos supplicãtes: vt in sancta conuersatione viuẽtes, nullis afficiantur aduersis. Per Dñm nostrum.

¶ Pro Papa. Oratio.

4 D Eus omniuʒ fidelium pastor ⁊ rector, famuluʒ tuũ N. quẽ pastoreʒ Ecclesię tuę pręesse voluisti: propitiuʒ respice: da ei, quęsumus, verbo ⁊ exemplo quibus pręest, proficere: vt, ad vitam, vna cum grege sibi credito, perueniat sempiternã. Per Dominum nostrum. ⁊c. Secreta.

O Blatiʒ, q̃s Dñe, placare muneribꝰ: ⁊ famulum tuũ N. quem pastorem Ecclesię tuę pręesse voluisti, assidua protectione guberna. Per Dñm. Postcõ.

H Æc nos, quęsumuʒ Dñe, diuini sacramenti perceptio protegat: ⁊ famulum tuũ. N. quẽ pastorẽ Ecclesię tuę pręesse voluisti, vna cũ cõmisso sibi grege saluet semper ⁊ muniat. Per Dominuʒ.

¶ Pro Imperatore. Oratio.

5 D Eus regnorũ omniũ, ⁊ Christiani maxime protector imperij: da seruo tuo Jmperatori nostro N. triumphũ virtutis tuę sciẽter excolere: vt, q tua constitutione est princeps, tuo semp munere sit potens. Per Dominum nostrũ. Secreta.

S Uscipe Dñe preces, ⁊ hostias Ecclesię tuę ꝓ salute famuli tui supplicãtis, ⁊ in protectione fideliuʒ populorũ antiqua brachij tui operare miracula: vt superatis pacis inimicis, secura tibi seruiat Christiana libertas. Per Dominuʒ nostrum Jesum Christum filium tuum.

Postcommunio.

D Eus, qui ad prędicandũ ęterni regis Euangeliũ, Romanum Jmperiũ pręparasti: prętende famulo tuo Jmperatori nostro N. arma cęlestia: vt pax Ecclesiarũ nulla turbetur tempestate bellorum. Per Dominum nostrum. ⁊c.

¶ Pro Rege. Oratio.

Q Uęsumus oĩpotens Deus: vt famulus tuus N. Rex noster, q tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa: quibus decenter ornatus, ⁊ vitiorum mõstra deuitare, ⁊ ad te, qui via, veritas, ⁊ vita es, gratiosus valeat puenire. Per Dñm nostrũ Jesuʒ Christum. Secreta. 6

M Unera, quęsumus Domine, oblata sanctifica: vt, ⁊ nobis vnigeniti corpus ⁊ sanguis fiant, ⁊ regi nostro ad obtinendam animę corporisqʒ salutem, ⁊ ad peragendum iniunctum officiũ, te largiente vsquequaqʒ proficiant. Per eũdem Dñm nostrum. Postcommunio.

H Æc Dñe oblatio salutaris famulũ tuum N. Regem nostrum ab omnibus tueatur aduersis, quatenuʒ Ecclesiasticę pacis obtineat tranquillitatem: ⁊ post istius temporis decursum, ad ęternam perueniat hereditatẽ. Per Dñm.

¶ Pro Prelatis, ⁊ congregationibus eis commissis. Oratio.

O Mnipotẽs sempiterne Deꝰ, qui facis mirabilia magna solus, pretende super famulos tuos ⁊ super cõgregationes illis commissas, spiritum gratię salutaris: ⁊ vt in veritate tibi placeant, perpetuum eis rorem tuę benedictionis infunde. Per Dominum nostrum. Jn vnitate eiusdem Spiritus sancti. ⁊c. Secr. 7

H Ostias Domine famulorũ tuoruʒ placatus intende: ⁊ quas in honorem nominis tui deuota mẽte pro eis celebra-

lebramus, proficere sibi sentiāt ad medelam. Per Dominum. Postcōmunio.

Q Uos cęlesti recreas munere, perpetuo Dñe comitare pręsidio: et quos fouere non desinis, dignos fieri sempiterna redemptione concede. Per Dñm.

¶ Pro congregatione et familia. Oro.

8 D Efende, quęsumus Dñe, beata Maria semper virgine intercedente, istam ab omni aduersitate familiam: et toto corde tibi prostratam ab hostiū propitius tuere clementer insidijs. Per Dominum nostrum. Secreta.

S Uscipe, quęsumus, clemēter omnipotens Deus, oblationē nostrę deuotionis: et per virtutem huius sacramēti, famulos tuos a cūctis protege aduersitatibus. Per Dñm. Postcōmunio.

S Umptis redemptionis nostrę muneribus: pręsta, quęsumus omnipotens Deus, eorū nobis celebratione, tuę protectionis contra omnes aduersitates subsidium. Per Dominum nostrum.

¶ Pro concordia in congregatione seruanda. Oratio.

9 D Eus largitor pacis, et amator charitatis: da famulis tuis veram cum tua voluntate concordiam: vt ab omnibus, quę nos pulsant, tentationibus liberemur. Per Dominū nostrum Jesum Christum. Secreta.

H Js sacrificijs, Domine, quęsum⁹, concede placatus: vt qui proprijs oramus absolui delictis, non grauemur externis. Per Dominum nostrū Jesum Christum filium tuum. Postcōmunio.

S Piritus nobis Dñe tuę charitatis infunde: vt quos vno pane cęlesti satiasti, tua facias pietate concordes. Per Dominum. Jn vnitate eiusdem. etc.

¶ Contra persecutores Ecclesię. Oro.

10 E Cclesię tuę, quęsum⁹ Dñe, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus et erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per Dominum nostrum. Secreta.

P Rotege nos Dñe tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inhęrētes, et corpore tibi famulemur, et mente. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

Q Uęsumus, Domine Deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per Dominū nostrū.

¶ Contra persecutores, et male agentes. Oratio.

H Ostium nostrorum, quęsumus Domine, elide superbiam: et eorum contumaciam, dextere tuę virtute prosterne. Per Dñm nostrū Jesum Christum filium tuum. etc. Secreta. 11

H Uius Domine virtute mysterij, et a proprijs mundemur occultis, et ab inimicorum liberemur insidijs. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

P Rotector noster, aspice Deus: et ab inimicorum nos defende periculis: vt omni perturbatione semota, liberis tibi mētibus seruiamus. Per Dominum.

¶ Tempore belli. Oratio.

O Mnipotēs, et misericors Deus, a bellorum nos, quęsumus, turbine fac quietos: quia nobis bona cuncta pręstabis, si pacem dederis mentis et corporis. Per Dominum nostrum Jesum Christum. Secreta. 12

S Acrificium Domine, quod immolamus, placatus intēde: vt et ab omni nos bellorum eruat nequitia, et in tuę protectionis securitate constituat. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

S Acrosancti corporis et sanguinis Dñi nostri Jesu Christi refectione vegetati: supplices te rogamus omnipotens Deus: vt hoc remedio singulari, ab omni peccatorum nos contagione purifices: et a periculorum munias incursione cunctorum. Per eūdem Dominum.

¶ Pro

¶ Pro quacumqʒ necessitate, ⁊ re obtinenda. Oratio.

13 DEus, refugium nostruʒ, ⁊ virtus: adesto pijs Ecclesię tuę precibus auctor ipse pietatis, ⁊ presta: vt quod fideliter petimus, efficaciter cōsequamur. Per Dominum nostrū Jesum Christum. Secre.

DA misericors Deus: vt hęc salutaris oblatio ⁊ a proprijs nos reatibus indesinenter expediat, ⁊ ab omnibus tueatur aduersis. Per Dñm. Postcō.

SUmpsimus Dñe sacri dona mysterij, humiliter deprecantes: vt, quę in tui cōmemoratione nos facere pręcepisti, in nostrę proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis, ⁊ regnas in vnitate.

¶ Pro quacumque tribulatione. Oro.

14 NE despicias, omnipotens Deus, populum tuum in afflictione clamantem: sed propter gloriam nominis tui, tribulatis succurre placatus. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum. Secreta.

SUscipe Domine propitius hostias, quibus ⁊ te placari voluisti, ⁊ nobis salutē potenti pietate restitui. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

TRibulationem nostram, quęsumus Dñe, propitius respice: ⁊ iram tuę indignationis, quā iuste meremur, auerte. Per Dñm nostrum Jesum Christuʒ.

¶ Tempore famis ⁊ pestis. Oratio.

15 DA nobis, quęsumus Domine, pię supplicationis effectū: ⁊ pestilentiaʒ, famemque propitiatus auerte: vt mortalium corda cognoscant, ⁊ te indignante talia flagella prodire, ⁊ te miserante cessare. Per Dominum nostrum Jesum.

Si ꝑ peste, aut fame tm̄ missa dicat, alterꝛ omittat, ⁊ in fine dicat tale flagellū. Sec.

DEus, qui humani generis vtramqʒ substantiam, pręsentium munerum ⁊ alimento vegetas, ⁊ renouas sacramento: tribue quęsumus: vt eoruʒ, ⁊ corporibus nostris subsidium non desit, ⁊ mentibus. Per Dñm nostrum. Postcōmu.

GUberna, quęsumus Dñe tēporalibus alimentis, quos dignaris ęternis informare mysterijs. Per Dominū.

¶ Ad pluuiam petendam. Oratio.

16 DEus, in quo viuimus, mouemur, ⁊ sumus: pluuiam nobis tribue congruentē: vt pręsentibus subsidijs sufficiēter adiuti, sempiterna fiducialius appetamus. Per Dominum nostrum. Secreta.

OBlatis q̄sumus Domine, placare muneribus: ⁊ opportunum nobis tribue pluuię sufficientis auxilium. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

DA nobis q̄s Dñe, pluuiam salutarē: ⁊ aridā terrę faciem, fluentis cęlestibus dignanter infunde. Per Dñm.

¶ Ad serenitatem petendam. Oratio.

17 AD te nos Domine clamātes exaudi: ⁊ aeris serenitatē nobis tribue supplicantibus: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua pręueniente, clemētiā sentiamus. Per Dñm. Secre.

PRęueniat nos, quęsumus Domine, gratia tua semper ⁊ subsequatur: ⁊ has oblationes, quas pro peccatis nostris nomini tuo consecrādas deferimus, benignus assume: vt, per intercessionē sanctorum tuorum, cunctis nobis proficiāt ad salutē. Per Dñm. Postcommunio.

QUęsumus ops Deus clementiam tuam: vt inundātiam coerceas imbrium, ⁊ hilaritatem vultus tui nobis impertiri digneris. Per Dominū nostruʒ.

¶ Ad tempestates repellendas. Oratio.

18 A Domo tua, q̄sumus Domine, spiritales nequitię repellātur: ⁊ aerearum discedat malignitas tempestatum. Per Dñm nostrū Jesum Christuʒ. Secreta.

Offeri-

Offerimus tibi Domine laudes ⁊ munera, pro concessis beneficiis gratias referentes, ⁊ pro concedendis semper suppliciter deprecantes. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui nos ⁊ castigando sanas, ⁊ ignoscẽdo cõseruas: pręsta supplicibus tuis: vt ⁊ tranquillitatibus huius optatę cõsolationis lętemur, ⁊ dono tuę pietatis semper vtamur. Per Dominum nostrum.

Pro peste animalium. Oratio.

19 Deus, qui laboribus hominũ, etiã de mutis animalibus solatia surrogasti: suppliciter te rogamus: vt, sine quibus nõ alitur humana cõditio, nostris facias vsibus non perire. Per Dominum. Secr.

Sacrificiis Domine placatus oblatis, opem tuam nostris temporibus clementer impende. Per Dominũ nostrum Jesum Christum. Postcommu.

Benedictionem tuã Dñe populus fidelis accipiat, qua corpore saluetur, ⁊ mente: ⁊ congruam tibi semper exhibeat seruitutem, ⁊ propitiationis tuę beneficia semper inueniat. Per Dñm.

Pro remissione peccatorum. Oro.

20 Deus, qui nullum respuis, sed quamtumuis peccãtibus, per pęnitẽtiã pia miseratione placaris: respice propitius ad preces humilitatis nostrę, ⁊ illumina corda nostra: vt tua valeamus implere pręcepta. Per Dñm nostrum. Secreta.

Presens sacrificium Dñe, quod tibi pro delictis nostris offerimus, sit tibi munus acceptum: ⁊ tam viuentibus, quã defunctis proficiat ad salutẽ. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

Exaudi preces familię tuę omnipotens Deus, ⁊ pręsta: vt sancta hęc, quę a te sumpsimus, incorrupta in nobis te donante seruentur. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Pro petitione lacrymarum. Oratio.

Omnipotẽs, ⁊ mitissime Deus, 21
qui sitienti populo fontẽ viuentis aquę de petra produxisti: educ de cordis nostri duritia compũctionis lacrymas: vt peccata nostra plãgere valeamus, remissionemq; peccatorum, te miserante, mereamur accipere. Per Dñm nostrum. Secreta.

Hanc oblationem, quęsumus Dñe Deus, quã tuę maiestati pro peccatis nostris offerimus, respice propitius: ⁊ produc de oculis nostris lacrymarum flumina: quibus debita flammarum incẽdia valeãt extingui. Per Dominum nostrum Jesum Christum. Postcõmunio.

Gratiã Spiritus sancti Dñe Deus cordibus nostris clementer infunde: quę nos gemitibus lacrymarum efficiat maculas nostrorum diluere peccatorum: atq; optatę nobis, te largiente, indulgentię pręstet effectum. Per Dñm. In vnitate eiusdem Spiritus sancti.

Pro tribulatione peccatorum. Oro.

Ineffabilem misericordiã tuã 22
nobis Dñe clementer ostende: vt simul nos ⁊ a peccatis omnibus exuas: ⁊ a pęnis, quas pro his meremur, eripias. Per Dñm nostrum Jesum Christum. Secr.

Purificet nos, quęsumus Domine, muneris pręsentis oblatio: ⁊ dignos sacra participatione perficiat. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Postcommunio.

Presta, quęsumus Domine, vt terrenis affectibus expiati: ad superni plenitudinem sacramenti, cuius libauimus sancta, tendamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum filiũ tuũ.

Pro deuotis amicis. Oratio.

Deus, qui charitatis dona per gratiam sancti Spiritus tuorum cordibus fidelium infudisti: da famulis ⁊ famulabus tuis,

tuis, pro quibus tuam deprecamur clementiam, salutem mentis ⁊ corporis: vt te tota virtute diligant, ⁊ quę tibi placita sunt, tota dilectione perficiãt. Per Dominum. In vnitate eiusdem. Secreta.

MIserere, quęsumus Domine, famulis ⁊ famulabus tuis, pro quibus hoc sacrificium laudis, tuę offerimus maiestati: vt, per hęc sancta supernę benedictionis gratiam obtineant, ⁊ gloriã eternę beatitudinis acquirãt. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

DIuina libantes mysteria, quęsumus Domine: vt hęc salutaria sacramenta illis proficiant ad prosperitatem ⁊ pacem, pro quorum, quarumque dilectione, hęc tuę obtulimus maiestati. Per Dominum nostrum.

¶ Pro inimicis. Oratio.

24 DEus pacis, charitatisq; amator ⁊ custos: da omnibus inimicis nostris pacem charitatemque veram: cunctorumque eis remissionem tribue peccatorum, nosque ab eorum insidijs potenter eripe. Per Dominum nostrum. Secreta.

OBlatis, quęsumus Domine, placare muneribus: ⁊ nos ab inimicis nostris clementer eripe: eisque indulgentiam tribue delictorum. Per Dominum nostrum Jesum Christum. Postcõm.

HEc nos cõmunio Dñe eruat a delictis: ⁊ ab inimicorũ defendat insidijs. Per Dñm nostrũ Jesum Christũ.

¶ Pro iter agentibus. Oratio.

25 ADesto Domine supplicationibus nostris, ⁊ viam famulorum tuorum in salutis tuę prosperitate dispone: vt inter omnes vię ⁊ vitę huius varietates, tuo semp protegantur auxilio. Per Dñm. Secr.

PRopitiare Dñe supplicationib⁹ nostris: ⁊ has oblationes, quas tibi offerimus pro famulis tuis, benignus assume: vt viam illorum, ⁊ pręcedente gratia tua dirigas, ⁊ subsequẽte comitari digneris: vt, de actu atque incolumitate eorum, secundum misericordię tuę presidia, gaudeamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum. Postcommunio.

TUa nos Dñe famulos tuos sperãtes in te quę sumpsimus, sacramenta custodiant: ⁊ contra omnes aduersos tueantur incursus. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

¶ Pro nauigantibus. Oratio.

26 DEus, qui trãstulisti patres nostros per mare rubrũ, ⁊ transuexisti eos per aquam nimiã: laudẽ tui nominis decantantes, te suppliciter deprecamur: vt in naui famulos tuos repulsis aduersitatibus, portu semper optabili, cursuq; tranquillo tuearis. Per Dominum. Secreta.

SUscipe, quęsumus Dñe preces famulorum tuorum cũ oblationibus hostiarum: ⁊ tua mysteria celebrãtes ab omnibus defende periculis. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

SAnctificati diuino mysterio maiestatem tuam Dñe suppliciter deprecamur, ⁊ petimus: vt quos donis facis cęlestibus interesse, per signum sanctę Crucis, ⁊ a peccatis omnibus abstrahas, ⁊ a periculis cũctis miseratus eripias. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

¶ Pro infirmis. Oratio.

27 OMnipotẽs sempiterne De⁹, salus ęterna credentiũ: exaudi nos pro infirmis famulis tuis, pro quibus misericordię tuę imploramus auxilium: vt reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in Ecclesia tua referant actiones. Per Dominũ. Secre.

DEus, sub cuius nutibus vitę nostrę momẽta decurrunt: suscipe preces ⁊ hostias famulorũ tuorum, pro quibus misericordiam tuam ęgrotãtibus imploramus: vt de quorũ periculo metuimus, de eorum salute lętemur. Per Dominũ.

Postcommunio.

DEus, infirmitatis humanę singulare presidium: auxilij tui super infirmos famulos tuos ostende virtutem: vt ope misericordię tuę adiuti, Ecclesię tuę sanctę incolumes representari mereantur. Per Dñm nostrum Jesum Christum.

¶ Pro constituto in carcere. Oratio.

28 DEus, qui beatum Petrum a vinculis absolutum, illęsum abire fecisti: famuli tui in captiuitate positi vincula dissolue: ⁊ eum ipsius meritis illęsum abire cōcedas. Per Dñm nostrum. Secreta.

SUper has, quęsumus Domine, hostias benedictio copiosa descendat: quę captiui nostri vincula soluat, ⁊ de eius liberatione nos cito lętificet. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

PReces nostras, quęsumus Domine, clementer exaudi, ⁊ per hęc sacramenta quę sumpsimus, famulum tuum a vinculis suę captiuitatis absolue. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

¶ Pro tentatis ⁊ tribulatis. Oratio.

29 DEus, qui iustificas impium, ⁊ nō vis mortem peccatorum: maiestatem tuam suppliciter deprecamur: vt famulos tuos de tua misericordia confidentes, cęlesti protegas benignus auxilio: ⁊ assidua protectione cōserues: vt tibi iugiter famulentur, ⁊ nullis tentationibus a te separentur. Per Dominum nostrum. Secreta.

HUius, quęsumus Domine, virtute mysterij, ⁊ a proprijs nos munda delictis: ⁊ famulos tuos ab omnibus absolue peccatis. Per Dominum nostrum Jesum Christum. Postcommunio.

PUrificent nos, quęsumus Domine, sacramēta quę sumpsimus: ⁊ famulos tuos ab omni culpa liberos esse concede: vt qui conscientię reatu cōstringūtur, cęlestis remedij plenitudine glorientur. Per Dñm nostrū Jesum Christum.

Ad repellēdas malas cogitationes. Oratio.

OMnipotēs, ⁊ mitissime Deus, 30 respice propitius preces nostras, ⁊ libera corda nostra de malarum tentationibus cogitationum: vt sancti Spiritus dignum fieri habitaculum mereamur. Per Dominum. In vnitate eiusdem. Secreta.

HAs tibi Dñe offerimus oblationes pro salute nostra, quatenus animas nostras ab immūdis cogitationibus purges, illęsasq; custodias: ⁊ sancti Spūs gratia illuminare digneris. Per Dñm. In vnitate eiusdem. Postcommunio.

DEus, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum: illumina quęsumus corda nostra gratię tuę splendore: vt digne maiestati tuę ministrare, teq; ęterna charitate diligere valeamus. Per Dominum nostrum.

¶ Ad postulandam charitatem. Oratio.

DEus, qui diligentibus te facis 31
cūcta prodesse: da cordibus nostris inuiolabilem tuę charitatis affectum: vt desideria de tua inspiratione cōcepta, nulla possint tentatione mutari. Per Dominum nostrū. Secreta.

DEus, qui nos ad imaginem tuam, sacramentis renouas ⁊ preceptis: perfice gressus nostros in semitis tuis: vt charitatis donum, quod fecisti a nobis sperari, per hęc quę offerimus sacrificia, facias apprehendi. Per Dominū nostrum. Postcommunio.

SAncti Spiritus gratia, quęsumus Domine, corda nostra illuminet: ⁊ perfectę charitatis dulcedine abundanter reficiat. Per Dominum nostrum. in vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus.

¶ Ad postulandam patientiam. Oratio.

DEus, qui vnigeniti tui patientia 32
antiqui hostis contriuisti superbiam: da nobis, quęsumus, quę idem pie pro nobis pertulit, digne recolere: sicq; exēplo eius, nobis aduersantia ęqua-

ęquanimiter tolerare. Per eũdem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtũ. Secre.

MUnera noſtrę oblationis, quęſumus Dñe, placatus ſuſcipe: quę vt nobis patientię donũ condonare digneris, maieſtati tuę deuota offerimus actione. Per Dominum noſtrum. Poſtcõmu.

SAcroſancta Dñe ſumentes myſteria: amiſſam nobis, quęſumus, reconcilient gratiam: atq; munus patiẽtię in illatis omnibus, ſemper ⁊ vbique, protegendo impertiant. Per Dñm noſtrũ.

¶ Ad poſtulandam continentiam. Oro.

33 VRe igne ſancti Spiritus renes noſtros, ⁊ cor noſtrum, Domine: vt tibi caſto corpore ſeruiamus, ⁊ mundo corde placeamus. Per Dominum. In vnitate eiuſdem. Secre.

DIrumpe Domine vincula peccatorum noſtrorum: ⁊, vt ſacrificare tibi hoſtiã laudis abſoluta libertate poſſimus, retribue quę ante tribuiſti: ⁊ ſalua nos per indulgentiam, quos dignatus es ſaluare per gratiã. Per Dñm noſtrum Jeſum Chriſtum. Poſtcommunio.

DOmine adiutor, ⁊ protector noſter, adiuua nos: ⁊ refloreat caro noſtra vigore pudicitię, ⁊ ſanctimonię nouitate: ereptãq; de manu tartari, in reſurrectionis gaudiũ iubeas pſentari. Per Dñm.

¶ Pro ſalute viuorum. Oratio.

34 PRętende Dñe fidelibus tuis dexteram cęleſtis auxilij: vt te toto corde perquirant, ⁊ quę digne poſtulant, cõſequi mereantur. Per Dñm noſtrum. Secreta.

PRopitiare Dñe ſupplicationibus noſtris: ⁊ has oblationes fidelium tuorũ, quas tibi pro incolumitate eorum offerimus, benignus aſſume: ⁊, vt nullius ſit irritum votum, nullius vacua poſtulatio: pręſta quęſumus: vt, quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur. Per Dñm noſtrum Jeſu; Chriſtũ. Poſtcõ.

DA fidelibus tuis, quęſumus Domine, in tua fide ⁊ ſinceritate conſtantiam: vt in charitate diuina firmati, nullis tentationibus ab eius integritate auellãtur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: Qui tecum.

¶ Pro viuis, ⁊ defunctis. Oratio.

OMnipotẽs ſempiterne De⁹, 35
qui viuorum dominaris ſimul ⁊ mortuorum: omniumq; miſereris, quos tuos fide ⁊ opere futuros eſſe pręnoſcis: te ſupplices exoramus: vt, pro quibus effundere preces decreuimus, quoſque vel pręſens ſeculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore ſuſcepit: intercedentibus omnibus ſanctis tuis, pietatis tuę clementia, omnium delictorum ſuorum veniam cõſequantur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtũ. Secre.

DEus, cui ſoli cognitus eſt numerus electorum in ſuperna felicitate locandus: tribue quęſumus: vt, intercedentibus omnibus ſanctis tuis, vniuerſorum quos in oratione commẽdatos ſuſcepimus, ⁊ nomina omnium fidelium beatę pręděſtinationis liber aſcripta retineat. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum. Poſtcõmunio.

PUrificent nos, quęſumus omnipotens ⁊ miſericors Deus, ſacramenta, que ſumpſimus: ⁊ intercedẽtibus omnibus ſanctis tuis, pręſta: vt hoc tuũ ſacramentum non ſit nobis reatus ad pœnam, ſed interceſſio ſalutaris ad veniã: ſit ablutio ſcelerum, ſit fortitudo fragiliũ, ſit contra omnia mundi pericula firmamentum: ſit viuorum atque mortuorum fidelium, remiſſio omnium delictorum. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Finis Orationũ ad libitũ Sacerdotis.

PROPRIVM MISSARVM PRO DEFVNCTIS.



¶ In his Missis Defunctorum nõ dicitur Psalmus. Iudica. Sed post, In nomine. Introibo. dicitur Adiutorium. ꝛ fit confessio, vt in Ordinario.

¶ Missa in Commemoratione omnium fidelium Defunctorum. Introitus.

Requiem ęternam dona eis Domine: ꝛ lux perpetua luceat eis. Ps. Te decet hymnus Deus in Sion, ꝛ tibi reddetur votum in Jerusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Deinde absolute repetit̃ R. equiem ęternam. vsque ad psal. Oratio.

Fidelium, Deus omnium conditor ꝛ redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam semper optauerunt, piis supplicationibus consequantur. Qui viuis ꝛ regnas in vnitate, ꝛc.

Lectõ Epl'ę B. Pauli Apl'i ad Corint.

Fratres: Ecce, mysteriũ vobis dico: Omnes quidem resurgemus, sed nõ omnes immutabimur. In momẽto, in ictu oculi, in nouissima tuba: canet enim tuba, ꝛ mortui resurgent incorrupti: ꝛ nos immutabimur: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionẽ, ꝛ mortale hoc induere immortalitatem. Cum autez mortale hoc induerit immortalitatem, tũc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatũ est: virtus vero peccati lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum. I. ca. 15.

Graduale. Requiem ęternam dona eis Domine, ꝛ lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria ęterna erit iustus, ab auditione mala non timebit. Tractus

Absolue Domine animas omnium fidelium defunctoruz ab omni vinculo delictorum. ℣. Et gratia tua illis succurrente, mereantur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis ęternę beatitudine perfrui Sequentia.

Dies irę, dies illa
Soluet sęclum in fauilla:
Teste Dauid cum Sybilla.
Quantus tremor est futurus,
Quando iudex est venturus,
Cuncta stricte discussurus?
Tuba mirum spargens sonum,
Per sepulchra regionum,
Coget omnes ante thronum.
Mors stupebit ꝛ natura,
Cum resurget creatura,
Judicanti responsura.
Liber scriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Vnde mundus iudicetur.
Iudex ergo cum sedebit,
Quidquid latet apparebit:

Nil inultum remanebit.
Quid sum miser tum dicturus?
Quem patronum rogaturus?
Dum vix iustus sit securus?
Rex tremende maiestatis,
Qui saluandos saluas gratis,
Salua me fons pietatis.
Recordare Jesu pie,
Quod sum causa tue vie,
Ne me perdas illa die.
Querens me, sedisti lassus,
Redemisti crucem passus,
Tantus labor non sit cassus.
Iuste iudex vltionis,
Donum fac remissionis,
Ante diem rationis.
Ingemisco tamquam reus:
Culpa rubet vultus meus,
Supplicanti parce Deus.
Qui Mariam absoluisti,
Et latronem exaudisti,
Mihi quoque spem dedisti.
Preces mee non sunt digne:
Sed tu bonus fac benigne:
Ne perenni cremer igne.
Inter oues locum presta:
Et ab hedis me sequestra,
Statuens in parte dextra.
Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis:
Voca me cum benedictis.
Oro supplex et acclinis,
Cor contritum quasi cinis,
Gere curam mei finis.
Lacrymosa dies illa,
Qua resurget ex fauilla.
Iudicandus homo reus:
Huic ergo parce Deus.
Pie Jesu Domine,
Dona eis requiem. Amen.

Sequentia sancti Euang. secundum Joannem.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis et turbis Judeorum: Amen, amen dico vobis, quia venit hora, et nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei: et qui audierint, viuent. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso: sic dedit et Filio habere vitam in semetipso: et potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei: et procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vite: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Offertorium.

Domine Jesu Christe rex glorie, libera animas omnium fidelium defunctorum de penis inferni, et de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus Michael representet eas in lucem sanctam: Quam olim Abrahe promisisti, et semini eius. ℣. Hostias et preces tibi Domine laudis offerimus tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas Domine de morte transire ad vitam. Quam olim. Secre.

Hostias, quesumus Domine, quas tibi pro animabus famulorum famularumque tuarum offerimus, propitiatus intende: vt quibus fidei Christiane meritum contulisti, donec et premium. Per Dominum nostrum. Communio.

Lux eterna luceat eis Domine, cum sanctis tuis in eternum, quia pius es. ℣. Requiem eternam dona eis Domine, et lux perpetua luceat eis. Cum sanctis. Postcō.

Animabus, quesumus Domine, famulorum famularumque tuarum oratio proficiat supplicantium: vt eas et a peccatis omnibus exuas, et tue redemptionis facias esse participes. Qui viuis et regnas cum Deo. dicto Dominus vobiscum. dicitur Requiescant in pace. ℟. Amen. et non datur benedictio. Sed dicto secreto Placeat tibi. etc. dicitur Evangelium sancti Joannis. In principio erat verbum, et verbum erat apud Deum. etc.

IN DIE OBITVS seu depositionis Defuncti.

Introitus.



Ps. 64. Requiem eternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis. Ps. Te decet hymnus Deus in Sion, et tibi reddetur votum in Jerusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Requiem eternam dona eis Domine. Oratio.

DEus, cui proprium est misereri semper et parcere: te supplices exoramus pro anima famuli tui N. quam de hoc seculo hodie migrare iussisti: ut non tradas eam in manibus inimici, neque obliuiscaris in finem: sed iubeas eam a sanctis angelis suscipi, et ad patriam paradisi perduci: ut quia in te sperauit, et credidit, non penas eternas sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per Dominum.

Lectio Epistole B. Pauli Apostoli ad Thess.

Cap. 4. FRatres: Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini sicut et ceteri, qui spem non habent. Si enim credimus quod Jesus mortuus est, et resurrexit: ita et Deus eos: qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos, qui viuimus, qui residui sumus in aduentum Domini, non preueniemus eos, qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in iussu, et in voce Archangeli, et in tuba Dei descendet de celo: et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera: et sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini inuicem in verbis istis.

Graduale. Requiem eternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria eterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Tractus.

Absolue Domine animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. ℣. Et gratia tua illis succurrente, mereantur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis eterne beatitudine perfrui. Sequentia.

Dies ire dies illa. etc. vt supra. fol. 210.

Sequentia sancti Euang. secundum Joannem.

IN illo tempore: Dixit Martha ad Jesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus: sed et nunc scio quia quecumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Jesus: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dixit ei Jesus: Ego sum resurrectio, et vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit: viuet: et omnis qui viuit, et credit in me: non morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi: Utique Domine, ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti. Cap. 11.

Offertorium. Domine Jesu Christe rex glorie, libera animas omnium fidelium defunctorum de penis inferni, et de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus Michael representet eas in lucem sanctam. Quam olim Abrahe promisisti, et semini eius. ℣. Hostias et preces tibi Domine laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas Domine de morte transire ad vitam. Quam olim. Secr.

PRopitiare, quesumus Domine, anime famuli tui N. pro quo tibi hostiam laudis immolamus, maiestatem tuam suppliciter deprecantes: ut per hec pie placationis officia, peruenire mereatur ad requiem sempiternam. Per Dominum nostrum. Communio.

Lux eterna luceat eis Domine, cum sanctis tuis in eternum: quia pius es. ℣. Requiem eternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis. Cum sanctis tuis. Postcom.

PResta, quesumus omnipotens Deus: ut anima famuli tui N. que hodie de hoc seculo migra-

migrauit, his sacrificijs purgata, & a peccatis expedita, indulgētiam pariter & vitam capiat sempiternam. Per Dñm.

¶ In die tertio, septimo, & trigesimo depositionis defuncti, dr̄ Missa vt supra, exceptis orõnibus, quę dñr vt infra. Orõ.

Quęsum⁹ Dñe: vt aię famuli tui cui⁹ depositionis diē tertiū, vel septimū, vel trigesimū cõmemoramus, sanctorum, atque electorum tuorū largiri digneris cõsortium, & rorem misericordię tuę perennem infundas. Per Dñm. Secreta.

Munera, quęsumus Domine, q̄ tibi pro anima famuli tui offerimus, placatus intende: vt remedijs purgata cęlestib⁹, in tua pietate requiescat. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

Suscipe Dñe preces nostras ꝓ anima famuli tui: vt si quę ei maculę de terrenis cõtagijs adhęserūt, remissionis tuę misericordia deleantur. Per Dñm.

¶ In Anniuersario Defunctorum.

Introitus.

Ps.64. Requiem ęternam dona eis Dñe: & lux ꝑpetua luceat eis. ps. Te decet hymnus De⁹ in Siõ, & tibi reddetur votum in Jerusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. R. equiem ęternam dona eis. Oratio.

Deus indulgētiarū Dñe, da animabus famulorū famularūq; tuarum, quorum anniuersarium depositionis diē commemoramus, refrigerij sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per Dñm nostrum Jesum Christum.

Lectio libri Machabęorum.

2.ca.12. In diebus illis. Uir fortissimus Judas, collatione facta, duodecim millia drachmas argenti misit Jerosolymā, offerri pro peccatis mortuorū sacrificiū bene & religiose de resurrectione cogitãs. (Nisi enim eos, qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur, & vanum orare pro mortuis) & quia considerabat quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberēt repositam gratiam. Sancta ergo, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis soluantur. Graduale.

R. equiē ęternā dona eis Dñe: & lux perpetua luceat eis. V. In memoria ęterna erit iustus, ab auditione mala nõ timebit.

Tractus. Absolue Dñe animas omniū fidelium defunctorum, ab omni vinculo delictorum. V. Et gratia tua illis succurrente mereantur euadere iudicium vltionis. V. Et lucis ęternę beatitudine ꝑfrui.

Sequentia. Dies irę dies illa. dicatur ad libitum Sacerdotis.

Sequētia sancti Euãgelij sm̄ Joannem.

In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis, & turbis Judęorum: Omne, qđ dat mihi Pr̄, ad me veniet: & eū, q venit ad me, non eijciā foras: quia descendi de cęlo, non vt faciā volūtatem meā, sed volūtatē eius, qui misit me. Hęc est aūt volūtas eius, q misit me, Pris: vt omne, qđ dedit mihi, non ꝑdā ex eo, sed resuscitē illud in nouissimo die. Hęc est autē volūtas Patris mei, qui misit me: vt oĩs, q videt filiū, & credit i eū, habeat vitā ęternā, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Cap.6.

Offert. Dñe Jesu Christe rex glorię, libera animas omniū fidelium defunctorū de pęnis inferni, & de ꝓfundo lacu: libera eas de ore leonis: ne absorbeat eas tartar⁹, ne cadãt i obscurū: sed signifer sctūs Michael repręsentet eas in lucem sanctā: Quā olim Abrahę ꝓmisisti, & semini ei⁹. V. Hostias & preces tibi Dñe laudis offerimus: tu suscipe ꝓ aïabus illis, quarū hodie memoriā facimus: fac eas Dñe de morte trāsire ad vitā. Quam olim. Secr.

Propitiare Dñe supplicationib⁹ nostris pro aïabus famulorum famula-

rumque tuaruꝫ, quorū hodie annua dies agitur: pro quibus tibi offerimus sacrificium laudis: vt eas sanctorū tuorum cōsortio sociare digneris. Per Dominū. Cōm. Lux eterna luceat eis Dñe cū sā-ctis tuis in eternū, quia pius es. ℣. Requiē eternaꝫ dona eis Dñe: ⁊ lux ꝑpetua luceat eis. Cum sanctis tuis. Postcōm.

Presta, q̃s Dñe: vt aīe famulorū famularumqꝫ tuarū, quoruꝫ anniuersarium depositionis diē cōmemoramus, his purgate sacrificijs, indulgentiā pariter ⁊ requiē capiant sempiternam. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Si pro vno fiat anniuersarium, predicte orationes dicantur in singulari numero.

IN MISSIS QVOTIDIANIS Defunctorum. Introitus.

Ps. 64. Requiem eternam dona eis Domine: ⁊ lux perpetua luceat eis. Ps. Te decet hymnus Deꝰ in Sion, ⁊ tibi reddet votum in Jerusalē: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Requiem eternam dona eis Dñe.

¶ Pro defunctis Episcopis, seu Sacerdotibus. Oratio.

Deus, qui inter Apostolicos sacerdotes, famulos tuos pontificali, seu secerdotali fecisti dignitate vigere: presta q̃s, vt eoruꝫ quoqꝫ perpetuo aggregentur consortio. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

¶ Pro defunctis fratribus, propinquis, ⁊ benefactoribus. Oratio.

Deus, venie largitor, ⁊ humane salutis amator: que sumus clementiam tuā: vt nostre cōgregationis fratres, propinquos, ⁊ benefactores, qui ex hoc seculo trāsierunt: beata Maria semper virgine intercedente, cum omnibus sanctis tuis, ad perpetue beatitudinis consortiū peruenire concedas. Per Dominum.

¶ Pro fidelibus Defunctis generalis. Oratio.

Fidelium, Deus, oium conditor ⁊ redēptor, aīabus famulorū famularumqꝫ tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorū: vt indulgētiā, quā semper optauerūt, pijs supplicationibus cōsequantur. Qui viuis ⁊ regnas cū Deo.

Lectō libri Apocalyp. B. Joānis Apl'i.

In diebus illis: Audiui vocē de celo, dicentem mihi: Scribe: Beati mortui, qui in Dño moriūtur. Amodo iā dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis: opera enim illoruꝫ sequuntur illos. Cap. 14.

Grad. Requiē eternā dona eis Dñe: ⁊ lux ꝑpetua luceat eis. ℣. In memoria eterna erit iustꝰ: ab auditione mala nō timebit.

Tractus. Absolue Dñe aīas omniū fidelium defunctoruꝫ ab omni vinculo delictorū. ℣. Et gratia tua illis succurrente, mereantur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis eterne beatitudine perfrui.

Sequentia sancti Euāgelij ꝟm Joānem.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis ⁊ turbis Judeorū: Ego suꝫ panis viuus, q de celo descēdi. Si qs manducauerit ex hoc pane, viuet in eternum: ⁊ panis, quē ago dabo, caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo Judei adinuicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Dixit ergo eis Jesus: Amē, amē dico vobis: Nisi mādu caueritis carnem Filij hominis, ⁊ biberitis eius sanguineꝫ, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, ⁊ bibit meum sanguinem, habet vitam eternam: ⁊ ego resuscitabo eum in nouissimo die. Cap. 6.

Offert. Domine Jesu Christe rex glorie, libera animas omnium fidelium defunctorum de penis inferni, ⁊ de profundo lacu: libera eas de ore leonis ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus Michael representet eas

in lucē sanctā. Quā olim Abrahę ꝓmisisti, ⁊ semini eius. ℣. Hostias ⁊ preces tibi Dñe laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarū hodie memoriā facimus: fac eas Dñe de morte transire ad vitam. Quā olim Abrahę ꝓmisisti, ⁊ semini eius.

Pro defunctis epis, seu sacerdotib. Se.

Suscipe Dñe q̄s, pro aīabus famulorū tuorū pontificū, seu sacerdotū, quas offerimus hostias: vt, quibus in hoc sęculo pontificale, seu sacerdotale donasti meritum, in cęlesti regno sanctorum tuorum iubeas coniungi consortio. Per Dñm.

Pro defunctis fratribus propinquis, ⁊ benefactoribus. Secreta.

Deus, cuius misericordię nō est numerus: suscipe propitius preces humilitatis nostrę: ⁊ animabus fratrum, propinquorum, ⁊ benefactorum nostrorum, quibus tui nominis dedisti cōfessionē, per hęc sacramēta salutis nostrę cūctorum remissionem tribue peccatorum.

Pro fidelibus defunctis. Secreta.

Hostias, q̄s Dñe, quas tibi pro aīabus famulorū famularumq; tuarum offerimus, propitiatus intende: vt, quibus fidei Christianę meritū cōtulisti, dones ⁊ pręmium. Per Dñm. Cōmunio.

Lux ęterna luceat eis Domine: Cum sanctis tuis in ęternum: quia pius es. ℣. Requiem ęternam dona eis Domine: ⁊ lux perpetua luceat eis. Cū sanctis tuis.

Pro defunctis episcopis, seu sacerdotibus. Postcommunio.

Prosit, q̄s Dñe, aīabus famulorū tuorū pōtificū seu sacerdotū, misericordię tuę implorata clemētia: vt eius, i quo sperauerūt, ⁊ crediderūt, ęternū capiāt te miserāte cōsortiū. Per.

Pro defunctis fratribus, ꝓpinquis, ⁊ benefactoribus. Postcommunio.

Presta, q̄s oĩps, ⁊ misericors Deus vt animę fratrum, propinquorum ⁊ benefactorū nostrorū, pro quibus hoc sacrificium laudis tuę obtulimus maiestati, per huius virtutem sacramenti, a peccatis omnibus expiatę, lucis perpetuę, te miserante, recipiāt beatitudinem.

Pro fidelibus defunctis. Postcōm.

Animabus, quęsumus Dñe, famulorū famularumq; tuarū oīo proficiat supplicātiū: vt eas, ⁊ a peccatis omnibus eruas, ⁊ tuę redēptionis facias esse participes, Qui viuis ⁊ regnas. ⁊c.

Epistolę, ⁊ Euāgelia superius posita in vna Missa pro defunctis, dici possunt etiam in alia Missa pro Defunctis.

ORATIONES diuersę pro Defunctis.

In die depositionis, ⁊ anniuersario summi pontificis, dī prima Missa, vt supra, pręter orationes, quę dñr vt infra. Oīo.

Deus, qui inter summos sacerdotes famulū tuū N. ineffabili tua dispositione connumerari voluisti, p̄sta, q̄s: vt q vnigeniti filij tui vices i terris gerebat, sanctorum tuorū pontificū cōsortio perpetuo aggregetur. Per eūdem Dominum nostrum. ⁊c. Secreta.

Suscipe, quęsumus Domine, pro anima famuli tui N. summi pontificis, quas offerimus hostias: vt cui in hoc sęculo pontificale donasti meritum: eum in cęlesti regno sanctorum tuorum iubeas iungi cōsortio. Per Dominum nostrum Jesum Christum. Postcōm.

Prosit, quęsumus Dñe, animę famuli tui N. summi pōtificis misericordię tuę implorata clemētia: vt eius in quo sperauit ⁊ credidit, ęternū capiat te miserante consortium. Per Dñm nostrū.

Pro defuncto Epo dī prima Missa, vt sup. f. 212. Oīo vt inf. Oīo

Deus, qui inter Apostolicos sacerdotes famulū tuū pōtificali fecisti

cisti dignitate vigere: presta quęsumus: vt eorū quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Dñm nostrum. Secreta.

Suscipe Dñe, quęsumus, pro aīa famuli tui pontificis, quas offerimus hostias: vt, cui in hoc sęculo pontificale donasti meritum: in cęlesti regno sanctorum tuorum iubeas coniungi consortio. Per Dominum nostrum. Postcōm.

Prosit, qs Dñe, aię famuli tui pōtificis misericordię tuę implorata clemētia, vt eius in quo sperauit et credidit, ęternū capiat te miserāte cōsortiū. Per.

¶ Pro defuncto sacerdote dicitur eadem Oratio: sed vbi dicitur pontificali dicatur sacerdotali. Si fuerint plures, dicatur vt supra in quarta Missa. fol. 212.

¶ Pro defuncto Episcopo alia Oratio.

Da nobis Domine: vt animā famuli tui Episcopi, quā de sęculi eduxisti laborioso certamine, sanctorum tuorum cętui tribuas esse consortem. Per Dñm nostrum. Secreta.

Annue nobis Dñe, vt animę famuli tui episcopi hęc prosit oblatio: quā immolando totius mūdi tribuisti relaxari delicta. Per Dñm nostrū. Postcōm.

His sacrificijs, qs oīpotens Deus: vt purgata anima et spiritus famuli tui episcopi ad indulgentiā et refrigeriū sempiternum peruenire mereatur. Per.

¶ Pro defunctis Sacerdotibus.
Alia Oratio.

Presta, quęsum⁹ Dñe, vt animę famulorū tuorum sacerdotū, quos in hoc sęculo cōmorātes sacris muneribus decorasti: in cęlesti sede gloriosa semp exultent. Per Dominum nostrū. Secreta.

Suscipe, quęsumus Dñe, pro animabus famulorum tuorū sacerdotum, quas offerimus hostias: vt quibus sacerdotale donasti meritū, dones et pręmium. Per Dñm nostrum. Postcōm.

Presta, quęsumus oīpotens Deus: vt animas famulorū tuorū sacerdotum in congregatione iustorum, ęternę beatitudinis iubeas esse consortes. Per Dominū nostrum Jesum Christū.

¶ Pro vno Sacerdote. Oratio.

Presta, quęsumus Dñe, vt animę famuli tui sacerdotis, quē in hoc sęculo commorantem, sacris muneribus decorasti, in cęlesti sede gloriosa semper exultet. Per Dñm. Secreta. 1

Suscipe, qs Dñe, pro aīa famuli tui sacerdotis, quā offerimus hostiā: et cui sacerdotale donasti meritum, dones et pręmium. Per Dominum. Postcō.

Presta, quęsumus oīpotens Deus, vt animam famuli tui sacerdotis in congregatione iustorum, ęternę beatitudinis iubeas esse consortē. Per Dñm.

¶ Pro vno defuncto. Oratio.

Inclina Dñe aurē tuā ad preces nostras, quib⁹ misericordiā tuā supplices deprecamur: vt animam famuli tui, quam de hoc sęculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas, et sanctorum tuorum iubeas esse consortem. Per Dñm. Secreta. 2

Annue nobis, qs Dñe, vt animę famuli tui hęc prosit oblatio, quā immolādo totius mūdi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum nostrū. Postcō.

Absolue, quęsumus Dñe, animā famuli tui ab omni vinculo delictorū: vt in resurrectionis gloria, inter sanctos et electos tuos resuscitatus respiret. Per.

¶ Pro vna defuncta. Oratio.

Quęsumus Domine, pro tua pietate miserere animę famulę tuę: et a contagijs mortalitatis exutā, in ęternę saluationis partē restitue. Per Dominum nostrum. etc. Secreta. 3

His sacrificijs, quęsumus Dñe, aīa famulę tuę a peccatis oībus exuatur, sine quibus a culpa nemo liber extitit: vt per

vt per hęc pię placationis officia perpetuã misericordiã consequatur. Per Dñm nostrum Jesum Christum. Postcõmu.

Inueniat, quęsumus Dñe, anima famulę tuę, lucis ęternę cõsortiũ: cuius perpetuę misericordię consecuta est sacramẽtum. Per Dominum nostrum.

Pro Patre & Matre. Oratio.

Deus, qui nos patrem & matrem honorare pcepisti: miserere clementer animabus patris & matris meę: eorumq; peccata dimitte, meque eos in ęternę claritatis gaudio fac videre. Per Dominum nostrũ. Secreta.

Suscipe sacrificium Domine, quod tibi pro animabus patris & matris meę offero, eisque gaudium sempiternum in regione viuorum concede: meq; cum illis felicitati sanctorum coniunge. Per Dñm nostrum. Postcommunio.

Cęlestis participatio Dñe sacramenti, aĩabus patris & matris meę requiẽ & lucem obtineat perpetuã: meq; cum illis gratia tua coronet ęterna. Per.

Pro Patre. Oratio.

Deus, qui nos patrem honorare pręcepisti: miserere clemẽter anime patris mei: eiusque peccata dimitte, meq; eũ in ęternę claritatis gaudio fac videre. Per Dñm. Secreta.

Suscipe sacrificiũ Dñe, quod tibi p anima patris mei offero: eique gaudium sempiternum in regione viuorum concede: meq; cum illo felicitati sanctorum coniunge. Per Dñm. Postcõm.

Cęlestis participatio Dñe sacramenti, animę patris mei requiem, & lucem obtineat perpetuã: meq; cũ illo gratia tua coronet ęterna. Per Dñm.

Pro Matre. Oratio.

Deus, qui nos matrem honorare pręcepisti: miserere clementer aĩę matris meę: eiusque peccata dimitte, meque eam in ęternę claritatis gaudio fac videre. Per Dominum nostrum. Secreta.

Suscipe sacrificium Dñe, quod tibi pro anima matris meę offero: eique gaudium sempiternum in regione viuorum concede: meq; cum illa felicitati sanctorum coniunge. Per Dñm. Postcõm.

Cęlestis participatio Dñe sacramenti, animę matris meę requiẽ & lucem obtineat perpetuã: meq; cum illa gratia tua coronet ęterna. Per Dñm.

Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus. Oratio.

Deus venię largitor, & humanę salutis amator, q̃s clementiam tuã: vt nostrę congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sęculo transierunt: beata Maria semper virgine intercedente cum oĩbus sanctis tuis, ad perpetuę beatitudinis consortium peruenire concedas. Per Dominum. Secreta.

Deus, cuius misericordię nõ est numerus: suscipe ppitius preces humilitatis nostrę: & aĩabus fratrũ, propinquorũ, & benefactorum nostrorũ, quibus tui noĩs dedisti cõfessionem, p hęc sacramẽta salutis nostrę cunctorũ remissionẽ tribue peccatorũ. Per Dñm. Postcõ.

Pręsta, q̃s oĩps & misericors Deus: vt animę fratrum, propinquorum, & benefactorũ nostrorum, pro quibus hoc sacrificium laudis tuę obtulimus maiestati, per huius virtutẽ sacramẽti, a peccatis oĩbus expiatę, lucis perpetuę te miserante recipiant beatitudinẽ. Per Dñm.

Pro his, qui in Cęmeterio requiescunt. Oratio.

Deus, cuius miseratione animę fideliũ requiescunt, famulis & famulabus tuis omnibus hic & vbiq; ĩ Christo quiescẽtibus, da propitius veniã peccatorum: vt a cunctis reatibus absoluti, tecum sine

fine

fine letentur. Per eundem. Secreta.

Pro animabus famulorũ famularũque tuarum, et omnium catholicorum hic et vbique in Christo dormientium, hostiam Domine suscipe benignus oblatã: vt hoc sacrificio singulari vinculis horrendę mortis erutę vitam mereãtur ęternam. Per eundem Dñm. Postcõm.

Deus, fidelium lumen animarum, adesto supplicationibus nostris: et da famulis et famulabus tuis, quorũ corpora hic et vbique in Christo requiescũt, refrigerij sedem, quietis beatitudinem, et luminis claritatem. Per eũdem Dñm.

Pro fidelib9 defunctis gñalis. Oro.

Fidelium, Deus omniũ cõditor et redemptor: animab9 famulorum famularumque tuarum remissionẽ cunctorũ tribue peccatorũ: vt indulgentiã, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis et regnas. Secre.

Hostias, quęsumus Domine, quas tibi pro animabus famulorũ famularumque tuarum offerimus, propitiatus intende: vt quibus fidei Christianę meritum cõtulisti, dones et pręmium. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

Animabus, qs Dñe, famulorum famularumque tuarũ oratio proficiat supplicantium: vt eas et a peccatis omnibus exuas, et tuę redemptionis facias esse participes. Qui viuis et regnas. etc.

Pro pluribus defunctis. Oratio.

Deus, cui proprium est misereri semp, et parcere propitiare animabus famulorũ famularumque tuarum, et omnia eorũ peccata dimitte: vt mortalitatis vinculis absolutę transire mereantur ad vitam. Per Dominum nostrũ. Secreta.

Annue nobis Dñe: vt animabus famulorum famularumque tuarum, hęc prosit oblatio: quam immolãdo, totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

Deus, cui soli competit medicinam pręstare post mortẽ: pſta qs, vt animę famulorum famularumque tuarum terrenis erutę contagijs, in tuę redemptionis parte numerentur. Qui viuis et regnas.

Alia pluralis vt supra. Oratio.

Animabus, qs Dñe, famulorum famularumque tuarum misericordiã concede perpetuam: vt eis proficiat in ęternum, quod in te sperauerunt et crediderunt. Per Dñm nostrum. Secreta.

His Dñe, qs, placatus intende muneribus: et quod ad laudẽ tui nois supplicãtes offerimus, ad indulgentiam proficiat defunctorum. Per. Postcõm.

Supplices Dñe pro animab9 famulorum famularumque tuarum preces effundimus, obsecrantes: vt quidquid conuersatione contraxerunt humana, et clementer indulgeas, et in tuorũ sede lętantium constituas redemptorum. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

ORDO AD FACIENDAM Aquam benedictam.

Die Dominica, in sacristia pparato sale et aqua, sacerdos celebraturus Missam, vel alius ad id deputatus, alba vel superpelliceo indutus cum stola circa collum, primo dicit ℣. Adiutoriũ nostrum in nomine Dñi. ℟. Qui fecit cęlum et terram. Deinde absolute incipit exorcismũ salis.

Exorcizo te creatura salis per Deum ✠ viuum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per Deum, qui te per Elisęum prophetam in aquã mitti iussit, vt sanaretur sterilitas aquę: vt efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium, et sis omnibus sumentibus te sanitas animę, et corporis: et effugiat atque discedat a loco in quo aspersum fueris ois phãtasia,

et nequi-

& nequitia vel versutia diabolice fraudis, omnisq; spiritus immundus adiuratus per eum, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sclm p ignē. ℟. Amē. Oro.

Immensam clemētiam tuam, omnipotēs eterne Deus, humiliter imploramus: vt hanc creaturam salis, quam in vsum generis humani tribuisti, bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare tua pietate digneris: vt sit omnibus sumentibus salus mentis & corporis: & quidquid ex eo tactū vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritalis nequitie. Per Dominum nostrum.

Exorcismus aque, & dicatur absolute.

Exorcizo te creatura aque in nomine Dei ✠ Patris omnipotentis, & in nomine ✠ Jesu Christi filij eius Domini nostri, & in virtute sancti ✠ Spiritus: vt fias aqua exorcizata ad effugandā omnem potestatem inimici, & ipsum inimicū eradicare & explantare valeas cum angelis suis apostaticis, per virtutem eiusdē Domini nostri Jesu Christi, qui vēturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. ℟. Amen. Oratio.

Deus, qui ad salutem humani generis maxima queque sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius inuocationibus nostris: & elemēto huic multimodis purificationibus preparato virtutem tue bene ✠ dictionis infunde: vt creatura tua mysterijs tuis seruiens, ad abigendos demones, morbosq; pellendos, diuine gratie sumat effectum: vt quidquid in domibus vel in locis fidelium, hec vnda resperserit, careat omni immunditia, liberetur a noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens: discedant omnes insidie latentis inimici: & si quid est, quod aut incolumitati habitantiū inuidet, aut quieti: aspersione huius aque effugiat: vt salubritas per inuocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dñm nostrum.

Hic mittat sal in aquam in modum crucis dicendo semel.

Commistio salis & aque pariter fiat: in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spūs ✠ sancti. ℟. Amē. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oro.

Deus, inuicte virtutis auctor, & insuperabilis imperij rex, ac semper magnificus triūphator: qui aduerse dominationis vires reprimis: q inimici rugiētis seuitiam superas: qui hostiles nequitias potēter expugnas: te Dñe tremētes & supplices deprecamur ac petimus: vt hanc creaturā salis & aque dignāter aspicias, benign⁹ illustres, & pietatis tue more sanctifices: vt vbicumq; fuerit aspersa per inuocationem sancti tui nominis ōis infestatio immūdi spiritus abigatur, terrorq; venenosi serpētis procul pellatur: & presentia sancti Spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus, vbiq; adesse dignetur. Per Dñm. in vnitate eiusdē.

¶ Finita benedictione, sacerdos, celebraturus indutus pluuiali coloris officio cōuenientis ascendit ad altare, & ibi ad gradus cum ministris genuflexus, accipit a diacono aspersoriū, & primo ter aspergit altare: deinde se, & ministros incipiēs antiphonā. Asperges me. & Chorus prosequitur. Domine hyssopo. &c. vt infra. Interim celebrās aspergit clerum, deinde populum, dicēs Psalmū. Miserere. cum Gloria Patri, & Filio. Antiphona.

Asperges me Dñe hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuē dealbabor. Ps. Miserere mei Deus secūdū magnam misericordiā tuā. ℣. Gloria Pri. totum. Et repetitur Aña. Asperges me Dñe.

Supradicta Antiphona, pdicto modo dicatur in aspersione aque benedicte in Dominicis per totum annum: excepto quod in Dominica de Passione, & in

Dominica Palmarũ non dicitur Gloria Patri. Sed post psal. Miserere. repetitur immediate Añа. Asperges me. Excepto etiam tẽpore Paschali, scilicet a Dominica Paschę vsq; ad Pẽtecosten, quo tempore cantatur communiter Antiphona. Vidi aquã egredientem de templo a latere dextro, alleluia: ⁊ omnes ad quos puenit aqua ista, salui facti sunt, ⁊ dicent, alleluia, alleluia. ps. Confitemini Dño, quoniam bonus: qm̃ in sęculum misericordia eius. ℣. Gloria Patri. ⁊c. Repetitur Antiphona. Vidi aquam.

In octaua vero Pentecostes resumitur. Aspges me Dñe. Finitis Añis supradicto modo, sacerdos q aspsit aquã, reuersus ad altare, ante gradus altaris stãs dicat. ℣. Ostẽde nobis Dñe misericordiã tuam. Tpe Paschali additur Alleluia. ℟. Et salutare tuum da nobis. ℣. Dñe exaudi orõnem meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Exaudi nos Domine sancte, Pater omnipotens, ęterne Deus: ⁊ mittere digneris sanctum angelum tuum de cęlis: qui custodiat, foueat, protegat, visitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

BENEDICTIO
Agni Paschalis.

℣. Adiutorium nostrũ in nomine Dñi. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terrã. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oremus.
Et sic dicatur ante omnes Benedictiones. Oratio.

Deus, qui per famulum tuum Moysen in liberatione populi tui de Ægypto agnũ occidi iussisti, in similitudinẽ Dñi nostri Jesu Christi, ⁊ vtrosq; postes domorum de sanguine huius agni perungi pręcepisti: ita bene ✠ dicere ⁊ sancti ✠ ficare digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui ad laudem tuã sumere desideramus: per resurrectionem Dñi nostri Jesu Christi. Qui tecũ viuit ⁊ regnat in sęcula sęculorũ. ℟. Amen.
Et mox aspergit aqua benedicta.

BENEDICTIO PANIS.

℣. Adiutorium. ⁊c. vt supra. Oratio.

Domine Jesu Christe, panis angelorũ, panis viuus, ⁊ ęternę vitę, bene ✠ dicere dignare panẽ istũ, sicut benedixisti quinque panes i deserto: vt omnes ex eo digne gustantes, inde corporis ⁊ animę desiderabilem percipiãt sanitatem. Per Christum Dominũ nostrũ. ℟. Amen.
Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO
Nouorum fructuum.

℣. Adiutorium. ⁊c. vt supra. Oratio.

Bene ✠ dic Dñe hunc nouũ fructum ✠ ⁊ pręsta: vt qui ex eo in tuo sãcto nomine vescetur, corporis ⁊ animę salute potiatur. Per Dominum nostrum. ⁊c.
Et aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO
Ad quodcumq; comestibile.

℣. Adiutorium. ⁊c. vt supra. Oratio.

Bene ✠ dic Domine creaturam istam N. vt sit remedium salutare generi humano: ⁊ pręsta per inuocationem sancti nominis tui: vt quicumque ex ea sumpserint, corporis sanitatem, ⁊ animę tutelam accipiant. Per Christum Dominum nostrum.
Aspergat id cum aqua benedicta.

BENEDICTIO
Candelarum.

℣. Adiutorium. ⁊c. vt supra. Oratio.

Domine Jesu Christe fili Dei viui, bene ✠ dic candelas istas supplicationibus nostris: infunde eis Domine per virtutem sanctę

cru-

cru✠cis benedictionem cęlestē, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti: talemque benedictionem signaculo sanctę cru✠cis accipiant, vt quibuscūq; locis accensę siue positę fuerint, discedant principes tenebrarum, ⁊ contremiscant, ⁊ fugiant pauidi cū omnibus ministris suis ab habitationibus illis: nec pręsumant amplius inquietare, aut molestare seruientes tibi omnipotenti Deo. Qui viuis, ⁊ regnas in vnitate.

Postmodum aspergātur aqua bñdicta.

BENEDICTIO LOCI.

℣. Adiutorium. vt supra. Oratio.

Bene✠dic Domine Deus omnipotens locum istum: vt sit in eo sanitas, castitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, ⁊ mansuetudo, plenitudo legis, ⁊ gratiarum actio Deo Patri, ⁊ Filio, ⁊ Spiritui sancto: ⁊ hęc benedictio maneat super hunc locum, ⁊ super habitantes in eo. Per Christum Dominum.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO domus nouę.

℣. Adiutorium. vt supra. Oratio.

Te Deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac domo, ⁊ pro eius habitatoribus ac rebus: vt eam bene✠dicere, ⁊ sanctificare, ac bonis omnibus ampliare digneris: tribue eis Domine de rore cęli abundantiam, ⁊ de pinguedine terrę vitę substantiam, ⁊ desideria voti eorum ad effectum tuę miserationis perducas. Ad introitum ergo nostrum bene✠dicere ⁊ sanctificare digneris hanc domum, sicut benedicere dignatus es domum Abraham, Isaac, ⁊ Iacob: ⁊ intra parietes domus istius angeli tuę lucis inhabitent, eamque ⁊ eius habitatores custodiant. Per Christū Dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO Thalami.

℣. Adiutorium. vt supra. Oratio.

Bene✠dic Domine thalamū hūc: ⁊ oēs habitātes in eo, in tua pace cōsistant, ⁊ in tua voluntate permaneāt, ⁊ senescāt, ⁊ multiplicentur in longitudinē dierum. Per Christū Dñm nostrum. ℟. Amē.

Postea aspgat thalamū aqua benedicta.

BENEDICTIO nouę nauis.

℣. Adiutorium. vt supra. Oratio.

Propitiare Dñe supplicationibus nostris, ⁊ bene✠dic nauim istam dextera tua sancta; ⁊ omnes qui in ea vehentur, sicut dignatus es benedicere arcam Noe ambulantē; in diluuio. Porrige eis Domine dexteram tuam, sicut porrexisti beato Petro ambulanti supra mare: ⁊ mitte sanctum angelu; tuū de cęlis, qui liberet ⁊ custodiat eā semper a periculis vniuersis, cum omnibus, quę in ea erūt: ⁊ famulos tuos repulsis aduersitatibus, portu semper optabili, cursuq; trāquillo tuearis: transactisq;, ac rite perfectis negotijs omnibus, iterato tempore ad propria cum omni gaudio reuocare digneris. Per Dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergat nauim aqua benedicta.

BENEDICTIO sacerdotalium indumentorum in genere.

℣. Adiutorium nostru; in nomine Dñi. ℟. Qui fecit cęlū ⁊ terrā. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Orō.

Omnipotēs sempiterne Deus, qui per Moysen famulū tuu; pōtificalia, ⁊ sacerdotalia atque leuitica vestimenta, ad explendū ministeriū eorū in conspectu tuo ad honorem ⁊ decorem nominis tui fieri decreuisti: adesto ꝓpiti⁹ inuocationibus nostris: ⁊ hęc indumēta sacerdotalia, desuper irrigante gratia tua, ingenti benedictio-

dictione per nostrę humilitatis seruitutes puri ✠ ficare, bene ✠ dicere, & conse ✠ crare digneris: vt diuinis cultibus & sacris mysterijs apta & benedicta existant: hisque sacris vestibus pontifices, sacerdotes, seu leuitę tui induti, ab omnibus impulsionibus seu tentationibus malignorum spirituum, muniti & defensi esse mereantur: tuisque mysterijs apte & condigne seruire & inhęrere, atque in his tibi placide & deuote perseuerare tribue. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Alia Oratio.

DEus, inuictę virtutis auctor, & omnium rerum creator ac sanctificator: intende propitius preces nostras: & hęc indumēta leuiticę & sacerdotalis glorię, ministris tuis fruenda, tuo ore proprio bene ✠ dicere, conse ✠ crare, & sancti ✠ ficare digneris: omnesque eis vtentes tuis mysterijs aptos, & tibi in eis deuote & amabiliter seruientes, gratos effici concedas. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Oremus.

DOmine Deus omnipotēs, qui vestimēta pōtificibus, sacerdotibus & leuitis, in vsum tabernaculi fęderis necessaria Moysen famulum tuum agere iussisti, eumq; spiritu sapientię ad id peragendū repleuisti: hęc vestimēta in vsum & cultum mysterij tui san ✠ ctificare, bene ✠ dicere, & conse ✠ crare digneris: atque ministros altaris tui, q ea induerint, septiformis spiritus gratia dignanter repleri, atque castitatis stola, beata facias cum bonorum fructu operum ministerij congruentis immortalitate vestiri. Per Christum Dominum nostrū. ℟. Amen.

Deinde aspergit ipsa indumenta aqua benedicta.

REGISTRVM.

✠ ✠✠ ✠✠✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd.

Omnes sunt Quaterniones, pręter ✠ & Z Quinterniones, & ✠✠ ✠✠✠ Terniones.



VENETIIS, Apud Iuntas. MDCII.

